This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM.

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, EXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM,

ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA PRIOR,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM. AMBÆ PARTES PENE JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, DUCENTIS ET VIGINTI DUOBUS VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, DECEM ET CENTUM SUPRA MILLE FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, NOVEMQUE ET CENTUM VOLUMINA, PRO PRIMA SERIE GRÆCA, NON EXCEDIT. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUE ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA SEXAGINTA VOLUMINA PROBABILITER NON SUPERABIT ; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA TRIGINTA VOLUMINIBUS ABSOLVETUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN, SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES FUTURIS PATROLOGIÆ SERIEBUS APPLICANTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NON NOBIS DEEST.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXX.

THEODORETUS CYRENSIS EPISCOPUS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*. OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

Digitized by Google

AVIS IMPORTANT.

D'après une des lois providentielles qui régissent le monde, rarement les œuvres au dessus de l'ordinaire se font sans contradictions plus ou moins fortes et nombreuses. Les *Ateliers Catholiques* ne pouvaient guère échapper à ce cachet divin de leur utilité. Tantôt on a nié leur existence ou leur importance; tantôt on a dit qu'ils étaient fermés ou qu'ils allaient l'être. Cependant ils poursuivent leur carrière depuis 21 ans, et les productions qui en sortent deviennent de plus en plus graves et soignées : aussi paraît-il certain qu'à moins d'événements qu'aucune prudence humaine ne saurait prévoir ni empêcher, ces Ateliers ne se fermeront que quand la *Bibliothèque du Clergé* sera terminée en ses 2,000 volumes in-4°. Le passé paraît un sûr garant de l'avenir, pour ce qu'il y a à espérer ou à craindre. Cependant, parmi les calomnies auxquelles ils se sont trouvés en butte, il en est deux qui ont été continuellement répétées, parce qu'étant plus capitales, leur effet entraînait plus de conséquences. De petits et ignares concurrents se sont donc acharnés, par leur correspondance ou leurs voyageurs, à répéter partout que nos Editions étaient mal corrigées et mal imprimées. Ne pouvant attaquer le fond des Ouvrages, qui, pour la plupart, ne sont que les chefs-d'œuvre du Catholicisme reconnus pour tels dans tous les temps et dans tous les pays, il fallait bien se rejeter sur la forme dans ce qu'elle a de plus sérieux, la correction et l'impression; en effet, les chefs-d'œuvre même n'auraient qu'une demi-valeur, si le texte en était inexact ou illisible.

Il est très-vrai que, dans le principe, un succès inouï dans les fastes de la Typographie ayant forcé l'Editeur de recourir aux mécaniques, afin de marcher plus rapidement et de donner les ouvrages à moindre prix, quatre volumes du double *Cours d'Ecriture sainte et de Théologie* furent tirés avec la correction insuffisante donnée dans les imprimeries à presque tout ce qui s'édite; il est vrai aussi qu'un certain nombre d'autres volumes, appartenant à diverses Publications, furent imprimés ou trop noir ou trop blanc. Mais, depuis ces temps éloignés, les mécaniques ont cédé le travail aux presses à bras, et l'impression qui en sort, sans être du luxe, attendu que le luxe jurerait dans des ouvrages d'une telle nature, est parfaitement convenable sous tous les rapports. Quant à la correction, il est de fait qu'elle n'a jamais été portée si loin dans aucune édition ancienne ou contemporaine. Et comment en serait-il autrement, après toutes les peines et toutes les dépenses que nous subissons pour arriver à purger nos épreuves de toutes fautes? L'habitude, en typographie, même dans les meilleures maisons, est de ne corriger que deux épreuves et d'en conférer une troisième avec la seconde, sans avoir préparé en rien le manuscrit de l'auteur.

Dans les *Ateliers Catholiques* la différence est presque incommensurable. Au moyen de correcteurs blanchis sous le harnais et dont le coup d'œil typographique est sans pitié pour les fautes, on commence par préparer la copie d'un bout à l'autre sans en excepter un seul mot. On lit ensuite en première épreuve avec la copie ainsi préparée. On lit en seconde de la même manière, mais en collationnant avec la première. On fait la même chose en tierce, en collationnant avec la seconde. On agit de même en quarte, en collationnant avec la tierce. On renouvelle la même opération en quinte, en collationnant avec la quarte. Ces collationnements ont pour but de voir si aucune des fautes signalées au bureau par MM. les correcteurs, sur la marge des épreuves, n'a échappé à MM. les corrigeurs sur le marbre et le métal. Après ces cinq lectures entières contrôlées l'une par l'autre, et en dehors de la préparation ci-dessus mentionnée, vient une révision, et souvent il en vient deux ou trois; puis l'on cliche. Le clichage opéré, par conséquent la pureté du texte se trouvant immobilisée, on fait, avec la copie, une nouvelle lecture d'un bout de l'épreuve à l'autre, on se livre à une nouvelle révision, et le tirage n'arrive qu'après ces innombrables précautions.

Aussi y a t il à Montrouge des correcteurs de toutes les nations et en plus grand nombre que dans vingt-cinq imprimeries de Paris réunies! Aussi encore, la correction y coûte-t-elle autant que la composition, tandis qu'ailleurs elle ne coûte que le dixième! Aussi enfin, bien que l'assertion puisse paraître téméraire, l'exactitude obtenue par tant de frais et de soins, fait-elle que la plupart des Editions des *Ateliers Catholiques* laissent bien loin derrière elles celles même des célèbres Bénédictins Mabillon et Montfaucon et des célèbres Jésuites Petau et Sirmond. Que l'on compare, en effet, n'importe quelles feuilles de leurs éditions avec celles des nôtres qui leur correspondent, en grec comme en latin, on se convaincra que l'invraisemblable est une réalité.

D'ailleurs, ces savants éminents, plus préoccupés du sens des textes que de la partie typographique et n'étant point correcteurs de profession, lisaient, non ce que portaient les épreuves, mais ce qui devait s'y trouver, leur haute intelligence suppléant aux fautes de l'édition. De plus les Bénédictins, comme les Jésuites, opéraient presque toujours sur des manuscrits, cause perpétuelle de la multiplicité des fautes, pendant que les *Ateliers Catholiques*, dont le propre est surtout de ressusciter la Tradition, n'opèrent le plus souvent que sur des imprimés.

Le R. P. De Buch, Jésuite Bollandiste de Bruxelles, nous écrivait, il y a quelque temps, n'avoir pu trouver en dix-huit mois d'étude, *une seule faute* dans notre *Patrologie latine*. M. Denzinger, professeur de Théologie à l'Université de Wurzbourg, et M. Reissmann, Vicaire Général de la même ville, nous mandaient, à la date du 19 juillet, n'avoir pu également surprendre *une seule faute*, soit dans le latin soit dans le grec de notre double *Patrologie*. Enfin, le savant P. Pitra, Bénédictin de Solesme, et M. Bonetty, directeur des *Annales de philosophie chrétienne*, mis au défi de nous convaincre d'une seule erreur typographique, ont été forcés d'avouer que nous n'avions pas trop présumé de notre parfaite correction. Dans le Clergé se trouvent de bons latinistes et de bons helénistes, et, ce qui est plus rare, des hommes très-positifs et très-pratiques, eh bien! nous leur promettons une prime de 25 centimes par chaque faute qu'ils découvriront dans n'importe lequel de nos volumes, surtout dans les grecs.

Malgré ce qui précède, l'Editeur des *Cours complets*, sentant de plus en plus l'importance et même la nécessité d'une correction parfaite pour qu'un ouvrage soit véritablement utile et estimable, se livre depuis plus d'un an, et est résolu de se livrer jusqu'à la fin à une opération longue, pénible et coûteuse, savoir, la révision entière et universelle de ses innombrables clichés. Ainsi chacun de ses volumes, au fur et à mesure qu'il les remet sous presse, est corrigé mot pour mot d'un bout à l'autre. Quarante hommes y sont ou y seront occupés pendant 10 ans, et une somme qui ne saurait être moindre d'un demi million de francs est consacrée à cet important contrôle. De cette manière, les Publications des *Ateliers Catholiques*, qui déjà se distinguaient entre toutes par la supériorité de leur correction, n'auront de rivales, sous ce rapport, dans aucun temps ni dans aucun pays; car quel est l'éditeur qui pourrait et voudrait se livrer APRÈS COUP à des travaux si gigantesques et d'un prix si exorbitant? Il faut certes être bien pénétré d'une vocation divine à cet effet, pour ne reculer ni devant la peine ni devant la dépense, surtout lorsque l'Europe savante proclame que jamais volumes n'ont été édités avec tant d'exactitude que ceux de la *Bibliothèque universelle du Clergé*. Le présent volume est du nombre de ceux révisés, et tous ceux qui le seront à l'avenir porteront cette note. En conséquence, pour juger les productions des *Ateliers Catholiques* sous le rapport de la correction, il ne faudra prendre que ceux qui porteront en tête l'avis ici tracé. Nous ne reconnaissons que cette édition et celles qui suivront sur nos planches de métal ainsi corrigées. On croyait autrefois que la stéréotypie immobilisait les fautes, attendu qu'un cliché de métal n'est point élastique; pas du tout, il introduit la perfection, car on a trouvé le moyen de le corriger jusqu'à extinction de fautes. L'Hébreu a été revu par M. Drach, le Grec par des Grecs, le Latin et le Français par les premiers correcteurs de la capitale en ces langues.

Nous avons la consolation de pouvoir finir cet *avis* par les réflexions suivantes : Enfin, notre exemple a fini par ébranler les grandes publications en Italie, en Allemagne, en Belgique et en France, par les *Canons grecs* de Rome, le *Gerdil* de Naples, le *Saint Thomas* de Parme, l'*Encyclopédie religieuse* de Munich, le recueil des *déclarations des rites* de Bruxelles, les *Bollandistes*, le *Suarez* et le *Spicilége* de Paris. Jusqu'ici, on n'avait su réimprimer que des ouvrages de courte haleine. Les in-4°, où s'engloutissent les in-folio, faisaient peur, et on n'osait y toucher, par crainte de se noyer dans ces abîmes sans fond et sans rives; mais on a fini par se risquer à nous imiter. Bien plus, sous notre impulsion, d'autres Editeurs se préparent au *Bullaire* universel, aux *Décisions* de toutes les Congrégations, à une *Biographie* et à une *Histoire* générale, etc., etc. Malheureusement, la plupart des éditions déjà faites ou qui se font, sont sans autorité, parce qu'elles sont sans exactitude; la correction semble en avoir été faite par des aveugles, soit qu'on n'en ait pas senti la gravité, soit qu'on ait reculé devant les frais; mais patience! une reproduction correcte surgira bientôt, ne fût-ce qu'à la lumière des écoles qui se sont faites ou qui se feront encore.

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM V, ANNUS 458.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ,

ΑΠΑΝΤΑ.

THEODORETI,

CYRENSIS EPISCOPI,

OPERA OMNIA:

POST RECENSIONEM JACOBI SIRMONDI,

EDIDIT, GRÆCA E CODICIBUS LOCUPLETAVIT, ANTIQUIORES EDITIONES ADHIBUIT, VERSIONEM LATINAM RECOGNOVIT, LECTIONUM VARIETATEM, AMPLISSIMOS INDICES ADJECIT

JOAN. LUDOV. SCHULZE

GR. ET OO. LL. IN ACAD. FRIDER. P. P. O.

(Halæ 1769 et ann. seqq.):

ACCESSIT AUCTARIUM THEODORETI QUOD OLIM ADORNAVIT JOAN. GARNERIUS:

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIMUS.

VENEUNT QUINQUE VOLUMINA 60 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1864

Digitized by Google

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM V, ANNUS 458.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXX CONTINENTUR.

THEODORETUS, CYRENSIS EPISCOPUS.

Joannis Ludovici Schulzii Præfatio in omnia Theodoreti opera. *col.* 23
Ejusdem dissertatio de vita et scriptis Theodoreti. 35
Theodoreti Quæstiones in loca difficilia Scripturæ sacræ.
Quæstiones in Genesim. 77
— in Exodum. 225
— in Leviticum. 298
— in Numeros. 350
— in Deuteronomium 401
— in Josuam. 438
— in Judices. 485
— in Ruth. 517
— in libros Regum. 529
— in Paralipomena. 801
(Accedunt variæ lectiones et additamenta ex præstantissima Catena Lipsiensi deprompta.)
Interpretatio in Psalmos. 857

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

Digitized by Google

NOTITIA HISTORICA

ET LITTERARIA*.

Fontes. — Theodoreti ipsius opera, præsertim epistolæ : S. Leonis Magni epistolæ; Acta concilii Ephesini (Mansi t. IV et V) et Chalcedonensis (Mansi t. VI et VII). Synodicon Cassinense (Opp. Theod. t. IV).— Subsidia : J. Garnerii Historia Theodoreti et Dissertatio II de libris Theodoreti in Auctario Theodoreti seu Opp t. V. Paris. 1684, fol., p. 109-258 ; J V. Schulze Dissertatio de vita et scriptis Theodoreti in hujus Opp. (ed. Schulze Halae 1769) t. I, p. 1-32; Dupin t. IV, p. 81-118 ; Tillemont t. XV : *Theodoret Evesque de Cyr*, p. 207-340 (cum notis p. 868-78) ; Ceillier t. XIV, chap. 4, (p 32-267) ; Cas. Oudinot I, col. 1051-1134 ; G. Cave vol. I, p. 405-9; J. A. Fabricii Biblioth. Græc. vol. VIII, p. 277-309, et vol. VII , p. 429-32.

Theodoretus, matri sterili ob pias monachi cujusdam celebrati preces a Deo donatus, Antiochiæ c. a. 386 (vel 393) natus, et ab infantia Deo consecratus, mature disciplinas liberales et sanam fidem edoctus atque in sacris Litteris imbutus, præcepta simul et exempla sanctioris vitæ inter monachos hausit (*a*). Postquam non exiguo tempore in monasterio conversatus (*b*) atque lectoris et diaconi munere perfunctus esset, invitus ordinatus est episcopus Cyri in Syria (a. 423 vel 420 (*c*).

In munere episcopali præclaris virtutibus eminuit, voluntaria paupertate, studio pacis, zelo fidei et operibus charitatis. Etenim non solum bona omnia, quæ post parentum obitum sibi contigerant, pauperibus distribuit, verum etiam reditus omnes ecclesiasticos in bonum publicum impendit, victu parco et habitu vili contentus ; pacem adeo coluit, ut intra viginti annos nec ipse, nec ullus ex ejus clero coram judice litis causa appareret ; captivos, profugos et oppressos tam pecunia, quam patrocinio benignissime juvit (*d*). Sed maxime rectæ fidei tam in sua diœcesi, quam in aliis Orientis regionibus sedulam gessit curam ; etenim cum diœcesin suam variis hæresibus, Marcionitarum præcipue et Arianorum, infectam reperisset, studio diligenti, nec labores, nec pericula veritus, cunctos erroris retibus liberatos in semitam veritatis reduxit, ita ut nullum pravæ doctrinæ germen in tota Cyrestica remaneret (*e*) ; Antiochiæ etiam frequenter pro vera fide sacras conciones habuit uberrimo cum fructu (*f*)

Gravissimis autem procellis jactatus est Theodoretus, dum lites Nestorianæ et Eutychianæ ferverent. Quamvis enim fidem orthodoxam integre custodiret ac impigre defenderet, Joanni tamen Antiocheno ipsique Nestorio vetusta amicitia junctus, sinistris rumoribus de Cyrillo vulgatis fidem incaute adhibuit. Hinc scripta ejusdem contra Nestorium animo præoccupato legens, errores Apollinarii in iis deprehendere sibi visus est, atque Nestorio injuriam fieri ratus, amici causam non facile deseruit, ortoque funesto schismate, ex parte Orientalium stetit. Ita contigit, ut ante Ephesinum concilium, mandante Joanne Antiocheno, Cyrilli anathematismos, et postea ipsum quoque concilium Ephesinum scriptis editis vehementer impugnaret (*g*). Ast meliora edoctus post aliquot an-

(*a*) Vid. Theodoreti *Histor. religios.*, c. 13, 9 et 12 ; epist. 81, 88, et præfat. Commentar. in Daniel (Opp. t. II.) Cf. Garnerii Historia Theodoreti c. 1 et 2 ; Tillemont l. c., art. I-IV (p. 207-216) cum nota 1 et 2 (p. 868-70).

(*b*) Monasterium suum, quod prope Apameam situm , 75 milliaribus ab Antiochia distabat, ipse Theodoretus aliquoties memorat ; vid. epist. 119 et Synodicon Cassin. c. 66 (etiam in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V). Cf. Tillemont l. c. Art. IV (p. 216).

(*c*) Theodoreti epist. 80 et 81. Cyrus autem civitas erat Syriæ, caput Cyrrhesticæ regionis, in provincia Euphratensi. Diœcesis Cyrensis adeo ampla erat, ut octingentas numeraret parochias subjectas (Theodoreti epist. 113) ; ipse autem Cyrensis episcopus Hierapolim pro sua Ecclesia metropolitana agnoscebat, Cf. Tillemont art. V (p. 217-18) et not. 2 (p. 869-70) ; item Garnerii Historia Theodoreti c. 2, n. 11.

(*d*) Vid. Theodoreti epist. 113, 79, 80, 81, 29-36 et 70, 23, 42-47, 52, 53, 114, 115 ; *Histor. religios.* c. 20. Cf. Garnerii Historia Theodoreti c. 5 ; item Tillemont l. c., art. IV (p. 216), art. VII - VIII (p. 219-24) et art. XXII-III (p. 258-263).

(*e*) Vid. Theodoreti ep. 81, 113, 145 ; *Histor. religios.* c. 21 (Opp. t. III) Cf. Tillemont l. c. art. XIII (p. 256-259).

(*f*) Vid. Theodoreti ep. 83 et 147, ad Joannem Germaniciæ episcopum (Opp, t. IV. 1275). Cf. Tillemont l. c. art. XIV (p. 240-41).

(*g*) Vid. Theodoreti epist. 151, ad monachos Euphratesiæ, etc. (ed. Schulze) et 162, ad Andream Samosat. (ed. Schulze), Relatio ad Alexandrum Hierapolit. (in concil. Ephes. act. v, ap. Mansi t. IV, col. 1407-8) ; fragmenta homiliarum Theodoreti, quas ut Orientalium legatus Chalcedone habuit (l. c. col. 1408-10, et in concil. Constantinopolit. II, a. 553, collat. v, ap. Mansi t. IX. col. 292-93 ; item in Garnerii Auctario p. 34-59, et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 104-114) ; denique ejusdem epist. ad populum Constantinopolitanum, et ad Candidianum comitem in Synodico Cassin. c. 40, 42, 47 (ap. Schulze t. V). De *Pentalogio*, quod contra synodum Ephesinam œcumenicam scripsisse perhibetur Theodoretus, cf. Garnerius in Opp. Marii Mercatoris p II, p. 265 —

* Ex D. Josephi Fessler *Institutionibus Patrologiæ*. OEniponte 1851. Tom. II, p. 688.

Digitized by Google

nos tandem cum Cyrillo pacem atque communionem iniit, licet Nestorii, quem orthodoxum judicabat, damnationi non statim consentiret, et Cyrilli anathematismos, quos hæreticos censebat, per novam ejus formulam fidei retractatos assereret (*h*). Labes tamen Nestorianismi semel ipsi inhærens omnino deleri non potuit, præsertim cum Theodorum Mopsuestenum, Nestorianismi sontem, contra Cyrillum defendere instituerat (*i*). Hinc ubi primum opposita Eutychianorum hæresis pullulare cœpit, Dioscorus patriarcha Alexandrinus, cum novam hæresin foveret acrioremque ejus adversarium sciret neminem, quam Theodoretum, machinas omnes in eum convertit per immissos primum calumniatores, qui illum in Oriente ut hæreticum Nestoriique fautorem infamarent; hujus enim nominis invidia catholicos percellere solebant Eutychiani (*j*). Deinde cum pseudo-synodus Ephesina jam pararetur, Dioscorus, quo Theodoretum absentem ipsamque veritatem facilius opprimeret, apud imperatorem egit, ne Theodoretus illuc veniret, sed domi consistere juberetur (*k*). Itaque absens et inauditus in pseudo-synodo Ephesina episcopatu spoliatus ac in exsilium pulsus est (*l*). Sed Leo pontifex, quem injuste depositus appellaverat (*m*), eum absolutum sedi propriæ restituit (*n*), eumdemque mox synodus Chalcedonensis retractato judicio in cœtum suum ut orthodoxum admisit (*o*). Post illud concilium otio et pace ipsi frui licuit usque ad finem vitæ a. 458 (*p*).

THEODORETI OPERA.

Theodoretus varii generis scripta reliquit, I. *exegetica*, II. *historica*, III. *dogmatica*, et IV. *epistolas*.

I. OPERA EXEGETICA.

I. Primam eamque maximam horum librorum partem efficiunt *Commentarii*, quos *in S. Scripturam tum Veteris tum Novi Testamenti* exaravit. Huc pertinent :

1. *Quæstiones* (*εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας Γραφῆς κατ' ἐκλογήν*) *in Octateuchum* sive in V libros Mosis, in librum Josue, Judicum et Ruth; item

2. *Quæstiones in libros Regum et Paralipomenon* (t. I). Utrumque hoc opus dilecto cuidam juveni inscribitur, cujus precibus exoratus ultimis vitæ suæ annis tantum laborem, medullam veluti intelligentiæ S. Scripturæ brevi compendio exhibens, susceperat. Opera hæc non commentarium continuum, sed obscuriorum solummodo locorum interpretationem complectuntur, quem in finem proponit quæstiones earumque solutiones subjungit, ea scilicet explanandi forma usus, quæ sibi videretur utilior et exemplo Christi similior, demum quæ fastidii minus tædiique haberet. In priori opere afferuntur quædam Origenis, Diodori ac Theodori Mopsuesteni testimonia, quæ utrum Theodoretus ipse, an alius quispiam adjecerit, inter eruditos non satis constat (*q*).

3. *Interpretatio in* 150 *Psalmos* (t. I) exarata est non multo post concilium Ephesinum. Opus hoc *præstantissimum* in gratiam præsertim clericorum et monachorum, *qui dies noctesque Davidicos versus in ore habent*, conscripsit, ut, quod canunt, intelligerent.

72., ubi etiam *Fragmenta librorum quinque Pentateugii* inveniuntur, et Galland. Biblioth. t. IX, Prolegom. c. 13, n. 2-4; ejusdem operis alia quædam fragmenta Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 40-50, ac in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 115-132; denique alia Latine tantum in Galland. t. IX, p. 418-22. Cf. etiam Tillemont l. c. art. XVII-VIII (p. 246-49); Chr. Lupi scholion in Synod. Cassin. c. 20, et Garnerii Historia Theodoreti c. 4 et 5.

(*h*) Vid. Theodoreti epist. 83. Cf. ep. 112. Huc pertinent complures Theodoreti epistolæ, quæ in Synodico Cassin. continentur c. 45, 60, 61, 66, 70, 71, 72, 81, 87, 88, 95, 97, 99, 110, 120, 128, 133, 138, 139, 146, 148, 151, 160, 161, 162, 166, 168, 170, 172. Cf. Tillemont l. c., art. XVIII-XX (p. 249-56) et C. Baron. Annal. ad a. 436, n. 10-11.

(*i*) Vid. concil. Constantinopolit. II (a. 553), Collat. V (Mansi t. IX, col. 252-54), et S. Cyrilli Alexandr. epist. ad Joannem Antioch. in Garnerii Auctario p. 97-98 (etiam in Theodoreti Opp. ed. Schulze epist. 179). Cf. Tillemont l. c. art. XXI (p. 256-58).

(*j*) « Quia Christi Domini *duas naturas* confitemur, ideo *filios duos* nos affirmare aiunt » Theodoreti ep. 145.

(*k*) Huc spectant Theodoreti epist. 79-112, epist. 16 et 145. Cf. Tillemont l. c. art. XXV-XXXIV (p. 266-89).

(*l*) Vid. Theodoreti epist. 9. Pariter huc pertinent epist. 114-155 et 156. Cf. Tillemont l. c. art. XXXIV-VIII (p. 289-301). Haudquaquam vero certum est, omnes Theodoreti epistolas, quæ hac et præcedenti nota indicantur, ad causam Eutychianam et persecutionem Dioscori pertinere, sed fortassis quædam ex iis conscriptæ sunt, cum Theodoretus post pacem inter S. Cyrillum et Joannem Antiochenum initam adhuc in schismate perseveraret. Cf. Chr. Lupus Opp. t. VII, p. 293; Tillemont l. c. art. XXXVIII (p. 301).

(*m*) Theodoreti epist. 113. Cf. ep. 116.

(*n*) Vid. Theodoreti epist. 137-146. Cf. Tillemont l. c. art. XXXIX-XL (p. 301-6).

(*o*) Concil. Chalcedon. act. I et VIII (Mansi t. VI col. 589-92, et t. VII, col. 187-92) Justiniani imp. epistola adv. defensores trium capitul. (Mansi t. IX, col. 637-40). Cf. Tillemont l. c. art. XLI-III (p. 306-12).

(*p*) Vid. Theodoreti epist. 146; Gennad. *De scriptor. eccles.*, c. 89. Cf. Tillemont l. c. not. 13 (p. 375-76); Garnerii Historia Theodoreti, c. 13 (p. 148-50), et Schulze Dissert. cit. p. 26-27.

(*q*) Vid. Additamenta et lectiones varias ad utrumque opus in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 1175-1233 (*quæ omnia ad tom. I revocavimus.* ED. PATR.) Cæterum de utroque opere cf. Sirmondi præfat. ad Lectorem, Garnerii Dissert. II, c. 3, § 1 (p. 181-83); Schulze Dissert. cit. p. 30-32, et t. V, Præfat. p. VI-VII; Tillemont l. c., art. LI. (p. 336-38); Dupin t. IV, p. 86-88; Ceillier l. c. art II, § I-II (p. 46-61) et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 179-83.

Digitized by Google

In ea brevitati non minus quam perspicuitati studuit, sensui litterali ita inhærens, ut in allegoriam nullibi deflecteret atque locos propheticos de Christo et Ecclesia diligenter exponeret (*r*).

4. *Interpretatio in Cantica canticorum* (t. II) librum adeo difficilem et sublimem simplici et perspicua ratione ita declarat, ut sponsi et sponsæ nomine Christum et Ecclesiam ubique intelligat (*s*).

5. *Commentarii in omnes prophetas majores et minores* (t. II) (*t*) simili ratione præclarum in modum conscripti sunt, quorum singulis argumenti nomine brevissimam introductionem præmittit.

6. *Interpretatio XIV Epistolarum sancti Pauli* (t. III) integra et continua brevissime in se complectitur, quidquid eleganter et apposite ad litteralem horum librorum sensum explicandum dici potuit, brevi pariter introductione (argumento) singulis Pauli Epistolis præmissa, ut revera commentarius iste reliquos omnes Theodoreti superare videatur (*u*).

Theodoretus in explananda S. Scriptura eumdem secutus est modum, quem Patres antiquiores, celeberrimi Scripturæ interpretes, olim tenuerant. Etenim auxilium gratiæ divinæ enixe precatus, Patrumque vestigia diligenter secutus, purissima intentione amicis rogantibus volumina sacra explicavit (*v*). Persuasum quippe habens, cuivis a Deo singulare donum esse concessum et quemlibet obligari, ut dono cœlitus sibi commisso quam optime utatur, officii sui duxit, desiderio atque indigentiæ studiosorum S. Scripturæ pro viribus satisfacere (*x*). Ac revera munere isto egregie defunctus est, cum ab allegorico interpretandi genere alienus et interpretationi morali haud nimis indulgens sensum litteralem quam brevissime simul et clarissime reddere studeret, quem in finem iis omnibus præsidiis, quæ sacrarum Litterarum interpretem juvant, cognitione linguarum, usu variarum antiquarum versionum et expositionibus primorum Patrum abunde munitus erat; præ omnibus tamen sanctum Chrysostomum sibi imitandum proposuit. Quapropter nullo non tempore iis annumeratus est, qui præcipuum locum inter S. Scripturæ interpretes jure suo obtinent (*y*); unde summopere commendandus est omnibus qui amant Scripturas divinas earumque germanum sensum diligenter scrutantur.

II. THEODORETI OPERA HISTORICA. III. DOGMATICA. IV. EPISTOLÆ.

II. *Opera historica*, quibus pariter magnam sibi laudem conciliavit, hæc sunt:

1. *Historiæ Ecclesiasticæ Libri V* (t. III) præsertim fata hæresis Arianæ et res in patriarchatu Antiocheno gestas ab ejusdem hæresis ortu usque ad a. 429 enarrant (*z*), pluri-

(*r*) *Proœmium* (quo continentur varia de Psalterio ejusque auctore Davide, necnon de versionibus Græcis) et *Fragmenta Commentariorum in Psalmos* sub nomine Theodoreti, cui tamen ista nonnisi ex parte tribui possunt, habentur in Garnerii Auctario p. 1-20 (et cum Admonit. ac notis in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 71-82, 1234-40). Cf. Garner. Dissert. II, c. 3, § 2 (p. 185-84); Schulze Dissert. cit. p. 32-34; Tillemont l. c. art. XLV (p. 320-21); Dupin t. IV, p. 88-90, et Ceillier l. c. art. II, § 3, n. 1-3 (p. 62-64).

(*s*) Hæc explanatio, quam nonnulli ex rationibus parum solidis Theodoreto abjudicandam putabant, ex codd. mss. et veterum, imo ipsius Theodoreti auctoritate, necnon ex communi fere eruditorum consensu eidem recte tribuitur, cf. Garnerii dissert. II, c. 3, § 3 (p. 184-87); Schulze Dissert. cit. p. 34-37, et t. II, Præfat. p. VII; Tillemont l. c. art. XLV (p. 318-19) Dupin t. IV, p. 90-93; Ceillier l. c. art. II, § III, n. 4-5 (p. 64-71), et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 283-84.

(*t*) Valde dolendum est Commentarios in Isaiam hodie integros non reperiri, sed qui in editione Opp. Theodoreti exhibentur, Sirmondi tantum studio et diligentia ex catenis Græcis collectos esse, unde haud adeo certum est singula, quæ ibi Theodoreti nomine proferuntur, ab ipso vere profecta esse. Cf. Sirmondi Præfat. ad Lectorem in fronte t. I, et Schulze Præfat. ad Lectorem in fronte t. I, et Schulze Præfat. t. II, p. VII - XI. De omnibus his in prophetas Commentariis, cf. Garnerii Dissert. II, c. 4; (p. 187-89), Schulze Dissert. cit. p. 37-38 et t. II, Præfat.; item Tillemont l. c. art. XLV (p. 319-21), et Ceillier l. c. art. II, § 4, n. 1-6 (p. 71-74).

(*u*) Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, §. 1 (p. 189-90); Schulze Dissert. cit., p. 38-40; Tillemont l. c., art. XLVII (p. 326); Dupin t. IV, p. 93-94; Ceillier l. c.; art. II, § 4, n. 7 (p. 75-77).

(*v*) Ita ipse Theodoretus in omnibus fere Præfationibus Commentariorum suorum. Vid. ex. Gr. Præfat. Quæst. in Genes. (t. I, p. 1-2), Præf. Quæst. in libros Regnorum (t. I, p. 229), Præfat. et Conclusio interpretationis Psalm. (t. I, p. 394 et 982), Præfat. explanationis Cant. cantic. (t. I, 983-84); Præfat. interpretationis in Jerem. (t. II, p. 115); Præfat. interpretationis in Ezech. (t. II, p. 302), Præfat. interpretationis epist. S. Pauli (t. III, p. 1-2). Cf. Tillemont l. c., art. XLIV (p. 315-18.)

(*x*) Præfat. interpretationis in Danielem (t. II, p. 541-45).

(*y*) Photii cod. 203 et 204 (p. 271-72); Rich. Simon. *Histoire critique du Vieux Testament* l. III, chap. 10 (Rotterdam 1685, in-4, p. 408), qui Theodoreti Quæstiones et Commentarios omnibus altiorem S. Scripturæ cognitionem anhelantibus præprimis commendat; item Schulze in Opp. Theodoreti t. II Præfat. p. IV, et Noesselt in eadem Schulzii edit. Opp. Theodoreti t. III, Præfat. p. IV.

(*z*) Vid. Theodoreti *Histor. eccles.* lib. V, c. 40 (ed. Sirmondi c. 39). Historiam hanc Garnerius eo consilio scriptam fuisse putat, ut ostenderentur fontes, ex quibus Theodoreto viderentur orti errores, quos affingebat Catholicis et maxime Cyrillo; eam suspicionem ingeniosius fortasse, quam verius ex ipsa Theodoreti historia enucleata confirmare studet. Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 2 (p. 190-96), et Schulze Dissert. cit. p. 40-43; Tillemont l. c. art. XLIX (p. 308-33); Dupin t. IV, p. 94, 95 Ceillier l. c. art. II, § 5 (p. 77-92). Melior hujus historiæ editio, in qua capita singulorum librorum ratione a Sirmondiana nonnihil discrepante dividuntur ac numerantur, adornata est per H. Valesium

Digitized by Google

mis epistolis synodicis aliisque publicis testimoniis insertis, quæ brevibus narrationibus connectuntur. In ea tamen jure desideres diligentiorem temporum distinctionem rerumque ordinem; nimiæ quoque Theodori Mopsuesteni laudes, quem usque ad finem vitæ magnum Doctorem fuisse perhibet, in causa fuere, ut eam *historiam sedes apostolica accipere recuset* (*a*).

2. *Historia religiosa* (*φιλόθεος ἱστορία*, t. III) continet vitas et elogia triginta sanctissimorum ascetarum, qui partim in Oriente, partim in locis vicinis admirabilem vitam duxerunt, quorum agones spirituales Theodoretus vel ipse vidit, vel a testibus fide dignissimis accepit (*b*); unde quamvis nonnulla valde miranda ibi referantur, fidem tamen ejus narrationi detrahere minime licet, sed potius virtutem gratiæ Dei in hominibus juste cooperantibus admirari convenit. Hujus operis partem extremam constituit *Oratio de charitate* (*c*), luculenter exhibens causam, qua impulsi admirabiles isti homines ad certamina humanam naturam excedentia prodiere; in ista proin operis conclusione charitatis naturam, præstantiam, effectus et causas copiose exponit.

3. *Hæreticarum fabularum compendium* (t. IV), post concilium Chalcedonense roganti Sporacio consulari scriptum, quinque libris absolvitur. In primis quatuor libris omnes hæreses inde a tempore apostolorum variosque singularum errores paucis describit; quibus libro v *summam fidei catholicæ* (*θείων δογμάτων ἐπιτομή*) subjunxit, quo unusquisque veluti norma rectæ fidei inter multiplices errorum scopulos uti possit (*d*).

III. *Opera dogmatica.*

1. *Eranistes* seu *Polymorphus* (t. IV) (*e*) contra Eutychianos c. a. 447 scriptus (*f*) libris quatuor continetur, quorum tres priores *Dialogi* formam habent, quartus inscribitur *Demonstratio per syllogismos*. Singulis istis Dialogis singulare nomen ab argumento inditum; primus inscribitur *Ἄτρεπτος* sive *Immutabilis* (lib. I), quia ibi probatur, immutabilem esse unigeniti Filii divinitatem; secundus *Ἀσύγχυτος*, *Inconfusus* (lib. II), in quo scilicet demonstratur, non permistam sive inconfusam in Christo Domino esse divinitatis et humanitatis unionem; tertius *Ἀπαθής*, *Impatibilis* (lib. III), ubi ostenditur, a passionibus liberam fuisse Salvatoris nostri divinitatem: atque hæc dogmata præcipue ex auctoritate SS. Patrum totius orbis catholici firmantur. Demum libro IV quæ in Dialogis fusius et oratorio modo disputaverat, in syllogismos contrahit, ut argumentorum vis apertior sit et efficacior. — Operi huic perquam erudito opusculum aliud jungi convenit inscriptum: *Quod et post humanitatis assumptionem unicus Filius sit Dominus noster Jesus Christus* (*g*), in quo Theodoretus fidem suam de incarnatione Filii Dei optime ac dilucide exponit, ex S. Scriptura et SS. Patrum consensu firmat, contra Nestorium et Eutychem defendit.

2. *De Providentia orationes X* (t. IV), Antiochiæ probabiliter dictæ, mira eloquentiæ

Gr. et Lat. cum notis Parisiis 1673, recus. Moguntiæ 1679 fol. et inter Scriptores Historiæ Eccles. Græc. t. III, ed. G. Reading. Cantabrigiæ 1720; iterumque Augustæ Taurin. 1748, fol.

(*a*) Theodoreti *Hist. eccles.* lib. V, c. 40 (ed. Sirmondi c. 39); S. Gregorii M. lib. VII, ep. 34, ed. Maur., ubi tamen perperam Sozomenus pro Theodoreto legitur. Cf. de Theodoreti fide historica C. Baron. *Annal.* ad a. 378, n. 40-43.

(*b*) Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 3 (p. 196-204); Tillemont l. c. art. XLVIII (p. 327-30); Dupin t. IV, p. 95-101, et Ceillier l. c. art. II, § 6 (p. 92-120).

(*c*) Exstat in Opp. Theodoreti t. IV, Append., p. 680-95 (ed. Schulze t. III, p. 1296-1319). Cf. Garnerii Dissert. II, c. 5, § 4 (p. 204-5); Dupin t. IV, p. 109; Tillemont l. c., art. XLVIII (p. 329-30); Ceillier l. c., art. II, § 11, n. 1 (p. 186-87), et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.*, vol. VIII, p. 287 et 294.

(*d*) Cf. Garnerii Dissert. II, c. 6, § 2 (p. 244-46), Tillemont l. c., art. L. (p. 333-36); Dupin t. IV, p. 103-7; Ceillier l. c., art. IV II, § 9 (p. 156-67); Schulze Dissert. cit. p. 47-49. Cæterum libri IV caput 12, in quo hæresis Nestorii proponitur, a Garnerio (Dissert. II, c. 8, § 2, p. 251-53) ex rationibus internis Theodoreto abjudicatur, qua in opinione Garnerium secuti sunt Cas. Oudin (t. I, col. 1104-8) et G. Cave (vol. I, p. 407,); alii tamen, ut Tillemont (vid. præsertim not. 17, p. 877-78), Dupin, Ceillier, Schulze locis supra cit. caput istud recte pro genuino agnoverunt. — *Epistola*, quæ inscribitur *ad Sporacium* (al. *ad Sporadium* vel etiam *liber contra Nestorium*) in Opp. Theodoreti t. IV, p. 1041-53, duabus revera constat partibus, quarum prior istud ipsum caput 12 libri IV *Hæret. Fabularum* iisdem verbis repetit, altera fidem de incarnationis mysterio exponens et B. Virgini Mariæ titulum Deiparæ asserens, Nestorium directe alloquitur et impugnat, hinc a quodam Theodoreti studioso nescio unde huc translata videtur. Cf. C. Baron. *Annal.* ad a. 449, n. 141-42; Tillemont l. c., art. L (p. 335); Dupin t. IV, p. 109 et 105; Ceillier l. c., art. II, § 11, n. 2 (p. 187); item Garnerii Dissert. II, c. 8, § 2 (p. 251-54) et c. 5, § 5, n. 9 (p. 205).

(*e*) *Eranistes* vel *Polymorphus* (*ἐρανιστής*, i. e. *mendicus*, *πολύμορφος*, i. e. *multiformis*) ideo inscribitur hoc opus, quia Eutychiani « a multis impiis hominibus (Simone Mago, Cerdone, Marcione, Valentino, Bardesane, Apollinari, Ario) infausta sua dogmata *emendicantes*, varium hoc et *multiforme* commentum proferunt » (Theodoreti Præfat.) Quapropter etiam hæreticus in Dialogis istis nomine *Eranistes* loquens inducitur. Hujus operis ipse Theodoretus meminit epist. 16, 83, 130; Phot. cod. 46 (p. 15) et Nicephor. *Hist. eccles.* lib. XIV, c. 54.

(*f*) Solus fere Garnerius putat opus hoc eo maligno consilio conscriptum fuisse a Theodoreto, ut Cyrillum et Catholicos tecto nomine quasi Apollinaristas impugnaret, imo Nestorii doctrinam demonstratione firmaret (Theodoreti Auctar. p. 132, 240, 244, et in Opp. Marii Mercatoris parte II, p. 277). Sed hæc iniqua Garnerii suspicio haud immerito ab omnibus explosa (Tillemont l. c., art. XXVII, p. 270-78; Ceillier l. c., art. II, § 8, p. 149-56; Schulze Dissert. cit., p. 45-47) vel inde satis refellitur, quod in ipsis Dialogis S. Cyrillum inter præcipuos Ecclesiæ doctores retulerit (Dialog. II, p. 110-111).

(*g*) Opusculum hoc Gr. et Lat. habetur in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. IV, p. 1307-13; Galland. *Biblioth.* t. IX, p. 412-15; Mansi t. V, col. 1039-46. Cf. Galland. l. c. Prolegom. c. 13, n. 1-2.

Digitized by Google

virtute et argumentorum copia nobile hoc thema pertractant, ita ut nemo alius antiquæ Græciæ scriptorum hac in re ipsi par aut superior dici possit (*h*). Priores quinque complectuntur quæcunque ad probandam divinam providentiam faciunt, sive mundi hujus admirabilis structura, sive corporis nostri fabrica, sive rerum omnium sapientissima gubernatio spectetur. Posteriores quinque eamdem providentiam in rebus præsertim humanis earumque varia conditione, in divitiis et paupertate (or. VI) in dominatione et servitute (or. VII et VIII), tandem in sorte piorum præsenti atque futura, et maxime in mysterio Redemptionis generis humani conspicuam reddunt (or. IX et X).

3. ***Græcarum affectionum curatio*** (t. IV), duodecim libris absoluta, elegantissima atque eruditissima est apologia religionis Christianæ (*i*). Etenim cum gentiles frequenter Christianos deriderent, quasi solam fidem commendarent, insuper et martyres, homines misere defunctos, stulta præsumptione venerarentur, Theodoretus religionem nostram defendendam suscepit. In præclaris hisce sermonibus fidem Christianorum defendit et scientiæ defectum in apostolis excusat (I), tum ex adverso ponit gentilium et Christianorum doctrinas de principio Universi (II), de creaturis spiritualibus (III), de mundi creatione (IV), de natura hominis (V), et de providentia (VI), sacrificia gentilium et Judæorum (VII), venerationem martyrum et cultum heroum (VIII), apostolos et gentium legislatores (IX), vaticinia prophetarum et oracula gentilium (X), doctrinam de fine mundi et judicio extremo (XI), denique præcepta morum in Evangelio et in libris philosophorum contenta ac vitam Christianorum et philosophorum (XII).

4. ***Reprehensio 12 capitum seu anathematismorum Cyrilli*** (t. V, p. 1-68), scripta c. a. 430, animum Cyrillo valde infensum prodit, unde et sententias ejus in partem deteriorem accipit et justo acrius in S. Patrem invehitur.

IV. ***Epistolæ*** fere 200 (*j*) partim sunt *dogmaticæ* (ep. 21, 83, 84, 85, 109, 125, 130, 143, 144, 145, 146), partim *consolatoriæ* (ep. 7, 8, 12, 14, 15 17, 18, 27, 65, 69, 120, 132, 136), partim *heortasticæ* (ep. 4, 5, 6, 25, 26, 38-41, 53-56, 63, 64, 72, 74), seu in dies festos mitti solitæ; reliquæ varios vitæ ipsius eventus spectant, aut *familiares* sunt, commendatitiæ vel gratulatoriæ. Nihil eo in genere scribendi perfectius; nam quæ sunt epistolarum virtutes, brevitas, perspicuitas, elegantia, urbanitas, modestia, observantia decori, et ingeniosa prudensque ac erudita simplicitas, in epistolis Theodoreti admirabiliter ita elucent, ut scribentibus exemplo esse possint (*k*).

Theodoreti scripta, quibus Nestorium ac Theodorum Mopsuestenum defendebat, sanctum Cyrillum et synodum Ephesinam impugnabat, ab Ecclesia catholica solemni sententia reprobata sunt (*l*). Inter opera ejus damnata, quæ hodiedum supersunt, pertinet reprehensio anathematismorum sancti Cyrilli et complures epistolæ, præsertim epistola ad monachos Euphratesiæ etc. (*m*). Is post Theodorum Mopsuestenum primus inter Græcos fuisse videtur, qui in ista reprehensione anathematismorum Cyrilli processionem Spiritus sancti ex

(*h*) Argumentum totius operis ipse Theodoretus exhibet orat. 9 (p. 424-25). Cf. J. Garnerii Dissert. II, c. 6, § 3 (p. 246); Dupin t. IV, p. 107-8; Tillemont l. c., art. XLVI (p. 323-24) et Ceillier l. c., art. II, § 10, n. 1-3 (p. 167-70).

(*i*) Argumentum hujus operis ipse Theodoretus accurate proponit in prologo ejusdem. Cf. J. Garnerii Dissert. II, c. 6, § 4 (p. 246-49); Dupin t. IV, p. 108-9; Tillemont l. c. art. XLVI (322-23) et Ceillier l. c., art. II, § 10, n. 4-16 (p. 170-86).

(*j*) Nicephorus Callistus (*Histor. eccles.* lib. XIV, c. 54) supra quingentas Theodoreti epistolas legit, ex quibus fortasse quispiam Theodoreti studiosus pulcherrimas 147 selegit, quæ hodie una collectione habentur. Theodoreti epistolæ 146 in ejus Opp. t. III reperiuntur, quibus accedit ep. 147, ad Joannem Germaniciæ episcopum (de qua vid. Justiniani imp. epistolam adv. defensores trium capitul. ap. Mansi t. IX, col. 657-40.). His adjungendæ complures epistolæ Theodoret in Garnerii Auctario p. 51-107, et quæ exstant Latine tantum in Synodico Cassin (supra in Vita Theodoreti relatæ). In edit. Schulziana omnes Theodoreti epistolæ, præter eas quas exhibet Synodicon Cassin., serie continua reperiuntur t. IV, parte II.

(*k*) Ita de epistolis Theodoreti judicat Garnerius, alias censor Theodoreti valde iniquus, in Dissert. II, c. 5, § 5, n. 10 (p. 205). Idem Garnerius l. c., § 5 (p. 205—38) de singulis 147 epistolis tractat earumque tempus singillatim determinat; epistolis vero in Auctario positis notas fusiores subjecit, quemadmodum et Chr. Lupus epistolis in Synodico Cassin. contentis ejusmodi scholia adnexuit. Cf. Dupin t. IV, p. 111-17, et Ceillier l. c., art. II, § 7 (p. 120-49), item § 12, n. 6-9 (p. 193-99), et n. 11 (p. 201-2).

(*l*) « Condemnamus et anathematizamus, quæ impie Theodoretus conscripsit contra rectam fidem et contra duodecim capitula S. Cyrilli et contra Ephesinam primam synodum, et quæ ad defensionem Theodori et Nestorii ab eo scripta sunt, » (concil. Constantinopolit. II, collat. VIII, et can. 13, ap. Mansi t. IX, col. 375-76, et 385-86; item P. Vigilii epistola decretalis pro confirmatione V synodi œcumenicæ ibid. col. 417-18). « Neque Theodoreti omnia scripta damnamus, sed sola quæ contra duodecim Cyrilli capitula, sola, quæ contra rectam fidem aliquando scripsisse monstratur, quæ tamen et ipse damnasse cognoscitur, qui in sancta Chalcedonensi synodo vera confessus invenitur..... Sola ejus hæretica scripta respuentes, alia scripta illius non solum recipimus, sed eis etiam contra adversarios utimur. » P. Pelagii II, epist. ad Eliam Aquilei, c. 20. (Mansi t. IX, col. 450-52.). — Cæterum de Theodoreti fide admodum fuse et erudite agit J. Garnerius in Dissert. III. (Auctar. p. 457-92), iterum edita cum notis in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 446-511.

(*m*) Epistola hæc, apud Sirmondum desiderata, apud Garnerium (in Auctar. p. 62-65) ex parte tantum Latine exstans, integra Gr. et Lat. reperitur in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. IV, p. 1291-1296; Galland. t. IX, p. 405-12; Mansi t. V, col. 1025-33.

Digitized by Google

Filio negavit (*n*). Stylus ipsius admodum facilis, perspicuus et copiosus vere Atticam gratiam redolet, quæ et lectorem sine fastidio tenet, et perspicuitati brevitate non officit (*o*).

Nota I. Haud pauca Theodoreti *opera* modo *deperdita* sunt, ut ex ipsius epistolis liquet (vid. ep. 82, 113, 116, 145). Ex his præcipue memoratu digni sunt: *Liber mysticus* 12 sermones complectens (ep. 82, et *Hæret. Fabul.* lib. v. c. 18. Cf. Garnerii dissert. II, c. 9, § 1); *Libri seu Sermones de virginitate* (vid. ejus commentar. in I. Corinth. VII, 34; Opp. t. III, p. 155); *Sermones quinque in S. Joannem Chrysostomum* (vid. fragmenta in Photii cod. 273, p. 827-30; Garnerii Auctar. p. 30-34, et Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 98-103. Cf. Ceillier l. c. art. II, § 12, n. 3, p. 190-91); tum *libri contra Judæos, contra Marcionem, contra Arianos et Macedonianos, contra Apollinaristas* (Cf. Garnerii Dissert. II, c. 9, § 2-4. Fragmenta quædam *Theodoreti de Trinitate, contra Sabellium* et *contra Arium* exhibet Galland. Biblioth. t. IX, p. 416-17. Cf. ibid. Prolegom. c. 13, n. 4); denique Πενταλόγιον περὶ ἐνανθρωπήσεως seu *Libri quinque de Incarnatione* et *Apologia Theodori Mopsuesteni* (Fragmenta in concil. Constantinopolit. II, Collat. V, ap. Mansi t. IX, col. 252-54.). Cf. etiam J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.*, vol. VIII, p. 306-7.

Nota II. Dubius est *Sermo* seu *Encomium in nativitatem Joannis Baptistæ* (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 21-30, et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 84-97), Theodoreto haud indignus (Tillemont l. c., art. LI, p. 338; Ceillier l. c., art. II, § 12, n. 3, p. 190), potiori tamen jure Theodoro Daphnopatæ juniori ascribitur, Cf. J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 296-97, et vol. X, p. 258.

Nota III. *Opera valde dubia*, seu potius *supposititia* hæc sunt:

a) *Sermones* 17 adversus S. Cyrilli et Catholicorum aliquot sententias (*adversus varias propositiones*) cum epistola præfationis loco iisdem præfixa (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 685-726. et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 1113-74; item in Opp. S. Athanasii t. II, p. 491-514.), qui *Eutherium Tyanensem*, Nestorii atque Theodoreti amicum, Mario Mercatore teste, auctorem habere videntur, licet Photius cod. 46 (p. 14-15) eas Theodoreto ascribat; Cf. Garnerius et Schulze l. c. Montfaucon in Opp. S. Athanasii t. II, p. 472-73; Cas. Oudin t. I, col. 1131-32; Ceillier l. c. art. II § 11, n. 4 (p. 188) et J. A. Fabricii Biblioth. Græc., vol. VIII, p. 304-5.

b) *Dialogi VII adversus Anomœos, Macedonianos et Apollinaristas* (Gr. et Lat. in Garnerii Auctario p. 273-406, et in Opp. Theodoreti ed. Schulze t. V, p. 915-1112; item in Opp. S. Athanasii t. II, p. 407-491, et minus plene sub titulo: *Athanasii Dialogi V de S. Trinitate ed. Th. Beza. Paris.* 1570 in-8), quos Theodoreto vindicare studuit Garnerius Dissert. II, Append. (Auctar. p. 259-72), antiqui, sed incerti auctoris sunt, forte S. Maximi Confessoris, Cf. Montfaucon Monit. in opp. S. Athanasii t. II, p. 406-7 et 472; Schulze in Opp. Theodoreti t. V, p. 420; Tillemont l. c. art. XLVII (p. 324); Ceillier l. c. art II, § 12, n. 10 (199-201), et J. A. Fabricii Biblioth. Græc. vol. VIII, p. 299. De aliis quibusdam operibus Theodoreto suppositis vid. Garnerii Dissert. II, c. 8. (Auctar. p. 249-55).

Editiones: Theodoreti episcopi Cyri Opera omnia Gr. et Lat. ed. Jac. Sirmondus S. J. Paris. 1642. tomi IV fol., quibus adjungendum est *Auctarium Theodoreti, Cyrensis episcopi* seu Operum tomus V, ed. J. Garnerius (et Harduinus) Paris. 1684, fol. — Editionem hanc integram (ordine in tomis posterioribus paululum immutato, textu aliquoties emendato. præfationibus, observationibus, notis, indicibus et glossario adjectis) denuo recensuit J. L. Schulze Halæ 1769-74. V Tomi in 8° (Singuli Tomi hujus editionis binis constant partibus). — Theodoreti Opera Græce edita ab Eugenio, diacono Bulgariæ. Halæ Sax. 1768-75. V Tomi in-4.

(*n*) Ita enim Theodoretus in reprehens. anathematismi IX: « Proprium Spiritum Filii, siquidem ut ejusdem cum eo naturæ et ex Patre procedentem dixit, simul confitebimur et tanquam piam suscipiemus vocem. Si vero tanquam *ex Filio aut per Filium* exsistentiam habeat, hoc ut *blasphemum* et impium rejicienius. » (Opp. S. Cyrilli t. VI, p. 228; Opp. Theodoreti t. IV, p. 718.). His affinia protulit Theodoretus in epist. 151, ed. Schulze t. IV, p. 1293, et in epist. ad Joannem Antioch. (Synodicon Cassin. c. 95. Cf. ibid. scholion Chr. Lupi Opp. t. VII, p. 253-54). Præterea Cf. J. Garnerius in Dissert. III, c. 1 (Auctar. p. 458-61) et J. A. Fabricii *Biblioth. Græc.* vol. VIII, p. 279.

(*o*) Vid. Nicephori Callisti *Histor. eccles.* lib. XIV, c. 54. Ita et Photius cod. 31 (p. 8), cod. 46 (p. 15), cod. 56 (p. 22) et cod. 203 (p. 271); Tillemont l. c., art. IV (p. 215-16) et Ceillier l. c., art. IV, n. 1 (p. 261-64).

Digitized by Google

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRI

OPERA QUÆ REPERIRI POTUERUNT OMNIA.

POST RECENSIONEM JACOBI SIRMONDI

DENUO EDIDIT

JOAN. LUDOVICUS SCHULZE.

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO
FRIDERICO
PRINCIPI REGIO, GLORIOSISSIMI STEMMATIS BRITANNICI CELSISSIMO DUCI GLOCESTRIÆ, LUNEBURGI, ETC.
ET
REVERENDISSIMO EPISCOPO
ECCLESIÆ CATHEDRALIS OSNABRUGENSIS, PIO AC FELICI
DOMINO MEO INDULGENTISSIMO
NECNON
EJUSDEM CATHEDRALIS ECCLESIÆ MAXIME REVERENDIS, ILLUSTRIBUS
AC GENEROSISSIMIS DOMINIS
CÆTERISQUE REVERENDISSIMI CAPITULI MEMBRIS, DOMINIS MEIS GRATIOSISSIMIS.

Serenissime Princeps,
Episcope reverendissime,
Viri maxime reverendi, perillustres ac generosissimi,

Haud e longinquo petendæ sunt rationes, quæ tantum apud me valuerunt, ut celsissimo nomine tuo, Reverendissime Episcope ac Princeps serenissime, huic operi quod episcopi gravissimi Scripta complectitur, perenne decus et adeo singulare ornamentum conciliare, simulque Vobis, Viri maxime reverendi ac perillustres, hunc librum, tanquam devotissimæ mentis testem ac pignus offerre auderem. Beati Theodoreti hæc sunt scripta, Cyri quondam episcopi, de Ecclesia omnique adeo re sacra multis nominibus meriti, purioris doctrinæ sanctissimæque fidei propugnatoris maxime strenui, paganismi autem et hæreticarum fabularum adversarii acerrimi; viri denique, in quo omnes illæ virtutes, quæ episcopum decent, amico erant conjunctæ vinculo. Hinc spes enata est quam certissima, fore ut episcopi de Ecclesia adeo meriti Opera indulgentissimo aspectu tuo, Revendissime Episcope ac Princeps Serenissime, haud careant, vobisque, viri maxime reverendi ac perillustres, haud omnino displiceant. Ita quidem ut augurari liceat, facit tua in pietatis studio assidua exercitatio, suadet etiam illa qua Ecclesiæ vestræ commodo invigilatis, cura indefessa, et in Scripta, quæ ad sanctissima doctrinæ capita pertinent, prona voluntas.

Dignam episcopali munere imaginem, Reverendissime Episcope ac Princeps Serenissime, in his beati Theodoreti Scriptis delineatam vides, quam in te aliquando expressam et illustriorem esse futuram, quis est qui dubitet? De splendidissimis dotibus a summo Numine tibi concessis, omnes qui invictissimi potentissimique magnæ Britanniæ regis sceptro subjecti sunt, teque in spem sæculi adolescere vident, merito lætantur: te quoque exteri admirantur, oculosque in te tanquam in virtutis exemplum sublimi in loco positum, conjiciunt. Faxit Deus T. O. M. ut sacratissimam episcopi personam tuearis quam diutissime; ut cum annorum tuorum incremento tuæ quoque Ecclesiæ salus stabiliatur, teque præside maneat inconcussa; utque cum totius celsissimæ regiæ domus Britannicæ salute ac incolumitate, tua quoque sit omni ære perennior.

Vosque, Viri maxime reverendi ac perillustres, in quibus vivit, novasque in dies vires acquirit Ecclesia vestro moderamine nixa, date, quæso, pietati in vos meæ, quæ esse debet maxima, ut hæc in Theodoreto refingendo posita studia vobis probari cupiam quam maxime. Hoc si, non dicam sperare, sed omnino persuasum habere liceat, erit de quo leter

Digitized by Google

mihique magnopere gratuler. Deum autem T. O. M. supplex rogo, ut vos, Viri maxime reverendi ac perillustres, in Ecclesiæ vestræ salutem, omnisque rei sacræ præsidium ac insigne ornamentum quam diutissime superstites esse jubeat, vestrisque conatibus Ecclesiæ saluberrimis in posterum quoque annuat quam clementissime.

Ita precatur, Deumque rogat, Serenissime Princeps ac reverendissime Episcope, Viri maxime reverendi, perillustres, illustres ac generosissimi, summorum nominum vestrorum humillimus et devotissimus cultor

JOAN. LUDOV. SCHULZE.

Dab. Halæ in Acad. Frideric. VI Kal. Octobris A. R. S. MDCCLXVIII.

PRÆFATIO AD LECTOREM.

[XIII] Alter jam agitur annus, ex quo nostrum de paranda nova Theodoreti Operum editione consilium cum Eruditis communicavimus; quod cum probaretur bonis omnibus, alacri animo hunc laborem suscepimus, ejus nec diuturnitatem nec magnitudinem magnopere metuentes. Quod Deus itaque faustum et felix esse jubeat! primus nunc in lucem emittitur editionis nostræ tomus, quem haud adeo longas traxisse moras putabunt, quotquot intelligunt, quantum operæ et temporis comparationi quatuor manuscriptorum codd. aliisque subsidiis ad hunc tomum locupletandum adhibitis, impendi debuerit. Quid præstitum sit a nobis, paucis nunc recensebimus, ita tamen ut æquis ac peritis lectoribus relinquamus judicium, quos magnopere rogamus, ut in rei litterariæ publicamque adeo utilitatem sua conferant consilia, si quid vel emendandum vel rectius disponendum esse videatur.

[XIV] Ordinem librorum eumdem tenuimus, quem olim secutus est Jac. Sirmondus, cujus editioni nostram esse cupimus quam simillimam. Complectitur itaque hic tomus *Commentarios* Theodoreti *in historicos V. T. libros*, scilicet in Octateuchum, in quatuor libros Regum et Paralipomena, necnon *Interpretationem Psalmorum* uberrimam. Ulterius progredi jam non licuit, ne mole sua laboraret liber, si justos excederet limites. Hinc factum est ut Commentarii in Canticum canticorum ad proximum tomum remitti debuerint, utque a priori nostro consilio, Garnerii aliquot Dissertationes cum necessaria Epicrisi huic tomo præmittere, abstinendum esse putaverimus. Magnopere quidem placuit illud Oudini *De Script. eccles.* t. I, p. 1134, monitum, primam, secundam ac tertiam Dissertationem ex Garnerii Auctario præmittendam esse novæ, si unquam pararetur, Operum Theodoreti editioni; imo e re nostra esse videbatur scriptorem nostrum contra Garnerii cavillationes in ipso quasi Operis introitu defendere: tamen cum plura non caperet hic primus editionis nostræ tomus, et eruditis quibusdam, quorum magna debet esse auctoritas, aptum videretur, Dissertationes istas ultimo novæ editionis tomo comprehendere, mutavimus consilium. Ne vero bonæ Theodoreti causæ, quam post Sirmondi tempora male egit Garnerius, quidquam inhæreret maculæ, Dissertatio præmittenda fuit, quæ de Vita et Scriptis viri de Ecclesia meritissimi ita exponeret, ut lectoribus patere possit, quanta sit scriptoris nostri dignitas, et quam iniquum judicem egerit Garnerius. Et hoc quidem labore eo magis opus esse videbatur, quia Vita Theodoreti, quam olim Sirmondus editioni suæ præmisit, adeo brevitate laborabat, ut sitim excitare quidem, sed non restinguere putaretur.

In adornanda autem editione nova operam imprimis dedimus, ut textum Græcum emendatiorem, et quantum fieri posset locupletiorem, exhiberemus. Multam quidem Sirmondus adhibuit diligentiam, ut Græca, quæ plurimis Theodoreti scriptis antea Latine tantum editis, primus e codicibus adjecit, quam castigatissima prodirent, nonnulla tamen sive supplenda, sive emendanda nobis reliquit. Cum enim Pici, Carafæ, Herveti aliorumque interpretationes Latinas [XV] in editionem suam receperit, hisque antiquioribus versionibus textum Græcum adjecerit, factum est ut hic illis non ubique responderet. Nunc enim plura, nunc pauciora, nunc vero longe alia in textu quam in versione erant expressa: imo lacuna quatuor linearum obvia erat in Commentario ad Psal. XVIII, 6, 7, tomo I, p. 467 edit. Sirmondianæ. Quæ cum ita essent, facile cognovimus parum utilem fore novam hujus scriptoris editionem, nisi textus ad msc. codicum fidem iterum revocaretur, et Latina versio ita emendaretur, ut textui Græco responderet quam exactissime. Hæc cum meditaremur, et auxilia circumspiceremus, quæ obtinendo huic fini essent satis apta, providam summi Numinis curam, quam pio gratoque animo celebrare juvat, experti sumus. Brevi enim tempore factum est, ut summorum virorum, qui studiis nostris favcrent, auxilio adjuti, plura quam sperari potuerant, obtineremus præsidia. Nec sumptibus in librum rei sacræ inter nos promovendæ apprime utilem, erogandis, parcendum esse putarunt venerandi illi viri, quorum insigni de bono publico bene merendi studio factum est, ut bibliopolium Orphanotrophei ne hoc quidem tempore, quo consilium de scriptore quodam ecclesiastico prelis iterum subjiciendo multis minus opportunum videri potuisset, hæc studia nostra a se aliena putaret.

Digitized by Google

Quæ e codicibus ad ornandum hunc tomum accesserunt, multa sane et non spernenda, ea fere omnia debentur amplissimæ in commodum litterarium voluntati illustrium inclytæ urbis Augustæ Vindelicorum procerum, qui avitam istam cum summa laude tuentes gloriam, nostris, ut olim multorum, eximie faverunt studiis. Hanc litteris promovendis valde utilem bonisque omnibus charam mentem, ut silentio præterire nefas esset, ita committere non possumus ut publicum hoc pietatis nostræ animique tanta beneficiorum magnitudine magnopere affecti desideretur monumentum. Debemus illud illustrium bibliothecæ Augustanæ curatorum munificentiæ, qua usum manuscriptorum quæ locupletando scriptori nostro inservire poterant, liberalissime nobis concedere haud dubitarunt. E numero illorum satis magno, hoc loco quatuor illi codices commemorandi erunt, quibus ad exornandum hunc tomum usi sumus. In horum autem descriptione, ut breviores simus, a laudibus nobis temperabimus, [XVI] quia Ehingeri, Hœschelii et Reiseri Indices mss. bibliothecæ Augustanæ, codices istos jam satis inter eruditos commendarunt. Is quem primum adhibuimus, cum Theodoreti Commentarius in Octateuchum prelo parandus esset, est chartaceus, sæculo XI, ut videtur, scriptus in fol. Complectitur Quæstiones in quinque libros Mosis, in librum Josuæ, et maximam omnino partem libri Judicum, usque ad initium Quæstionis vicesimæ. In eodem codice exstant carmina Sibyllina, quæ ex illo olim edita sunt a Xysto Betuleio, cujus esse putantur notulæ ad marginem passim ascriptæ. Tres alii codices spectant ad Commentarium in Psalmos. Primas inter illos tenet is quem in editione nostra *primum* diximus, quia præstantior est reliquis duobus, quos etiam antiquitate superat. Quantum enim duce Montfauconio, cujus in hunc finem consuluimus Palæographiam Græcam, in re plerumque satis incerta assequi potuimus, eum ad sæculum X referendum esse putamus. Est membranaceus in 4, et ob minutum characterem ac singularia scribendi compendia lectu omnino difficilis. Comprehendit vero unius Theodoreti integrum in Psalmos Commentarium, et partem Præfationis, cujus initium incidit in verba illa ὁλοφύρεται συμφορὰς quæ exstant pag. 604 edit. nostræ. Præmissa sunt octo folia, quorum quatuor priora, quæ recentiorem manum aliumque scriptorem produnt, inscripta sunt, Προοίμιον εἰς τὸν ψαλτῆρα καὶ ἐγκώμιον εἰς τὸν Δαβίδ, quatuor autem postrema adeo sunt vetustate detrita, ut litterarum characteres admodum exiles vix possint dignosci. Hæc sequitur Commentarius in Psalmos, quem, ut jam diximus, integrum, deinde excipit Expositio variorum auctorum in Canticum Mosis, satis male quidem, paululo tamen melius scripta, quam qui proximum tenet locum, Index Sermonum Chrysostomi. Finem codicis faciunt folia quædam admodum vetustate corrupta, quæ ad Gregorii Nysseni librum *De anima* pertinere videntur. Codex, quem *secundum* in editione nostra diximus, est chartaceus in 4, recentiori manu ab antiquiori quodam, ut putamus, descriptus, qui desinit in medio Commentarii ad psalmum nonagesimum quartum. In fine subjuncta est eadem, etsi in verbis paululum diversa, variorum auctorum Expositio Cantici Mosis, de qua jam diximus. Is denique codex quem *tertium* in Scholiis nostris dicere consuevimus, est membranaceus, in folio ut aiunt, sæculo X vel XI satis nitide scriptus, [XVII] et bene servatus. Complectitur Catenam in Psalmos ex Asterio, Basilio M., Cyrillo, Didymo, Eusebio et Nostro collectam, quæ incipit a psal. IX, 16, et progreditur usque ad finem psalmi quinquagesimi.

Præter hos quatuor codices Augustanos, quorum exactissimam cum textu Sirmondiano instituimus comparationem, aliis quoque ad hunc tomum uti licuit subsidiis. Ad primam ejus partem, seu ad Commentarios in Octateuchum utiliter adhiberi potuit ac debuit editio mere Græca, quæ studio Joannis Pici Parisiis anno 1558 in 4 prodiit. Cum vero in hac editione Pici, æque ac in codice Augustano antea commemorato, nonnullæ Quæstiones in librum Judicum et Commentarii in librum Ruth deessent, hunc defectum aliquo modo suppleri posse putavimus ex illis quæ Dav. Hœschelius suis ad Photium Notis pag. 53 seq. e codice quodam Bavarico inserenda curavit. Ad libros Paralipomenon, post pag. 600, accesserunt variæ lectiones e præstantissimo codice Coislin. VIII collectæ. His ut frui nobis liceret, debemus illustri Schlægero, qui ut eruditionis fama multorum in Gallia et Italia eruditorum meruit amicitiam, ita quoque horum auxilio egregie conatibus nostris profuit, imo vel solo hoc nomine de nobis summopere meritus est, quod codicis istius Coisliniani a Montfauconio Bibliothe. Coisl. p. 50, dignis laudibus ornati, Excerptorum copiam nobis fecerit per eruditum, quem Argentorati habet amicum. Præterea quoque ex amplissimo bibliothecæ Mediceæ Laurentianæ thesauro quædam ad hunc tomum condecorandum accesserunt, operam nobis præstante Cl. Bandinio bibliothecæ præfecto. Hæc maxima ex parte desumpta sunt ex præstantissimo illo sæc. X, vel XI codice, quem ampl. Bandinius Catalogi codicum mss. jam dictæ bibliothecæ, pag. 87 seq., descripsit. Ad illum enim pertinent omnia ista quæ ad psal. V—XXXV, in editione nostra relata sunt. Quæ vero ad psalmum LXXVII, pag. 1148, schol. 6, inserenda curavimus, descripta sunt e cod. XIV, cujus descriptio exstat l. c., pag. 34 seq., ad quem etiam pertinent, quæ pag. 1409 editionis nostræ allata sunt ad psal. CXII, 9.

Hactenus de codicibus Augustanis, Coislinianis ac Florentinis dictum est. Possent etiam hoc loco alia commemorari, quæ ad [XVIII] locupletandos proximos tomos, sive ex iisdem sive ex aliis celeberrimis bibliothecis collecta et fidei nostræ liberalissime concessa sunt. Ne autem justo prolixiores simus, aut ambitiosius de nobis prædicare videamur, non nisi illis quæ ad hunc tomum pertinent, inhærebimus; alio enim tempore de iis quæ ad reliquos spectant, dicendi erit opportunior locus. Paucis itaque adhuc commemoramus, suo loco sive scholiis inserta, sive, ubi textus Sirmondianus eadem habebat, brevissime indicata esse ea, quæ Garnerius Auctarii pag. 7-20., e codice Vat. 247, ad locupletandum Commentarium in Psal-

Digitized by Google

mos attulit. E Catena seu Expositione Patrum Græcorum in Psalmos, quam Balth. Corderius S. J. Antv. 1643-1646 edidit, multa potuissent in textum inferri, quæ tamen consulto omisimus, tum quia dubia plerumque est Catenarum fides, tum quia librum istum facilius quam codices, quisquis adire potest. Satis itaque esse putavimus, si locorum quæ ad alium auctorem a Corderio relata sunt, vel tribus verbis mentio fieret.

Hæc fuerunt præsidia, quibus muniti accessimus ad textum Græcum, ubi opus esset, restituendum ac locupletandum. In hoc negotio peragendo egregiam utilitatem nobis præstiterunt codices Augustani, quorum ope supplevimus quæ in textu Sirmondiano desiderabantur. Multis jam non opus erit testimoniis, quæ ex Scholiis nostris facile colligi possent: tamen, ut dictis fidem faciamus, unum alterumve adducere operæ erit pretium. Ita psal. LVI, 1, pag. 977 edit. nostræ e cod. Aug. I., inserenda fuerunt verba ista, ὁ μέγας Δαβίδ, ut textus Græcus responderet versioni Latinæ Carafæ, qui eadem legit, ut observatum est l. c. in schol. Sic quoque psal. CXVIII, 139, pag. 1473 edit. novæ, ante nomen Stephani ex eodem codice supplevimus ὁ καλλίνικος, quod Carafa quidem, non autem Sirmondus in codice suo legerat. Sæpius quoque in versione Latina suppleri debebant, quæ non modo in textu Sirmondiano, sed nostris quoque codicibus exstabant. Hujus emendationis vel unicum e multis exemplum attulisse sufficiat, quod exstat psal. CXVIII, 152, pag. 1476, ubi in Carafæ interpretatione desiderabantur verba ista: *Descendens*, inquit, *contestare eos per cœlum ac terram*. Sed de his satis. Magis lætati sumus de auxilio quod egregii isti codices nobis attulerunt, ut lacuna illa, de qua jam diximus, feliciter expleri posset, psal. XVIII, 6, 7. Multa etiam, eaque nonnunquam satis prolixa loca in Commentario ad Psalmos [XIX] ex his codicibus accesserunt, quæ signo illo (») a textu Sirmondiano distinguere visum est. Sed non omnes istæ accessiones in textum recipi vel potuerunt vel debuerunt: magnam potius earum partem ad marginem remisimus, si vel nexus cum illis quæ præcedebant, erat minus aptus, vel apud Montfauconium in Collectione nova Patrum, apud Corderium, imo quoque in Chrysostomi aliorumque scriptis, eadem sub aliorum auctorum nomine expressa vidimus, vel denique aliæ dubitandi rationes adfuerunt. Speramus etiam, æquos harum rerum judices hoc nostrum consilium esse probaturos. Maluimus enim in re satis gravi timidiores quam audaciores videri, et a culpa ista immunes esse, quam illi sibi contraxerunt, qui ut scriptorem quemdam egregie locupletasse putarentur, obvia quæque minus caute arripuerunt.

Nunc paucis reddendæ erunt rationes, cur in Scholiis textui, parca licet manu, adjectis, tum receptam LXX Interpretum lectionem, tum Fragmenta reliquorum interpretum Græcorum, tum denique ipsius Græcæ versionis ab Hebraica veritate dissensum, passim attingere visum sit. Ad primum quod attinet, lectionibus versionis Græcæ restituendis admodum proficuum esse putamus, si in scriptis Patrum Græcorum lectiones illæ non negliguntur, quæ a recepta LXX Interpretum lectione recedunt. Ita enim haud raro genuinam et primitivam horum Interpretum lectionem deprehendimus, in qua vel omnes vel plurimi commentatores Græci consentiunt. Sic II Reg. XX, 18, recepta lectio versionis Græcæ est ἔθεντο; Theodoretus autem, ut ad locum istum observavimus, legit διέθεντο. Jam cum hæc posterior lectio in Commentariis Græcis tantum non omnibus obvia sit, specie haud caret conjectura, eam esse genuinam et primitivam, ex qua emendari possit recepta lectio. Alia hujus generis exempla in eodem libro exstant cap. XXI, 2, et cap. XXIV, 1. Observavimus autem, Theodoreti lectiones plerumque consentire cum codice Alexandrino et Oxoniensi, sicque cum editione Aldina, et, si fides debetur Bosii Excerptis, etiam cum Complutensi. Ad alterum quod attinet, antiquiorum interpretum Fragmenta adhibenda esse putavimus, ubi Theodoretus minus rectam LXX Interpretum versionem secutus erat, quod tamen rarius accidit, ut quæst. VI in librum Judicum. De reliquo laudandum est criticum Nostri studium, utpote qui haud raro falsas LXX Interpretum explicationes [XX] melioribus Symmachi aliorumque postposuit, ubi opus erat, reliquorum interpretationes recensuit. Multum itaque adjuvit Montfauconii et Drusii operam in colligendis antiquorum interpretum Græcorum Fragmentis positam; etsi in Scholiis passim a nobis indicata sint, quæ in Montfauconii Hexaplis desiderantur. Quod denique reliquum est, diversitas, quæ inter textum Hebraicum et versionem Græcam haud raro intercedit, et in Psalmis præcipue frequens est, vel ideo paucis indicanda fuit, ut cavere sibi discant alii, ne sensu alieno in S. Scripturam illato, ad alia quævis delabantur. Hoc enim Patribus Græcis sæpius accidisse, docet versionis Græcæ, quam sequi solent, cum Hebraica veritate comparatio.

Reliquum est, ut moneamus, ad initium paginarum editionis Sirmondianæ se referre asteriscos ad marginem in textu editionis nostræ appositos, ipsi autem Operi Indicem harmonicum, ut dicunt, paginarum utriusque editionis præmissum esse, quo in rem suam commode uti poterunt, qui locum ex editione Sirmondiana allegatum, in nostra quærunt. Nec inutile visum est, ad finem Commentarii in Psalmos Græcum subjungere Indicem, secundum prima cujusvis psalmi verba, alphabetico ut aiunt ordine compositum. Loca etiam biblica in hoc Opere citata, non solo capitis numero, ut in priori editione, sed addito versiculorum numero exprimenda esse duximus. Laudandum quoque est studium cl. Bertrami A. M. qui omnem dedit operam, ut hæc nova editio, quantum fieri posset, ab erroribus typothetarum esset immunis.

Deum rogamus, ut hos et reliquos conatus nostros in nominis sui gloriam et aliorum utilitatem cedere jubeat clementissime. Dab. Halæ in Acad. Frideric. VI Cal. Octobr. A. R. S. MDCCLXVIII.

Digitized by Google

SIRMONDI PRÆFATIO.

[XXI] *Etsi non abs re fortasse poteram præfatione ista supersedere, atque in hac Theodoreti editione nostra quid præstitum sit, oculis tuis potius, lector, et observationi relinquere : de paucis tamen quibusdam, in quibus hærere te posse sentiebam, non ingratum fore visum est si breviter indicarem. Primum omnium de Quæstionibus in Octateuchum, quæ sunt in principio tomi primi, cum harum exemplar in Bibliotheca regia Joannes Picus interpres nullum ætate sua fuisse narret, optimum vetustissimumque in ea nunc esse, quod nobis non solum Theodoreti præfationem hactenus non editam, cum iis quæ in Pici codice sub finem desiderabantur, exhibuit, sed et alia passim multa vel pleniora vulgatis vel emendatiora subministravit, perturbationemque illam discussit, quæ suspensos legentium animos in quæstione 20 morabatur.* [XXII] *Ubi cum de imagine Dei, quemadmodum accipienda sit, veterum aliquot scriptorum opiniones protulisset ac rejecisset Theodoretus, easdem ipsas quas improbarat, postmodum asserere et confirmare videbatur, errore ut apparet hinc nato, quod, cum ex antiquis Catenis, quas vocant, excerptas Theodoreti Quæstiones istas constet, qui codicem, quo usus est Picus, descripsit, cum Theodoretianis sententiis, Origenis quoque ac Diodori et Theodori sententias illas quas rejecerat, prætermissis auctorum nominibus per imprudentiam subjunxit. Quo prorsus mendo caruit codex regius, qui quod Theodoreti non sit hoc loco nihil habet. Hunc itaque nos secuti, ea quæ subsequebantur sic retinuimus, ut Origenis, Diodori et Theodori præfixis vocabulis, non Theodoreti, sed aliorum esse ostenderemus. Quin et hoc exemplo, non modo alia id genus aliorum auctorum commatia, quæ aliis in locis occurrebant, et proprium nomen retinebant, non sustulimus, sed et ipsi nova quædam interdum, quæ ad Theodoretum facerent, eodem ex fonte petita, e re tua futurum id sperantes, indidimus : in secundo deinde tomo, qui prophetarum explanationes continet, ut Isaiæ Commentariorum, qui nusquam reperiuntur, jacturam aliqua ex parte resarciremus, ex iisdem Catenis ea delibavimus, quæ Theodoreti nomen præferebant, quæ quidem cum medullam haud dubie omnium quæ in Isaiam scripserat, succumque complectantur, subsidio interim erunt, dum integrum opus emergat. Quanquam hujus potiundi spes jam dudum, ni fallor, apud Græcos ipsos interiit : quippe qui ad jacturæ solatium Excerpta quoque istiusmodi aggressi sint, quorum exemplaria et Romæ et Parisiis videre nos meminimus, sed quæ ultra* XV *Isaiæ caput non procedebant. In tertio lucem nunc primum vident Theodoreti Epistolæ CXLVII, paucæ videlicet, si cum iis conferantur, quas Nicephorus abs se lectas commemorat numero quingentas. In his Vaticanum codicem exhibuimus, quo etiam usus est cardinalis Baronius in Annalibus. Postea Neapolitanum alterum nacti, varias ex eo lectiones Vaticano apographo castigatiores selegimus, suoque loco edendas* [XXIII] *curavimus. In quarto nihil est admodum quod Græce Latineque antehac excusum non sit, cum in cæteris Græce plurima nunc primum proferantur : in primo nimirum, Quæstiones in libris Regum, et Paralipomena, itemque Psalmorum interpretatio et Cantici canticorum : in secundo universa, hoc est prophetarum omnium, tum majorum præter Isaiam, tum minorum duodecim explanatio : in tertio denique, Expositio Epistolarum beati Pauli, religiosa eremitarum Historia, et Theodoreti quas diximus Epistolæ. De versionibus Latinis hoc quoque admonendus es, lector, quoniam in Græco-Latina editione id præcipue spectandum videbatur, ut Latina Græcis, quoad ejus fieri posset, paribus spatiis responderent, brevitati autem Theodoreti laciniosa quorumdam interpretum oratio minime congruebat, faciendum necessario fuisse, ut huic incommodo mederemur. Quod nunc parcius, nunc liberius aliqua interpolando dum facimus, reprehensionem vereremur, nisi conscii nobis essemus, quanti omnium, qui in hac arena versati sunt, doctrinam facundiamque faceremus. Quorum etiam beneficii memoria ne interiret, singulorum Epistolas, quid quisque primus in lucem protulerit explicantes, sed in aliis deinceps editionibus prætermissas, in hac nostra restituendas duximus. Ante omnia vero, Theodoreti quoque ipsius Vitam ex ejus potissimum Epistolis concinnatam adjecimus. Tu æqui omnia consule, et vale.*

VETERUM ALIQUOT SCRIPTORUM

DE THEODORETO TESTIMONIA.

Sancti Leonis papæ in Epistola ad Theodoretum ipsum, quæ integra exstat in Appendice sub finem tomi IV editionis Sirmond.

Dilectissimo fratri Theodoreto episcopo, Leo episcopus.

Remeantibus ad nos fratribus et consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium Sedes B. Petri

Digitized by Google

direxit, agnovimus dilectionem tuam superno adjutorio nobiscum tam Nestorianæ impietatis quam Eutychianæ vesaniæ exstitisse victricem. *Et post alia.* Sed benedictus Deus noster, cujus invincibilis veritas ab omni hæreseos macula mundum te secundum sedis apostolicæ judicia demonstravit. Cui dignam retribues pro tot laboribus gratiam, si talem te, qualem probavimus ac probamus, pro universalis Ecclesiæ defensione servaveris. Nam quod Deus omnium calumniosorum fallacias solvit, maximam beatissimi Petri curam pro nobis cunctis agnoscimus, qui postquam suæ sedis judicium in fidei defensione firmavit, nec circa cujusquam vestrum, qui nobiscum pro catholica fide laborastis, personam quidquam reprobum videri permisit : quia nec poterat Spiritu sancto judicante quisquam ex eis non victor exsistere, quorum jam vicerit fides.

—

Gennadii presbyteri, in libro De viris illustribus, cap. 89.

Theodoretus episcopus Cyri civitatis (a Cyro enim rege Persarum condita servat hodieque apud Syriam nomen auctoris), scripsisse dicitur multa : ad meam tamen notitiam ista sunt quæ venerunt. De incarnatione Domini adversus Eutychem presbyterum, et Dioscorum Alexandriæ episcopum, qui humanam in Christo carnem fuisse negant, scripta fortia, per quæ confirmat et ratione et testimoniis Scripturarum, ita illum veram maternæ substantiæ carnem habuisse, quam ex matre Virgine sumpserat, sicut et veram Deitatem, quam æterna nascibilitate a Deo Patre gignente ipse nascendo suscepit. Et decem *Historiæ ecclesiasticæ* libri, quos imitatus Eusebium Cæsariensem scripsit, incipiens a fine librorum Eusebii, usque ad suum tempus, id est, a Vicennalibus Constantini usque ad imperium Leonis senioris, sub quo et mortuus est.

—

Theodori abbatis et philosophi in Argumento synodi Ephesinæ.

Εὑρέθη δὲ μετὰ Ἰωάννου Θεοδώρητός τις, ἐλλογιμώτατος Κύρρου ἐπίσκοπος πόλεως ἀνατολικῆς. Οὗτος κατὰ Κυρίλλου λέγων, ἐπελαμβάνετο καὶ τῶν δώδεκα κεφαλαίων, ὧν ἔγραψεν ἐν τῇ τρίτῃ ἐπιστολῇ τῇ πρὸς Νεστόριον. Καὶ ἀνέτρεπεν αὐτὰ, λέγων ὅτι Ἀρειανός ἐστιν ὁ ἅγιος Κύριλλος, καὶ τὰ Εὐνομίου καὶ Ἀπολιναρίου φρονεῖ. Ὁ γὰρ Κύριλλος Νεστορίῳ ἀπομαχόμενος τῷ διαιροῦντι τὴν οἰκονομίαν, τῆς ἑνώσεως μᾶλλον φροντίδα πεποίηται· ὅθεν καὶ ἐδόκει πως τῷ Θεοδωρήτῳ ὡς μίαν φύσιν δοξάζων, ὡς οἱ Ἀρειανοὶ καὶ οἱ περὶ τὸν Ἀπολινάριον. Πλὴν οὔτε Θεοδώρητος φαίνεται πώποτε τὸν Νεστόριον ὑπερμαχόμενος, ἀλλὰ μόνον τὸν Κύριλλον ἀπομεμφόμενος διὰ τὴν συμβᾶσαν εἰς Ἰωάννην ἀτιμίαν. Εἰ δὲ βούλεταί τις γνῶναι, ὅτι Θεοδώρητος καὶ λίαν ἐμίσει Νεστόριον, ἀναγνῷ τὸ περὶ τῶν αἱρέσεων αὐτῷ Θεοδωρήτῳ γεγραμμένον βιβλίον.

Cum Joanne adfuit Theodoretus eloquentissimus episcopus Cyri civitatis orientalis. Hic contra Cyrillum agens, duodecim ejus capitula reprehendebat, quæ in tertia ad Nestorium epistola conscripsit; refellebatque illa, dicens Arianum esse sanctum Cyrillum, et cum Eunomio et Apollinari sentire. Cyrillus quippe Nestorio resistens incarnationem dividenti, majorem unionis curam præ se tulit : unde et Theodoreto unicam naturam docere videbatur, sicut Ariani et Apollinaris. Sed neque Theodoretus Nestorium defendere unquam visus est, sed Cyrillum duntaxat accusare ob illatam Joanni contumeliam. Quod si quis nosse velit exosum vehementer Theodoreto fuisse Nestorium, librum legat quem Theodoretus ipse *Adversus hæreses* composuit.

—

Joannis Euchaitæ in Elogiis scriptorum ecclesiasticorum.

Ἐνιστορήσας τοὺς σοφοὺς διδασκάλους
Καὶ τὸν Θεοδώρητον αὐτοῖς ἐγγράφω,
Ὡς ἄνδρα θεῖον, ὡς διδάσκαλον μέγαν,
Ὡς ἀκράδαντον ὀρθοδοξίας στύλον.
Ἂν δ' ἐκλονήθη μικρὸν ἔκ τινος τύχης,
Ἄνθρωπος ἦν, ἄνθρωπε, μὴ κατακρίνῃς·
Οὐ γὰρ τοσοῦτον δυσσεβὴς ἦν ὁ κλόνος,
Ὅσον μετεῖχε τῆς ἐριστικῆς βίας.
Τί γάρ ; Κύριλλον πανταχοῦ νικᾶν ἔδει,
Καὶ δογματιστὴν ὄντα, καὶ λογογράφον.
Ὅμως δὲ τούτῳ καὶ διώρθωται πάλιν.
Τὰ δ' ἄλλα πάντα τῶν μεγίστων ποιμένων
Βλέπων τὸν ἄνδρα μηδενὸς λελειμμένον·
Ἐνταῦθα τούτοις εἰκότως συνεγγράφω.

Doctos magistros litteris dum prosequor,
Jure Theodoretus inter hos censendus est,
Divinus ut vir, ut magister optimus,
Fidei orthodoxæ ceu columna immobilis.
Quodsi parumper forte quadam motus est,
Homo erat, qui homo es, ne crimen inferas, cave.
Non tam sinistræ motus hic sententiæ,
Quam pertinacis impetus pugnæ fuit.
Quid enim? Cyrillum ubique vincere par erat,
Summæ virum doctrinæ et eloquentiæ,
Sed postea hoc ipsum ipse correxit tamen
Hunc ergo cernens cæteris in omnibus
Non imparem esse maximis pastoribus,
Merito inter illos hoc loco recensui.

—

Digitized by Google

(*) Τῆς εὐεπείας καὶ λόγων εὐγλωττίας
Καὶ ῥητορικῆς δεινότητος καὶ τέχνης
Ὡς ἄγαμαί σε καὶ τέθηπά σε πλέον,
Ὦ συγγραφεῦ ἄριστε καλλίστων λόγων.
Ὄντως διαυγεῖς καὶ φαεινοὶ λυχνῖται.
Καὶ μάργαροι στίλβοντες οἱ σοὶ δὴ λόγοι
Καὶ πρόξενοι μὲν ἀρετῆς τῆς ἐνθέου,
Τῆς ἀθέου δὲ στηλιτευταὶ κακίας.

Artis bene ac concinne dicendi
Et rhetoricæ vis ac peritiæ exemplum,
Quantopere amo te, imo cum stupore admiror
Te qui præstantissimorum Auctor es Operum!
Vere sunt limpida et instar lucernæ emittunt lucem,
Et gemmæ splendorem imitantur verba tua.
Ad divinam quoque nos adducunt virtutem,
Impietatis autem et improbitatis nefanda produnt [crimina.

Claudii de Sainctes, episcopi postea Ebroicensis, de Theodoreto Hexastichon.

Sacrorum interpres nemo sine numine divum:
Si apte, si breviter, munera dupla putant.
Nemo inter Græcos brevius, nemo aptius isto
Scripturas aperit, hæreticosque premit.
Certe illi faciunt divina charismata nomen,
Ad sacra perque Deum est sarta tuenda datus.

(*) In hac nova editione desiderari noluimus elegantissimum hoc Anonymi epigramma, quod ex veteri codice olim descripsit Henricus Savilius.

TESTIMONIA QUÆDAM

De Theodoreti commentariis in Octateuchum, in libros Regum ac Paralipomenon.

Theodoretus ipse in Præfatione ad libros Regum singula commemorat.

Ἐπειδὴ τῆς θείας χάριτος ἀπολαύσαντες Μωϋσέως τοῦ νομοθέτου τὰς βίβλους, καὶ Ἰησοῦ τοῦ προφήτου, καὶ τῶν Κριτῶν, καὶ τῆς Ῥοὺθ ἡρμηνεύσαμεν· φέρε πάλιν τοῦδε τοῦ φωτὸς τὴν αἴγλην λαβεῖν ἱκετεύσαντες, τὰς τῶν Βασιλειῶν ἀναπτύξωμεν ἱστορίας.

Quoniam divina freti gratia interpretati sumus libros Mosis legislatoris, et Josuæ prophetæ, et Judicum, et Ruth, age splendorem hujus lucis ut accipiamus iterum implorantes, explicemus Regnorum historias?

Idem in I Paralipomenon pag. 561.

Τὴν δὲ τῶν μουσικῶν ὀργάνων διαφορὰν ἐν ταῖς Βασιλείαις εἰρήκαμεν.

Musicorum autem instrumentorum differentiam diximus in libris Regum.

Photius in Bibliotheca, codice CCIV.

Ἀνεγνώσθη τοῦ αὐτοῦ θεσπεσίου ἀνδρὸς, τοῦ μακαρίου Θεοδωρίτου, ἐξήγησις εἰς τὴν ὀκτάτευχον· ἐπιγραφὴν δ' ἔλαχε συμβαίνουσαν τῷ ἔργῳ. Εἰς τὰ ἄπορα γὰρ χρηματίζει τῆς Γραφῆς, ἐν οἷς ἐστι καὶ εἰς τὰ τῶν Βασιλειῶν, καὶ εἰς τὰ Παραλειπόμενα. Χρήσιμον δὲ εἰς τὰ μάλιστα τὸ βιβλίον.

Legi ejusdem divini viri B. Theodoreti Explanationem in Octateuchum, quæ inscriptionem nacta est Operi congruentem, in obscura et abstrusa Scripturæ loca, in quibus sunt et ad libros Regum, et in Paralipomena. Utilissimum autem in primis hoc opus.

Theodoretus ipse in epistola 82, ad Eusebium episcopum Ancyranum.

Διὰ γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν, καὶ τοὺς προφήτας ἅπαντας ἡρμηνεύσαμεν, καὶ τὸ Ψαλτήριον, καὶ τὸν Ἀπόστολον.

Quæ divina est gratia, et prophetas omnes commentariis exposui, et Psalterium, et Apostolum.

Digitized by Google

Idem in librum II Regum, quæst. XLIII, de hymno loquens, seu cantico Davidis ob victoriam.

Consonat autem psalmo XVII, vel potius idem est, paucas habens nominum mutationes. Ego autem cum aliis Psalmis hunc quoque interpretatus, supervacaneum existimavi secundam componere interpretationem.

Ἔστι δὲ σύμφωνος τῷ ιζ' ψαλμῷ, μᾶλλον δὲ αὐτός ἐστιν, ὀλίγας ἔχων ὀνομάτων ἐναλλαγάς. Ἐγὼ δὲ μετὰ τῶν ἄλλων Ψαλμῶν καὶ τοῦτον ἑρμηνεύσας, περιττὸν ὑπέλαβον δευτέραν ἑρμηνείαν ποιήσασθαι.

Nicephorus lib. XIV, *cap.* 51, *Theodoreti opera enumerans.*

Similiter et in Psaltem aliud opus reliquit.

Ὡσαύτως καὶ εἰς τὸν Ψαλτῆρα ἕτερον σύγγραμμα κατέλιπεν.

DISSERTATIO

DE VITA ET SCRIPTIS THEODORETI.

[3] Dignissima est quæ enarretur Vita Theodoreti, sive multiplicem viri doctrinam, sive variam ejus fortunam spectemus. Illa, ut admirationem omni jure meretur, ita quoque multam nos ad imitationem excitandi vim habet; hæc vero, etsi tanto Viro minus digna videri possit, tamen magnam nobis præstat utilitatem. Illustri enim exemplo suo nos docuit Theodoretus, tum quæ nobis ingredienda sit via, si de cœtu Christiano bene mereri volumus, tum quanta opus sit circumspectione, ne vitæ cum laude actæ et nominis gloriæ vel levis aspergatur macula. Norunt, quotquot sæculi V et VI ac synodorum, quarum memoria in hæc tempora incidit, historiam consuluerunt, quam variam fortunam expertus sit Theodoretus, cujus eadem, quæ olim Eusebii Cæsariensis, sors fuit. Quem enim plurimi summis exornarunt laudibus, eumdem alii de fide suspectum habuerunt, sua communione vix dignum putarunt, et quæ eorum temporum fuit iniquitas, anathemate ferierunt. Haud multo [4] æquiores nostro etiam tempore quosdam invenit judices, contra quos difficile est Apologiam non scribere. Iis omnino accensendum esse putamus Garnerium, qui passim in Dissertationibus quas Auctario suo complexus est, acerbum adversus scriptorem nostrum egit judicem, cui tamen potius quam Theodoreto accidisse existimamus, quod l. c. p. 113, de Nostro dicit, « Id passus est, quod solent oculi vehementer affecti: visus est nempe sibi videre totam re ipsa hæresin, ubicunque vel minima species umbraque occurreret. » Fuerunt autem omni tempore, qui causam Theodoreti defendentes ipsi veritati patrocinati sunt, etsi Cousinus, qui in Præfatione ad interpretationem Gallicam *Historiæ eccles.* Theodoreti magno cum ardore pro illo pugnavit, et forsitan nonnulli alii haud immerito nimiæ in illum voluntatis rei habeantur.

Quæ cum ita sint, aurcam mediocritatem servare studebimus, ne vel iniquis accusationibus Viro optimo partem laudis detrahere, vel nimio laudandi, aut si quid humani passus est Noster, dissimulandi studio, a veritate aliena tradere videamur.

Ne ordine careat hæc omnis Disputatio, tres constituemus partes Vitæ Theodoreti. Prima narrabit ejus primordia, successus ac studia usque ad annum istum quo ad episcopalem dignitatem evectus est. Secunda exponet de rebus gestis ejus usque ad concilium Chalcedonense, seu œcumenicum quartum. Tertia denique recensebit ultima ejus fata et motus post obitum illius ortos, quibus finem si non fecit, facere saltem debuit concilium Constantinopolitanum seu œcumenicum quintum.

Quam nascendi sortem habuerit Theodoretus, ignoraremus, nisi ipse (*Hist. relig.* cap. 13) pauca attigisset, e quibus colligitur, eum Antiochiæ circa A. C. 386, in lucem editum esse, etsi [5] Fabricius (*Biblioth. Gr.* vol. VII, p. 430) natales ejus ad A. C. 393 referre maluerit. Non immorabimur miraculis recensendis quæ ipse loco jam citato de Macedonio Asceta refert, cujus precibus suam nativitatem tribuit. Hæc ideo tantum attigimus, ut appareat, eum dictum fuisse Θεοδώρητον, quia parentibus a Deo quasi donatus erat. Non fallunter itaque qui nomen ejus Græce per η scribere jubent, quod in codicibus etiam fieri observavimus postquam primus hoc nos docuit Joa. Picus in Præf. ad Theodoreti Quæstiones in Octateuchum, quas Græce edidit Paris. a. 1558. Idem quoque defendere videtur Suidas, qui Θεοδώριτος quidem nomen proprium esse observat, alteram vero scribendi rationem meliorem esse haud obscure indicat, verbis istis quæ proxima sunt, Θεοδώρητος δὲ διὰ τοῦ η ἡ δωρεὰ τοῦ Θεοῦ. Nolumus tamen illis

Digitized by Google

magnopere adversari, qui nomen illud per t scribere malunt, quia sic quoque in codicibus frequenter scribitur, imprimis in Acrostichide Canonis catanyctici ad Servatorem, apud Lambec. lib. v, p. 268. Sed mittimus hæc, et ad historiam, a qua paululum digressi eramus, revertimur. Liberali, ut tempora ferebant, institutione frui licuit Theodoreto. A prima enim juventute vitam egit in monasterio Euprepii prope Antiochiam, ubi prima eruditionis posuit fundamenta, adjutus favore Porphyrii, qui eo tempore Ecclesiæ Antiochenæ præerat. Monasticæ vitæ a parentibus inde a nativitate consecratus, per triginta ad minimum annos in monasterio illo versatus est, nec inde discedere voluit, cum jam lectoris et diaconi honores in eum collati essent. Haud male vero ab illo collocatum fuisse tempus quod ibi transegit, testantur egregia illa ingenii fere divini et subacti judicii specimina, quæ deinde, cum ad munus episcopale evectus esset, edidit. Libris [6] istis, qui magno numero supersunt, elaborandis, gravissimisque illis negotiis quæ postea subiit, se, cum in hoc lateret monasterio, idoneum reddidit. Nec miramur, tantos illum in sacrarum Litterarum studio fecisse progressus, cum licuerit illi exoptatissima Joannis Chrysostomi disciplina et institutione uti. Quam sint felices, quibus contingit, probis innotescere viris, ab eorum ore pendere, suamque ad illorum exemplum componere vitam, nisi omnium temporum doceret historia, hoc unico exemplo abunde posset comprobari. Concedimus quidem, ad summum illud in arte bene dicendi fastigium, quod inter rhetores sacros unus fere tenuit Chrysostomus, non assurrexisse Theodoretum, id tamen asserere non dubitamus, in scientia ista theologo apprime digna, quæ spectat ad interpretationem sacrarum Litterarum, non mysticam illam, sed planam, perspicuam et uniuscujusque captui accommodatam, vix esse quemquam qui Chrysostomo sit similior. In hoc imitando adeo felix fuit Theodoretus, ut si Commentarios ejus in sacros libros Novi potissimum Testamenti consulimus, haud raro ipsum Chrysostomum legere putemus. Sed non unicum hunc habuit artis suæ magistrum. Habuit etiam Theodorum, quem Mopsuestenum dicunt, de quo nescimus an satis recte judicent, qui cum Patribus synodi quintæ omnem ejus damnant memoriam. Paucissima illius ad nos venerunt scripta, Græco idiomate consignata, plura vero, ut bene contra Dupinium monuit Rich. Simon *Crit.* tom. I, p. 107, inter Syros quærenda sunt. Ex paucis illis, quæ sive temporis sive adversariorum ejus iniquitate nobis relicta sunt, vix satis judicare licet, quæ fuerit viri illius sic dicta improbitas. Summam tamen ejus in toto Oriente fuisse auctoritatem novimus, et si ex Fragmentis, quæ in Catenis passim obvia sunt, de [7] hoc Scriptore judicium ferre licuerit, laude potius quam vituperatione dignus videbitur. Ipse Garnerius Auctarii, p. 184, fateri cogitur, talia subinde in Catenis legi ex Theodoro isto in Psalmos, quæ ostendant, ab ipso litteralem sensum feliciter expositum fuisse. Hæc licet haud adeo multum ad tuendam Theodori causam facere videantur, tamen, quia ab adversario eoque alias satis iniquo proficiscuntur, majorem ad eum commendandum vim habebunt, quam quæ Facundus multis complexus est libris. Quidquid vero sit, parum proficua fuit Theodoreto familiaritas, quam cum illo contraxerat. Uterque enim, postquam satis diu funesta de tribus Capitulis agitata erat lis, in synodo v Constantinopolitana A. C. 553, damnatus est. De Nestorio autem quid dicamus? Optandum sane esset, nullam Nostro cum illo intercessisse consuetudinem. Magna autem pietatis species, quam eo tempore, quo Theodoretus in monasterio versabatur, præ se ferebat Nestorius effecit, ut arctissima inter utrumque contraheretur amicitia, quæ maximis adversitatibus ægre dissolvi potuit. Theodoretus enim amicorum suorum erat studiosissimus et in defendendis illis constantissimus. Multorum hæc ipsi fuit causa malorum, de quibus in proxima hujus Dissertationis parte aptior erit dicendi locus. Hoc unicum nunc adjiciendum erit, errores viri, cujus personam colebat, magnopere detestatum esse Theodoretum, ut scripta ejus et Acta concilii Chalcedonensis testantur.

Quæ fuerint scriptoris nostri primordia, quo delectatus sit studiorum genere, quos habuerit præceptores, quosque coluerit amicos, hactenus vidimus. Verendum autem est, ne, ut justo diutius illum in cœnobio Sancti Euprepii delituisse nonnulli putant, ita quoque nos jam satis diu his vitæ ejus initiis immoratos esse existiment. [8] Comitemur itaque nunc Theodoretum ex angustis monasterii illius cancellis in ampliorem et tanto viro digniorem scenam prodeuntem. Videamus, quam deinde personam egerit, et quæ fuerit ejus in administrando munere episcopali rara assiduitas. Publicum Ecclesiæ doctorem jam agere cœperat, cum ab Alexandro Antiochiæ hoc tempore episcopo diaconus constitutus esset. Hoc munere, etsi e monasterio suo nondum egressus, summa cum laude functus est, cum in sermonibus, quos coram cœtu sacro recitabat, Apollinaristarum, Arianorum aliorumque errores acriter perstringeret. Sacris hisce, si ita dicere fas sit, præliis, gravioribus quæ postea subiit, certaminibus quasi præludere visus est, tantamque de se spem fecit, ut cum Cyri, Syriæ Euphratesiæ urbis, quam alii Chyrrum dicunt, episcopus vita defunctus esset, Theodotus eo tempore Antiochiæ præsul, Nostrum dignissimum putaret, qui sedi huic episcopali admoveretur. Factum hoc esse putant Baronius et Tillemont A. C. 423. Sententiæ suæ fundamentum petunt ex Theodoreti ad Leonem episcopum Romanum epistola, quæ est centesima decima tertia. In illa enim dicit, se sex et viginti annis a Deo sibi commissæ Ecclesiæ præfuisse. Eumdem episcopalis muneris

Digitized by Google

annum ponit in epist. 116, quæ Renato presbytero inscripta est. Jam vero utraque hæc epistola non potuit scribi ante A. C. 449, in quam incidit synodus λῃστρικὴ, de qua in his litteris jure queritur. Recte itaque se habet calculus, si summæ annorum 449 detrahuntur 26 anni. Aliam tamen computandi rationem sequuntur, qui annum ponunt 420. Huic sententiæ nos etiam subscribimus, tum quia confirmari videtur per epistolam 83 quæ scripta est ad Dioscorum episcopum Alexandriæ, tum quia alio duplici scriptoris nostri testimonio satis [9] munitur. Ad Eutrechium enim scribens (Epistola est octogesima numero) Pontificem se nominat qui episcopatum per 25 annos gesserit. Eumdem numerum ponit in litteris quas ad Nomum consulem dedit (epistola est 81). Jam vero Nomus consul fuit ann. 445. Si itaque demas annos 25, incidit initium dignitatis episcopalis Theodoreti in ann. C. 420. In eadem ad Nomum epistola testatur, se invitum ordinatum esse. Quod ne miretur quisquam, duo commemoranda erunt, quæ in causa fuisse videntur, cur invitus hanc provinciam in se susceperit. Regio Cyrestica, licet octingentos vicos comprehenderet, ut ex epistola ad Leonem data (quæ est 113) patet, soli tamen sterilitate magnopere premebatur, montibusque, ut Noster ad Constantium præfectum scribit (epist. 42), inclusa erat multis et magnis, partim plane nudis, partim infructuosis arboribus consitis. Miseram quoque eam vocat regionem in litteris ad Pulcheriam Augustam datis (epist. 43). Magis autem deterrere eum poterat Marcionitarum Arianorumque nefanda hæresis, quæ tam altas ibi egerat radices, ut non sine summis difficultatibus exstirpari potuerit. Sed quæ per extrema pericula et summas calamitates illustrior apparet, divina gratia, præsto fuit B. Theodoreto, animumque illi addidit, ut abjecto omni timore adiret provinciam, quæ, si ulla alia, fido et perito opus habebat antistite. Nec successu carucrunt conatus ejus, quibus eo major debetur laus, quo majores superandæ fuerunt difficultates. Has ipsius præstantissimi viri verbis ex epist. 81 desumptis Latino sermone recensere juvabit. « Octo, inquit, vicos Marciani hæresi infectos, æque ac locos vicinos, ad veritatem volentes perduxi. Vicum alium Eunomianis, alium Arianis refertum, ad divinæ cognitionis lucem adduxi, nullumque [10] apud nos, Dei beneficio, hæreticorum reliquum est lolium. Non sine periculis autem hæc præstiti, sed effuso sæpius sanguine meo, haud raro lapidibus ab ipsis petitus, et quasi ad ipsas inferni portas delatus. » His respondent, quæ idem Leoni episcopo Romano scribit (epist. 113), « Divina mihi succurrente gratia supra mille animas a Marcionis morbo liberavi, multasque alias quæ Arii et Eunomii partibus adhæserant ad Christum Dominum perduxi. Et octingentarum ecclesiarum pastor constitutus sum (tot enim Cyrus habet parochias) in quibus lolium nullum relictum est, sed omnibus hæreticorum erroribus grex noster creptus est. Novit qui omnia videt, quot lapides a nefandis hæreticis in me conjectos exceperim, quam multis in urbibus Orientis certamina mihi subeunda fuerint adversus gentiles, adversus Judæos et adversus omnes hæreticorum errores. » Hæc autem ne quis justo ambitiosius a Nostro dicta esse putet, monendum erit, acerba viri multis calamitatibus eo tempore oppressi fata hanc vitæ quasi imaginem et defensionem efflagitasse. Alias enim in laudibus suis prædicandis, quod modestis proprium esse solet, est admodum parcus. Ecquis itaque est, qui non perspiciat, summo studio Nostrum in eo laborasse, ut puriorem suis traderet doctrinam, eamque contra quosvis errores mascule defenderet? Et quis non mirabitur assiduitatem et indefessum studium viri, qui cum octingentas curæ suæ commissas haberet Ecclesias, aliorum quoque multorum saluti prospexit? Hoc sibi datum esse negotium putavit Theodoretus, ut non Cyrrhesticæ modo provinciæ, sed Antiochenis quoque, Berrhœensibus aliisque pluribus cœlestis doctrinæ veritates occasione enata proponeret. Nec laude caret liberalitas, qua egentibus distribuit bona, quæ a parentibus acceperat, omnia, et reditus suos publicæ utilitati [11] consecravit. Quibus ut fidem faciamus, verba ipsius ex Epistola ad Leonem Romanorum episcopum apponimus. « Episcopatu inquit, tot annis gesto non domum acquisivi, non agrum, non obolum, non sepulcrum, sed sponte paupertatem amplexus sum, et ea, quæ a parentibus acceperam, post illorum mortem statim distribui, ut sciunt omnes qui habitant in Oriente. » Eadem fere sunt quæ ad Nomum consulem scribit, quæ ne longiores simus jam omittimus, et ista tantum ex hac epistola (quæ est octogesima prima) in rei fidem adducimus, quæ providam ejus de salute urbis suæ curam testantur. « Publicas, inquit, porticus, e redditibus ecclesiasticis erexi, pontes duos maximos exstruxi, balneorum communium curam gessi, cumque ex alluente fluvio aquam in urbem nostram deferri invenirem, aquæductum parari curavi, et urbem aqua carentem aquis replevi. » Hæc insignia in cives urbis Cyri collata beneficia commemorat quoque in epistola ad Anatolium patricium (quæ est septuagesima nona numero) data. Mirentur, qui hæc legunt, raram Nostri in opibus disponendis collocandisque moderationem, quantum abfuerit a lucri cupidine immoderatoque bonorum sæcularium usu, et quam dignum persona episcopi putaverit, non modo curam animarum gerere, sed saluti quoque externæ suorum, eorumque necessitatibus invigilare. Studii hujus quod laudem sane meretur, et in quo vix sibi parem habuit Theodoretus, unum alterumve adhuc commemorare liceat testimonium. Euphratesiam ejusque primam urbem Cyrum, ingressus, cum opus esse videret medicis, omnem dedit operam, ut artis salutaris exercendæ peritos ad hanc provinciam incolendam

Digitized by Google

precibus adduceret, quorum unum magnopere commendavit Apellæ in epistola quæ est 115 numero. Nec [12] minus paternum, quo suos fovebat, amorem testatus est, cum Cyrestica terra oneribus publicis magnopere premeretur. Adeo ipsum angebat eorum quos curæ suæ commissos habebat miseria, ut pro levandis oneribus istis apud Pulcheriam Augustam et Constantium præfectum intercederet: quæ utraque epistola (42 et 43), ut argumento, sic quoque numero est cognata. Nec silentio prætereunda est eximia illa munificentia, qua post expugnatam a Vandalis et direptam Carthaginem haud paucos, qui cum extrema paupertate colluctabantur, liberaliter hospitio excepit, et provida sua cura dignatus est, in primis Celestiacum, quem postea amicis suis (epist. 29-36) de meliori commendavit. Hactenus in recensendis Theodoreti virtutibus, ut par erat, occupati fuimus, quæ omnes, si conjunctæ spectantur, amabilem veri digniique antistitis exhibent imaginem. Huic quid adjungi possit vel debeat, non videmus. Num, quæso, qui hæc omnia legerit, fidem nostram dubiam reddet, si dixerimus, eum qui de omnibus bene mereri, et non suis modo, sed exteris etiam benignum, liberalem ac munificum se exhibere studuit, pacem quoque coluisse, ita ut nec de vi aperta ulli illata, nec de dolo aliis structo unquam accusari, sive in jus vocari potuerit? Ita omni jure de Nostro statuendum, nec ullo amplius opus esse putamus testimonio. Tamen, ne vel levi suspicioni relinquatur locus, testem excitabimus epistolam quam dedit ad Nomum consulem. In hac (quæ ordine est 81) scribit: « Annos viginti quinque ita vixi, ut neque in jus vocatus sim a quoquam, neque ipse quemquam accusaverim. Totidem annis nullus religiosissimorum clericorum, quibus præeram, tribunalia frequentavit. Non obolum, non vestem a quoquam sumpsi: ne unicum quidem panem, aut ovum [13] ullus domesticorum meorum accepit unquam. Præter panniculos quibus amictus sum, nihil possidere volui. » Ita quoque ad Eutrechium præfectum, eodem, ut jam alibi notavimus, tempore, scribens (epist. 80) testatur, se nec forum judiciale interpellasse unquam, nec ab ullo criminis reum esse actum. Quis itaque de viri lenitate, æquitate et erga alios justitia jure dubitaverit? Magnopere itaque miramur, Oudino verba ista potuisse excidere, quæ exstant tomo I *De script. eccles.*, p. 1056. « Cum exercuerit tam grandes inimicitias adversus Cyrillum Alex. et ante synodum Ephesinam, quæ anno 431 facta est, et post synodum, amarulentis in eam conscriptis libris: miror, qua ratione Theodoretus glorietur, sibique potissimum de mititate abblandiatur in epistola 81 ad Nomum. » Hæc satis aperte produnt interpretationem a sensu scriptoris alienissimam. Cum enim Noster ad Nomum et Eutrechium scribit, nec se nec suorum quemquam frequentasse δικαστήριον, de criminibus intelligi voluit, quibus in foro civili pœnæ statuuntur, non autem de controversiis quæ de capitibus fidei agitantur, quales ipsi cum Cyrillo intercesserunt. Longiori contra Oudinum non opus erit disputatione, quam, ne scriptoris nostri causam deserere videremur, omittere quidem non potuimus, protrahere tamen nolumus, quia de controversia, quæ inter Nostrum atque Cyrillum agitata est, in proxima hujus Dissertationis parte, ad quam progredimur, sermo nunc instituetur.

Viginti et quod excurrit annorum historia texenda est nobis, cum in altera Vitæ hujus parte de rebus gestis Theodoreti usque ad concilium Chalcedonense exponere constitutum sit. Rerum dicendarum ordo jubet ut initium faciamus ab illis quæ concilium [14] Ephesinum prius, quod in ann. 431 C. incidit, præcesserunt. Lites nunc enarrandæ sunt funestissimæ, quæ in causa Nestorii, impii hominis, non sine maxima animorum contentione, in Orientali et Occidentali Ecclesia eo tempore agitari cœperunt. Ilis enim litibus adeo involuta est Theodoreti vita, ut, qui hanc describere aggreditur, illas attingat necesse sit. Ne autem quibusdam lectorum obscurum sit, unde orta fuerit acrior illa inter Cyrillum et Theodoretum disputatio, paulo altius repetendæ erunt ejus origines. Notissimum omnibus esse debet, minus recte de divina Christi natura et de incarnatione sensisse Nestorium, qui eo tempore Constantinopolitanæ Ecclesiæ erat præfectus. Per discipulos, ut fieri solet, impia spargebat dogmata sua, in primis per Anastasium, quem habebat presbyterum, qui pro concione aliquando dixerat, Deiparam Virginem Θεοτόκον dici non posse. Accusatus a clero Constantinopolitano, defensus autem est a Nestorio. Hinc illæ lacrymæ. Ignis, qui primum in urbe regia gliscere videbatur, mox in flammas erumpebat, et non modo totum Orientem pervadebat, sed Romam quoque deferebatur. Cœlestinus, Ecclesiæ Romanæ hoc tempore antistes, a Cyrillo in subsidium vocatus, primis mali hujus initiis, ne mora diuturnitatem attraheret, obviam eundum esse putavit, igni vero oleum affundere visus est. Severiorem enim istam tulit sententiam, qua Nestorio injungebatur, intra decimum a publicata sententia diem, erroribus suis vale dicere, et duodecim capitulis sive anathematismis a Cyrillo compositis subscribere, addita, ut si secus faceret, episcopali sede ejiceretur, comminatione. Alia autem medendi ratione, et majori inprimis lenitate opus fuisset. Nestorius enim, sive ingenii quo pollebat acumine, et eloquentia qua multos suo [15] tempore superabat, fretus, sive aulicorum quos in urbe regia habebat fautores, amicitia, eaque qua in Oriente conspicuus erat auctoritate, sive denique aliorum quorumdam episcoporum assensu, audacior factus, sprevit Cœlestini minas. Sic res delata est ad concilium Ephesinum prius, seu œcumenicum tertium, cui præsedit Cyrillus, qui, priusquam haberetur concilium illud, litteras

Digitized by Google

Cœlestini misit ad episcopos Antiochiæ et Hierosolymæ, ut hos a societate cum Nestorio iucunda deterreret. Iis litteris commotus Joannes Antiochiæ episcopus scripsit ad Nestorium, quem admonuit, ut ad saniorem fidem rediret, motusque in Ecclesia excitatos sedaret. Hanc epistolam bonæ mentis testem charitatisque plenam nonnulli Theodoreto nostro tribuunt, quam sententiam non sine multa fiducia proponit Garnerius Auct. p. 59 et p. 119, in dubio autem positam esse dicit ibid. p. 469 et p. 474. Quidquid sit, sciente et suadente Nostro composita esse videtur epistola illa, quæ obtinendo fini suo omnino erat aptissima, si mens non læva fuisset Nestorio. Hic vero, ut solent qui pertinacius adhærent consiliis suis, locum non dedit amicorum adhortationi, sed horum abusus judicio rogavit Joannem, ut refutandorum duodecim Cyrilli anathematismorum operam, periculi tunc temporis plenam, deferret viris peritis. Sors ista Andreæ Samosateno, et, quod dolemus, Theodoreto obtigit. Ita factum est, ut qui ad ea usque tempora bene apud omnes audiverat, male apud multos audiret, et litibus sese ingereret, quas declinasse melius omnino fuisset. At vero multa sunt, quæ tuendæ Theodoreti causæ inserviunt. Hæc Garnerii potius quam nostro nomine recensere juvabit, ut appareat, vel ipsis adeo adversariis patuisse, virum præstantissimum, etsi humani aliquid passus [16] sit, tamen non sine laude pugnam cum Cyrillo inivisse. Ita autem Garnerius Auct. p. 120 : « Ingerebat sese occasio optatissima conserendæ pugnæ cum Cyrillo multarum palmarum duce, eoque totius fere orbis doctissimo, et tamen *opportuno vulneribus*, ut ipsi quidem videbatur. Audendi causa non tantum *honesta*, amico laboranti opem ferre ; sed etiam *religiosa*, *obsistere homini partes Apollinarii in speciem tuenti*. Pulchrum erat auxiliari Nestorio urbis regiæ antistiti, aulæ gratioso, et simul oppugnare Cyrillum, cujus potentia, quo major ab Occidentis favore, eo invidiosior Orienti atque ipsis imperatoribus formidabilior : urgebat præsulis mandatum, cui parere pium, obsistere intutum. Anathematismos arguere, quid aliud..... videretur, quam lacessere pugnam, quæ orbe toto spectante peragenda esset..... Quid multa? illecebrosum erat, dici ubique terrarum, quod solebat Antiochiæ, eloquentiæ miraculum et doctrinæ prodigium. » Multa his insunt, quæ recte et præclare dixit Garnerius ; sunt vero etiam, quæ infensam erga Theodoretum mentem testantur.

Signis utrinque datis quasi concurrebant acies. Ne vero dispar esset pugnæ ratio, quisquis dimicantium operam dabat ut quam plurimos ad partes suas alliceret. Hac mente Cyrillus epistolam ad monachos Ægypti scripsit, eosque hortatus est, ne Nestorii fallaciis insidias sibi strui paterentur. Litteris hisce, ne successu carerent, adjunxit duodecim capitula, suisque effecit artibus, ut in ipsa adeo urbe regia multis metum inculeret. Ex altera A autem parte Theodoretus litteras contra Cyrillum dedit ad monachos Euphratesiæ, Syriæ, Phœnices et Ciliciæ, quas integras Græce et Latine suo tempore, si Deus vitam [17] viresque concesserit, exhibebimus. Inter ἀνέκδοτα huc usque locum tenuit Epistola illa, cujus exiguam tantum partem ex Actis synodi v dedit Garnerius, Auct. p. 62, sed tantum Latine, quia apographo epistolæ quæ in cod. quodam Augustæ bibliothecæ Vindob. exstat, caruit, quo nobis jam frui licuit.

Rebus ita dispositis indictum est imperante Theodosio concilium Ephesi congregandum. Convenerunt magno numero Patres, primas tenuit Cyrillus, qui absente, seu, ut nonnullis visum est, consulto moras trahente Joanne Antiochiæ episcopo, feralem B contra Nestorium dixit sententiam. Sed animis jam concitatis multæ obortæ sunt turbæ. Joannes enim Antiochenus cum advenisset, Cyrillo, Memnoni Ephesi episcopo, et toti concilio magnopere succensuit, aliisque in societatem suam ascitis Cyrillum exauctoravit, graviterque in omnes animadvertit qui ab illius partibus steterant. Majora rei sacræ metuenda fuissent mala, nisi imperator Theodosius, de perturbato Ecclesiæ statu certior factus, providisset, ne quid ab utraque parte ageretur, donec causa esset cognita. Variis tamen artibus, comitumque, quibus rei cognoscendæ cura ab imperatore commissa erat, consiliis effectum est, ut tandem dimissis Patribus fere cuncta in pristino statu remanerent, confirmata tamen sententia contra Nestorium pronuntiata. Proximo post hoc concilium tempore odium, quod nondum sopitum erat, novas quasi recepit vires, et occasionem dedit celebratissimis illis quinque libris, quos Theodoretus contra Cyrillum et concilium Ephesinum composuisse dicitur. Hi magnopere displicuerunt Cyrilli sectatoribus, et Mario Mercatori adeo exsecrabiles visi sunt, ut scribere non erubuerit (Operum t. II, ed. Garn. p. 265) Nostrum instigante diabolo illos exarasse. Nec minus Garnerius ob libros [18] istos succensuit Theodoreto : erravit autem, cum Auct. p. 125 scribit, illos jussu Theodosii imperatoris combustos esse, quod tamen p. 239, Dialogis istis qui *Eranistes* seu *Polymorphus* inscripti sunt, accidisse perhibet, D notatus ideo ab Oudino I, p. 1101.

Cyrillus, qui in synodo Ephesina ex arbitrio suo omnia disponere cœperat, adversam autem fortunam deinde expertus erat, mutata rerum facie pacis agitabat consilia. Parum enim proficua ipsi fuerat controversia ista cum Orientalibus, et gravissime premebatur scriptis a Nostro compositis. Nec Joannes Antiochiæ episcopus e re sua esse ducebat, litibus hisce diutius inhærere, cum nulla spes illi reliqua esset, fore ut quæ contra Nestorium Ephesi decreta erant, rescinderentur. Ita præparatis animis ex voto accessit imperatoris mandatum, ut Cyrillus omnes inimicitias deponeret et eorum quæ Ephesi expertus fuerat memoriam abjiceret, Joannes autem sententiæ contra Nestorium latæ subscriberet. Pace

Digitized by Google

his conditionibus restituta, otium quoque Theodoreto redditum esse videbatur. Ab eo enim tempore amicitiam cum Cyrillo coluit, ut litteræ adhuc superstites testantur, quas vel accepit vel ad illum dedit. Fuerunt quidem, qui ex Epistolis quas hoc tempore ad Himerium et Andream Samosatenum misit, colligere voluerunt, simulatam fuisse Theodoreti amicitiam; sed hi non cogitarunt hanc fuisse scriptoris nostri sortem, ut ab omnibus qui eo tempore male cupiebant Cyrillo, fides ejus tentaretur. Fieri itaque non potuit, quin ad castra e quibus egressus erat, nonnullis rediisse videretur. Ea autem fuit viri moderatio, ut post pacem Ecclesiæ redditam nihil novi moliretur, etsi a multis sollicitatus amicis suis libere animi sensus expromeret. Unicum tamen est, quod contra sinceritatem inita inter utrumque [19] amicitiæ non sine specie moneri posset. Scilicet, cum impia Nestorii scripta vindicibus flammis jussu imperatoris tradita essent, in locum eorum substituta sunt Excerpta e libris Theodori Mopsuesteni et Diodori Tarsensis, quæ cum multis displicerent, refutata sunt a Cyrillo, defensa a Theodoreto. Ita in varias partes iterum abire visi sunt, qui vix in gratiam rediisse putabantur. Incertum autem est, num Cyrillo contradicendi studium, an potius veneratio quam utrique illi scriptori deberi existimavit, apud Nostrum, quem scimus in amicis defendendis constantissimum fuisse, plus valuerit. Quidquid sit, querelas suas ad Joannem Antiochenum detulit Cyrillus, cujus hac de re epistolam e cod. Vatic. editam, Vindiciis synodi Ephes., etc., p. 141, inseruit Leo Allatius, necnon Garner. Auct. p. 97. Valde iniquum autem erga Theodoretum se exhibuit Liberatus, qui in Breviario suo, cap. 9, statuit, novam factionem Theodoreto auctore ortam, Acephalorum nomen accepisse, quia nec Cyrillo nec Joanni adhæserit. Cum Liberato, ut solet, facit Garnerius, qui in Auctario suo passim hujus sic dictæ factionis meminit. At vero jamdudum a Cotelerio, Dupinio aliisque explosa est fabula de hac Acephalorum classe et origine, cum notum sit, post hæc demum tempora Eutychianis nonnullis nomen illud fuisse impositum. Nec fides ulla debetur epistolis illis, quæ sub Theodoreti ac Nestorii nomine circumferuntur. Has enim omnes a Nestorianis suppositas esse, ut synodo Ephesinæ maculam aspergerent, jam observatum est a Leontio in libro *De sectis* (Biblioth. PP. t. J, p. 509), Allatio (l. c. p. 151) et aliis. Eadem est ratio epistolæ illius, quæ a Nostro statim post obitum Cyrilli scripta dicitur ad Joannem Antiochenum, cujus [20] hoc est initium : « Sero tandem et vix malus homo defunctus est. » Miramur, Garnerium his spurcissimis litteris ex Actis synodi v desumptis non modo locum concessisse Auct. p. 98, sed etiam defensionem eorum qui Nostro illas præpostero studio vindicant, in se suscepisse, cum jam Baronius, *Annal.* t. VI, p. 23 seqq., docuerit, quam aperta habeant vοθεῖας indicia. Idem quoque viderunt Possevinus, Lupus, Allatius, Aubertus Miræus, et quotquot acutioribus oculis præditi erant. Quis enim crederet, quæso, genuinas esse litteras istas, cum notissimum et extra hanc dubium positum sit, aliquot annis ante Cyrillum fatis jam defunctum esse Joannem Antiochenum? Sed ea fuit Garnerii, imo quoque Oudini (*De script. eccl.* t. I, p. 1056), qui illum cæco impetu in plerisque sequitur, iniquitas, ut in favorem malæ causæ, errorem in epistolæ hujus inscriptione latere statuerint, quasi pro Joannis nomine ponendum sit nomen Domni, quem successorem habuit. Opportune autem huic levi defensioni posset opponi, quod apud ipsum Garnerium loco quodam ubi contra Cousinum acerbius, ut solet, disputat, me legere memini, « Aut sic aut non debebat pugnari. » Quasi vero nondum satis injurius in boni viri memoriam fuerit Garnerius, protulit quoque Auct. p. 38, fragmentum ex Sermone quem Theodoretus Antiochiæ post Cyrilli mortem coram Domno habuisse dicitur. Hoc, ut alia ejusdem generis, desumpsit ex Actis synodi v, et sola Marii Mercatoris minus firma auctoritate nixus, pro genuino venditavit. Quo minus autem credulum viri, alioquin, si a Theodoreti historia discesseris, acutissimi, animum multis accusemus, impedit diligentia et integritas Cousini, contra quem pugnavit quidem Garnerius in Notis [21] suis l. c., sed levissimis armis, quæ novum sane sustinere non possent impetum. Cum in eo jam elaboraverimus, ut varias maculas, quæ præstantissimi viri memoriæ ac nomini injectæ erant, abstergeremus, haud a re nostra alienum esse videtur, hanc Dissertationis nostræ partem loco isto notatu dignissimo finire, quem Leo Allatius, l. c. p. 151, ex Cyrilli ad Valerianum epistola exhibet. Verba ita se habent : Ἐὰν τοίνυν καταψευδόμενοί τινες λέγωσιν ἕτερά τινα παρὰ ταῦτα φρονεῖν αὐτοὺς, μὴ πιστευέσθωσαν, ἀλλ' ὡς ἀπατεῶνες καὶ ψεῦσται κατὰ τὸν αὐτῶν πατέρα τὸν διάβολον ἀποπεμπέσθωσαν, ἵνα μὴ ταράττωσι τοὺς ἐθέλοντας ὀρθοποδεῖν. Ἐὰν δὲ καὶ ἐπιστολὰς ἑαυτοῖς συντιθέντες τινὲς περιφέρωσιν, ὡς ἐκ προσώπου γραφείσας ἀνδρῶν ἐπιφανεστέρων, οὐκ ὀφείλουσι θαρσεῖσθαι. Οἱ γὰρ ἅπαξ ἐγγράφως ὁμολογήσαντες τὴν πίστιν, πῶς ἕτερα γράφειν δύνανται, καθάπερ ἐκ μετανοίας εἰς τὸ μηκέτι βούλεσθαι φρονεῖν ὀρθῶς παρεννηνεγμένοι ; *Si qui igitur sint, qui illos* (Orientales scilicet) *ab his diversa sentire falso affirmaverint, nulla eorum dictis fides adhibeatur, sed ut impostores et mendaces instar patris sui diaboli, amandentur, ne illos qui recte incedere cupiunt, conturbent. Quod si autem fuerint, qui epistolas a se concinnatas circumferunt, tanquam quæ a viris spectatis editæ sint, eorum audacia nullo modo est admittenda. Qui enim semel fidem suam per scriptum aliquod professi sunt, qui fieri potest, ut jam contraria scribant, quasi pœnitentia ducti eo jam prolapsi sint, et recta sapere diutius nolint?* Si licuisset Cyrillo ea videre quæ post fata ejus ab impudentis-

Digitized by Google

simis hominibus sub Theodoreti nomine ficta sunt, quales, quæso, illos reputaturus fuisset, quibus fraus non primo intuitu patet?

[22] Acerbiora erant fata, quæ Theodoretus deinde expertus est. Cyrillo in sede Alexandrina successit Dioscorus, vix dignus in quem tanti honores conferrentur. Ambitio ejus, ne de propensa illius in Eutychianos voluntate nunc quidquam dicamus, nullis continebatur limitibus, adeo ut in aliena quoque diœcesi jus exercere auderet, ut e sequentibus apparebit. Theodoreto nostro in primis multarum calamitatum auctor fuit, non quasi de fidei capitibus cum eo decertasset, id enim honorificum videri poterat, sed quia Nostrum adversarium habuerat, cum de primatu inter Proclum et Cyrillum, B seu potius hunc ipsum Dioscorum, Ecclesiæ Alexandrinæ eo tempore apocrisiarium, lis orta esset. Episcopatui admotus arripiebat occasionem quam sibi datam esse putabat, ut calamitates quibus Theodoretus hoc tempore premebatur, acerbiores redderet. Accusatus enim erat ille apud imperatorem Theodosium, ac si frequentes synodos prope Antiochiam congregasset, et in concionibus coram populo recitatis nefanda dogmata proposuisset. Tantum apud imperatorem valuerant hæ iniquæ accusationes, ut Commonitorio ipsius Theodosii manu scripto Noster prohiberetur, urbe Cyro egredi. Rem exponit in suis ad Eutrechium præfectum, Anatolium patricium et Eusebium Ancyræ episcopum litteris (epist. 78, 80, 82), et jure de tu- C multuario hoc judicio ac injuria sibi facta queritur. Notatu in primis digna et illustrandæ historiæ apta sunt verba ista ex epistola ad Eutrechium. « Injuria, inquit, procul dubio me affecerunt, qui ambas aures calumniatoribus dederunt, nec alteram nobis servarunt. Nam et homicidis ac adulteris defensionis locus conceditur : nec prius sententia contra illos dicitur, quam præsentes convicti fuerint, vel confessi, veram [23] esse accusationem. At pontifex calumniæ factus est ludibrium, ne id quidem quod sepulcrorum effractores solent, consecutus, ut interrogaretur, an vera sint, de quibus insimulatur. » Hanc parum æquam agendi rationem tenuit quoque Dioscorus. Cum enim Theodoretum hoc tempore honesto carceri quasi inclusum sciret, statim post D accusationem a clericis Osroenis institutam anathemate Nostrum aggressus est, etsi nullum in alienæ regionis antistitem jus illi competeret, et Theodoretus contra injustas criminationes se in Epistola, quæ numero est octogesima tertia, egregie defendisset. Ita magnum impedimentum remotum esse putabat Dioscorus, quod promovendo Eutychis errori, cui ipse magnopere favebat, obsistere potuisset. Damnatus quidem et ab officio sacerdotali depulsus est Eutyches in concilio Constantinopolitano, quod brevi post hæc tempore ann. C. 488, auctoritate Flaviani urbis regiæ episcopi frequentatum est, sed Eudoxiæ Augustæ et Chrysaphii eunuchi artibus effecit Dioscorus, ut proximo anno nova convocaretur synodus, in qua egit præsidem, Eutychisque causam armata manu adeo defendit, ut iste pro insonte declaratus in pristinam dignitatem restitueretur. Ab hac synodo Ephesina posteriori, quam ob nefanda in Flavianum aliosque purioris doctrinæ defensores commissa facinora, λῃστρικὴν dicunt, mandato imperatoris Theodosii abesse jussus est Theoloretus. Mala sibi imminentia prævidebat, ut ex epistola (112) quam ad Domnum Antiochiæ episcopum dedit, colligimus. Nec vanus erat metus; nam cum multis aliis, quos laudis potius quam malorum socios fuisse dixeris, sede episcopali dejectus est. Sed gloriosum omnino tunc erat, iis adnumerari qui non sederunt in concilio impiorum. Adeo enim illi proterva audacia macularunt famam suam, qui a Dioscori partibus in hac synodo steterunt, ut turpius [24] fuerit immitti quam ejici. Acta autem hujus synodi rescissa sunt omnia, auctoritate concilii Chalcedonensis seu œcumenici quarti, quod precibus suis ab imperatore Marciano impetravit Leo M. Romanorum episcopus. Celebratum fuit concilium illud ann. C. 451, præsidem agente per quinque legatos Leone M. Præclara multa peregerunt Patres Chalcedone congregati, quorum frequentia insignem concilio illi dedit splendorem. Nos autem missis reliquis, illis tantum quæ ad scriptorem nostrum spectant, immorabimur. Sunt, qui putant, Theodoretum nonnisi octava sessione, in qua præter causam ejus fere nihil agitabatur, fuisse admissum. Facundus autem, quem alii sequuntur, ex Actis concilii evictum dedit, eum a primo inde initio interfuisse synodo, frustra renitentibus Ægyptiis aliisque multis. Quid actum sit sessione octava in causa Theodoreti, et quibus conditionibus sedi suæ restitutus sit, haud melius quam ex ipsis Actis hujus concilii recenseri poterit. Hæc autem ita se habent apud Harduinum in Collect. concil. t. II, p. 498 seq.

« Residentibus omnibus ante cancellos sanctissimi altaris reverendissimi episcopi clamaverunt : Theodoretus modo anathematizet Nestorium.

« Theodoretus reverendissimus episcopus transiens in medium dixit : Et preces obtuli divinissimo ac piissimo imperatori et libellos obtuli reverendissimis episcopis agentibus locum reverendissimi archiepiscopi Leonis; et si vobis videtur, legantur coram vobis, ut sicut sapio, cognoscatis.

« Reverendissimi episcopi clamaverunt : Nihil relegi volumus; modo anathematiza Nestorium.

« Theodoretus reverendissimus episcopus dixit : Ego per Dei gratiam ab orthodoxis sum nutritus, et orthodoxe sum edoctus et orthodoxe prædicavi; et non solum Nestorium et [25] Eutychem, sed et omnem hominem, qui recte non sapit, aversor, et alienum existimo.

« Et dum diceret hæc, reverendissimi episcopi clamaverunt : Clare dic anathema Nestorio et dogmatibus ejus; anathema Nestorio et amantibus eum.

« Theodoretus reverendissimus episcopus dixit :

Digitized by Google

Vere non dico, nisi quomodo novi Deo placere. Prius satisfacio vobis, quia neque de civitate cogito, neque honore opus habeo, neque ob hoc advenî ; sed quia calumniam passus sum, veni satisfacere, me esse orthodoxum ; et omnem hæreticum qui converti noluerit, anathematizo, et Nestorium et Eutychem, et omnem hominem dicentem vel opinantem duos filios, anathematizo.

« Et cum diceret, reverendissimi episcopi clamaverunt : Dic aperte anathema Nestorio et iis, qui ea quæ ejus sunt, sapiunt.

« Theodoretus reverendissimus episcopus dixit : Ego nisi exposuero quomodo credo, non dico. Credo autem. . . . . .

« Et cum diceret, reverendissimi episcopi clamaverunt : Iste hæreticus est, iste Nestorianus est, hæreticum foras mitte.

« Theodoretus reverendissimus episcopus dixit : Anathema Nestorio et ei qui non dicit Dei Genitricem Virginem Mariam, et qui in duos filios partitur unum Filium unigenitum. Ego autem et fidei definitioni subscripsi, et epistolæ sanctissimi et Deo amantissimi archiepiscopi domini Leonis, et sic sapio. Et post omnia hæc dixit, Salvete.

« Gloriosissimi judices dixerunt : Omnis jam dubitatio de Theodoreto reverendissimo episcopo est soluta; quippe et Nestorium coram vobis anathematizavit, et a sanctissimo et Dei amantissimo senioris urbis Romæ Leone susceptus est, et definitionem fidei a religiositate vestra prolatam libenter suscepit, [26] et insuper epistolæ memorati sanctissimi archiepiscopi Leonis subscripsit. Deest igitur, ut sententia proferatur a reverentia vestra, ut Ecclesiam suam recipiat, sicut et sanctissimus Leo episcopus judicavit.

« Omnes reverendissimi episcopi clamaverunt : Theodoretus dignus est sede, Ecclesia pastorem recipiat : orthodoxum doctorem Ecclesia recipiat, Theodoretus dignus est sede : archiepiscopo Leoni multos annos. Post Deum Leo judicavit : populus orthodoxum recipiat dignum sua sede. Theodoreto catholico doctori reddatur Ecclesia. »

Ad tertiam Vitæ hujus partem accedimus, quæ ultima Nostri fata, et motus post mortem ejus ortos exponet, sicque progredietur usque ad tempora synodi quintæ. Post concilium Chalcedonense plurimum quidem temporis spatium in monasterio prope Cyrum posito consumpsit Theodoretus, ita tamen ut Ecclesiæ suæ saluti summa cura invigilaret. Exoptatissimam fuisse hanc postremam vitæ ejus partem, colligimus ex epistola ad Joannem Œconomum data (146), in qua testatur, se delectari quiete et vita a curis libera. Ex eadem autem epistola perspicitur, novos eo tempore motus ortos esse culpa Actii archidiaconi, qui consuetam orationum et precum clausulam, *quia te decet gloria et Christum tuum et sanctum tuum Spiritum* (seu, ut alii dicere solebant, *gratia et benignitas Christi tui, cum quo te decet gloria cum sancto tuo Spiritu*) admittere nolebat, sed mandaverat, non oportere Christum dicere sed Unigenitum glorificare. Ut his temporibus magnæ de verbis agitari solebant lites, ita quoque sub hac verborum nimia distinctione hæretici aliquid latere putabant aliqui, nec absque ratione verebatur Theodoretus, ne idem quod ipse olim expertus erat, accideret Actio, ut scilicet duos in filios dividere [27] putaretur unum Dominum nostrum Jesum Christum, et Unigenitum quidem legitimum credere filium ac naturalem, Christum vero adoptivum ac nothum, sicque glorificatione indignum. Ita rei statum depingit Noster in Epistola quam modo allegavimus, ipse vero quod prudentis erat moderatoris, multo cum studio peregit, cum non modo in hac Epistola locum istum de incarnatione, de quo tunc temporis cum magna animorum contentione disputabatur, accurate exponeret, sed peculiarem quoque de hoc argumento librum componeret, cujus autem non nisi Fragmenta quædam ætatem tulerunt. Plures sine dubio scripsit libros, cum jucundo hoc otio abundaret. Sunt enim inter multos illos quos reliquit, nonnulli, de quibus satis certo constat, eos non ante concilii Chalcedonensis tempora, seu, quod idem est, ante pacem et quietem Nostro tandem restitutam, esse compositos. Falluntur itaque Baronius et Sirmondus, qui putarunt, Theodoretum brevi post concilium illud tempore ann. C. 453 fatis functum esse. Contra hos pugnat in primis Gennadius, qui testatur, Nostrum in vita adhuc superstitem fuisse cum regnum capesseret Leo imperator, sicque ann. C. 457. Argumentum quod ex Chronico Marcellini duxit Labbeus, minus tutum esse videtur, quia in Chronico isto temporis nota haud satis determinata est. Multo minus insistendum esse videtur illis quæ e Theodori Lectoris Collectaneis Garnerius Auct. p. 148, attulit, ut probaret, Nostrum ann. C. 458 ex hac vita discessisse : quæ enim de Jacobo Thaumaturgo ann. C. 458 adhuc superstite narrantur, vago Evagrii testimonio nituntur. Tutissimum itaque esse putamus, obitum Theodoreti ann. C. 457 referre cum Tillemontio et aliis.

Hoc, ut putamus, anno, in pace Ecclesiæ obdormivit, et charam sui memoriam reliquit omnibus, qui libero a præjudiciis animo dignum [28] meritis statuebant pretium. Eamdem tamen post fata etiam expertus est sortem, quam dum viveret, habuit valde iniquam. Ultima quidem rerum linea mors dicitur, et de mortuis non nisi bene dicendum esse sapienter præceperunt majores, sed Nostro non licuit esse adeo felici, ut illæsa post mortem frueretur fama. Redeundum itaque nobis est ad historiam cujus finem jam attigisse videbamur. Quam fieri potest, paucissimis adhuc enarrandi sunt motus, qui per integrum et quod excurrit sæculum turbarunt Orientem. Quæ solet esse magnorum virorum conditio, ut si vita excesserunt, piis eorum manibus haud raro insultent illi, quibus ora et linguas solvisse videtur defuncti obitus, eadem

Digitized by Google

quoque fuit sors Theodoreti. Vix enim e vita discesserat, cum Eutychiani, qui ægre ferebant non Eutychis tantum sed Dioscori quoque jacturam, acerbissimis calumniis viri optimi, imo totius synodi, Chalcedonensis memoriam male ad posteros commendare annitterentur. Si Victori Tunonensi et Evagrio, quem utrumque tamen parum fidum esse novimus, credendum sit, Anastasio imperante duæ congregatæ sunt synodi, Constantinopoli una, Sidone in Palæstina altera, in quibus damnata est Nostri memoria. Sed cum satis obscura sit utriusque synodi istius historia, utilius operam nostram collocabimus, si illis potissimum inhæremus, quæ ad invidiosam de tribus Capitulis controversiam pertinent. Turbarum quas Eutychiani excitaverant pertæsus Justinianus imperator, qui fidei suo tempore acerrimus erat propugnator, pacem Ecclesiæ reddere voluit scripto contra Acephalos sive Eutychianos directo. Hoc cum meditaretur, a Theodoro Cæsareæ hoc tempore episcopo, sibi persuaderi passus est, ut calamum potius contra sic dicta tria capitula, hoc est, contra Theodori Mopsuesteni, Theodoreti nostri, [29] et Ibæ Edesseni scripta, verteret. Ita enim se effecturum esse sperabat, ut Eutychiani ad Ecclesiam catholicam redirent, et synodum Chalcedonensem amplecterentur. Imperator, etsi magnopere huic concilio faveret, tamen, quia non alio modo pacem Ecclesiæ reddi posse existimabat, promulgavit decretum, quo tria ista Capitula ut impia et blasphema damnabantur. Votorum se compotes factos esse lætati sunt Eutychiani, et Theodora Augusta quæ illis nimium favebat. Quo minus tamen ex votis cederet consilium, obstitit Occidentalium et præcipue Vigilii, Romanorum tunc episcopi, dissensus. Et dolendum sane est, Vigilium justam tandem deseruisse causam, quam tueri omnino potuisset. Inconstantiam ejus, de qua legenda est Dissertatio theologica, quæ haud ita pridem Præs. S. V. Schuberto ann. 1766 Gryphiswaldiæ prodiit, satis testatur Historia sic dictæ synodi quintæ, seu concilii œcumenici quinti, quod in hac præcipue causa Constantinopoli convocatum est. Etsi Vigilius de bona causa quam defendendam habebat, ipsemet convictus, et ab Afris, Sardis, Illyricisque magnopere rogatus esset, ne in trium Capitulorum damnationem consentiret, tamen famoso illo, ut dicitur, *Judicato* assensum professus est. Nec Orientalibus nec Occidentalibus hoc indignum se approbare potuit facinus, quod imprimis Illyricorum, Afrorumque contra Vigilium excitavit odia, ne de Facundi justissima ira quidquam dicamus. Utinam omnem rei memoriam delere potuisset *Constituto*, quod deinde edidit, ex quo hæc pauca tantum hoc loco inserenda sunt verba, quæ ad Nostrum se referunt, et ita se habent : « Statuimus atque decernimus, nihil in injuriam atque obtrectationem probatissimi in Chalcedonensi synodo viri, h. e. Theodoreti episcopi Cyri, sub taxatione nominis ejus a quoquam fieri vel proferri. » Sed quis non miretur summam viri inconstantiam, quæ tanta fuit, ut brevi post editum *Constitutum* tempore hoc iterum revocaret, non erga illos tantum quorum causa agebatur, sed erga scipsum quoque et famam suam maxime injurius. Testem hujus rei habemus epistolam quam ipse dedit ad Eutychium urbis regiæ episcopum, quæ exstat in Actis synodi Constantinopol. apud Harduinum, tom. III, p. 215 seqq. Garnerio autem adeo displicuit illa, ut in suis ad quintam synodum observationibus Liberati Breviario subjunctis, [30] magno quidem sed irrito conatu, ejus νοθείαν nobis persuadere tentaverit. Vita ann. C. 555 defunctus Vigilius litem istam successoribus prosequendam reliquit, de horum autem successibus jam dicere nihil attinet.

Reliquum est, ut de scriptis, quæ Theodoretus magno numero reliquit, generatim dicamus : in quibus recensendis eumdem tenebimus ordinem, quo tum in Sirmondiana, tum in nostra editione se excipiunt. Primam eamque maximam horum librorum partem constituunt Commentarii, quos in sacram Scripturam tum Veteris tum novi Testamenti exaravit. In hoc litterarum genere magnopere excelluit Noster, quippe qui, judice Photio, at quanto viro ! (cod. 203) palmam præripuit Hippolyto aliisque plurimis, sive ad dictionem ejus respexeris, quæ puris et significantibus vocibus abdita quæque revelat et jucunditate delectat, sive methodum ejus spectaveris, cujus hæc est præcipua laus, ut sine omnibus ambagibus ea quæ scire attinet, perspicue et ornate proponat, iis tamen non prætermissis quæ ad lectorem informandum facere possint. Ita fere judicat Photius, l. c., ubi Nostri Commentarios in Danielem iis exornat laudibus, quæ ad omnes ejusdem generis libros ab hoc auctore conscriptos merito applicari debeant. [31] Primum inter illos locum occupant *Quæstiones in Octateuchum* sive in V libros Mosis, in librum Josuæ, Judicum et Ruth. His statim adjungimus *Quæstiones*, quæ proximum tenent locum, *in libros Regum* (notum, in Bibliis Græcis libros Samuelis accenseri libris Regum) *ac Paralipomenon* : hæ enim cum illis conjunctæ olim fuisse videntur, a Photio saltem in uno codice (205) lectæ sunt Quæstiones priori loco commemoratas inscripsit εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας Γραφῆς, quem titulum ut operi egregie congruentem laudat Photius. Eumdem quoque cum modo loquendi hujus scriptoris convenire, ostendi potest e quæst. 28 in librum Judicum, ubi πόρον εὑρίσκειν ἐν ἀπόροις Nostro idem est quod *in re dubia exitum invenire*. Docet itaque primo intuitu inscriptio, has Quæstiones non ad universos hosce libros, sed ad obscuriora duntaxat loca pertinere. Et in hoc quidem positum est discrimen, quod inter hos et reliquos Theodoreti Commentarios sacros intercedit. Illi enim qui sequuntur, continuum in universos libros sive Vet. sive N. T. exhibent Commentarium, hi priores autem non nisi obscuriorum locorum interpretationem complectuntur.

Digitized by Google

Singularis vero et quæ non omnibus se approbavit, est methodus, quam in hisce libris adhibuit auctor, per quæstiones earumque solutiones lectorem instruens. Sed rationem ejus in Prologis aperuisse videtur, ubi Hypatium, cui uterque liber inscriptus est, nunc παίδων φίλτατον, nunc vero ἐρασμιώτατον vocat, utpote quo familiariter utebatur, quemque ultimis vitæ suæ annis, in quos æra horum librorum incidit, lateri suo adhærentem, et in munere episcopali laborum socium habebat. Senem quoque, et assiduo in scrutandis sacris Litteris posito studio exercitatissimum doctorem decebat ista methodus. Ultimos autem hos esse librorum a Nostro [52] elaboratorum haud vana, ut putamus, conjectura statuitur, quia nec in ullo alio, nec in epistolis suis, illorum mentionem fecit, quod tamen in Epistola, quam ad Leonem Romanorum episcopum ann. C. 449, ut supra evictum dedimus, scripsit, imo etiam in ea quæ ad Eusebium Ancyranum directa est, ad sui defensionem facere potuisset. Quod reliquum est, in his ut in aliis Theodoreti libris quædam occurrunt, quæ Theodorum Mopsuestenum auctorem habent, alia quæ ad Origenem, alia quæ ad Diodorum Tarsensem jure referri debent. Haud raro enim culpa eorum qui Catenas e scriptis horum Patrum congesserunt, accidit, ut quæ unius sunt, alteri tribuantur, quod in primis de illo quem priori loco nominavimus, necnon de Theodoro Heracleota valet, ut jam observatum est a Montfauconio Palæogr. Gr. p. 347.

Commentarii in Psalmos nulla quidem apud Photium fit mentio: tamen, quia plura sunt Theodoreti scripta, quorum ille non meminit, hujusque præstantissimi operis in aliis libris quos ipse Photius commemorat, diserte injicitur mentio, non dubitandum est, quin ad Nostrum jure pertineat, cui etiam a Nicephoro *Hist. eccles.* lib. XIV tribuitur. Ipse auctor pro suo agnoscit hunc librum in epist. 82 quæ ad Eusebium Ancyranum scripta est, necnon quæstione 43 in librum secundum Regum. In Proœmio docet, qua interpretandi ratione usus sit, ut censuram effugeret, quam alii meruerant. Tria in primis ab eo notantur vitia, suppressis tamen, ne modestiam [33] læderet, scriptorum nominibus. Primo reprehendit nimium allegoriæ studium, quod in Apollinarium dictum esse putant Dupinius ac Garnerius. Deinde impugnat eos qui omnia vaticinia ad Judæos referunt, quam quidem accusationem ad Theodorum Mopsuestenum spectare satis aperte loquuntur ea quæ in actis synodi V, collat. 5, ex Hesychio Hierosol. leguntur apud Hard. l. c. tom. III, p. 104. Denique nimiam aliorum prolixitatem arguit, ad Chrysostomum sine dubio respiciens, quem in hoc, ut in plerisque aliis libris præ reliquis secutus est, ita tamen ut brevitati quam maxime studeret. Hac via ingressus felici successu labore hoc defunctus est, simulque hanc laudem meruit, ut critica diligentia alios sui temporis interpretes superaverit. Adhibuit enim Aquilæ, Symmachi et Theodotionis versiones, quarum multa fragmenta ex hoc in primis Commentario petiit Montfauconius, qui etiam pag. 10 Prælim. ad Collectionem novam Patrum observat, Nostrum, etsi ab Eusebiania Psalmorum interpretatione plerumque deflectat, tamen subinde illam fere ab verbum exprimere, etsi breviori, ut plurimum, stilo. Idem Nostro quoad Chrysostomum objecit Garnerius Auct. p. 184. Sed utrumque non adeo miramur, cum satis constet quanta in Catenis facta sit nominum permutatio, quæ eo facilius locum invenire potuit, quo magis, teste Nicephoro l. c., Theodoretus stilum suum ad Chrysostomi exemplum formare studuit; quo factum est, ut si in codicibus passim nomen auctoris loco quodam neglectum esset, ne peritissimi quidem librarii satis certi fuerint, sitne ad hunc an ad illum referendus. Et quod in primis ad locum psal. L, 7, a Garnerio prolatum attinet, verum quidem est, pene eadem legi apud Chrysostomum (edit. Savilii t. I, p. 709 seq.): noluimus tamen in Variantibus textui subjectis quidquam de hoc loco monere, quia in codice Augustano quem tertium dicere consuevimus, et qui Catenam in Psalmos, ut in Præfatione pluribus indicatum est, continet, non Chrysostomi sed Nostri nomen ascriptum vidimus. [34] His tantum adjicimus, ex epistola 82 ad Eusebium scripta recte colligi posse, hunc librum inchoatum esse ann. C. 455

Ordine proximus est *Commentarius in Canticum canticorum*. Talem a se scriptum esse, ipse quidem Theodoretus in Prologo quem Psalmis præmisit, testatur; num vero is quo nunc utimur, jure ad illum pertineat, multis disputatum est. Recensebimus itaque paucis argumenta, quæ ab utraque parte in scenam producta sunt. Qui genuinum hunc fetum esse negant, objicere solent, auctorem in Proœmio de Chrysostomo ut vivo loqui, in Theodorum Mopsuestenum gravius invehi, de se ut de homine civilibus ac militaribus negotiis admodum distracto loqui, et de Manasse quædam tradere, de quibus ne γοῦ quidem apud Nostrum exstet. His addunt tum prolixitatem in dicendo, tum Nostri de hoc opere silentium, ubi de scriptis loquitur in quibus suam de incarnatione fidem testatus est, tum denique Catenarum auctoritatem. Ita paucis complectimur quidquid contra hunc librum dictum esse novimus. Hæc argumenta, etsi minus firma sint, tamen apud Caveum ac Garnerium tantum valuerunt, ut suum illis adjecerint calculum. Imo parum abfuit quin Garnerius in locum hujus libri alium substitueret fetum, quem Auctario suo inserere promisit, pag. 258; verum his promissis non stetit, vel stare noluit, qui operis perficiendi curam post Garnerii obitum in se suscepit. Videamus autem, qua ratione omnis ista argumentatio refutari, et genuina libri indoles defendi possit. De Chrysostomo, etsi vita jam defunctus esset, jure dici poterat, ὁ τοῖς ῥεύμασι τῆς διδασκαλίας μέχρι καὶ

Digitized by Google

τήμερον πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἀρδεύων· vivebat enim in scriptis suis quorum fama tunc universum [35] orbem impleverat. Si verum est alterum, quod in Theodorum Mopsuestenum, quem alioquin magni faciebat, invehatur, hoc sane veritatis amorem et a partium studio liberum testatur animum : idem enim, ut jam vidimus, fecit in suo ad Psalmos Proœmio. Sed nondum satis liquet rei veritas. Nititur scilicet tota accusatio auctoritate Pelagii II, aut potius Gregorii M., qui in epistola tertia ad Eliam Aquileiensem et episcopos Istriæ scribit. « Cum Theodorus (Mopsuestenus) Canticum canticorum vellet exponere, Salomonem per hunc librum Æthiopissæ reginæ blanditum esse professus est : quod Theodoretus reprehendens nomen quidem Theodori suppressit, sed tamen vesaniam patefecit. » Tale autem apud Theodoretum l. c. non legimus. In eos tantum invehitur, qui vel putarunt, Salomonem de se ipso et Pharaonis filia in hoc libro loqui, vel pro Pharaonis filia Abisai Sunamitidem substituerunt. Nihil itaque de Æthiopissa regina hoc loco dictum deprehendimus ; quæ tamen opinio, si illa Theodori sit, sub generali *fabularum anilium* nomine, quo Noster h. l. utitur, comprehendi potuit. Sunt enim omnino anilia et Christiano doctore indigna, quæ ex Theodori illius in hunc librum Commentariis exstant Fragmenta, apud Harduinum l. c. p. 88 seq. Sed ad ea progrediamur, quæ tertio loco objiciuntur. Si auctor horum Commentariorum multis non modo ecclesiasticis, sed civilibus quoque ac militaribus curis se distrahi questus est, non mirabuntur, qui e litteris Theodoreti jam supra allegatis noverint, quantos labores quantaque pericula sustinuerit, ut perditos mores eorum emendaret, quorum curam sibi demandatam habuit. Gravius itaque sibi, quam militum ducibus, impositum onus ægre ferebat : omni enim adhibita diligentia vix petulantiam [36] hominum istorum coercere poterat. Ita rem expedire, et, si opus esset, tropicam quamdam dicendi rationem in his auctoris nostri verbis admittere mallemus, quam absque historiæ fide cum nonnullis asserere, Cyresticam regionem eo tempore præsidiariorum militum effusa licentia misere turbatam fuisse. Porro, quod Manasses, rex impius, magnam sacrorum Librorum partem combusserit, ut in Proœmio ad hunc Commentarium dicitur, nullo quidem in loco a Nostro alibi asseritur, sed num omnia uno eodemque loco dicere necesse erat? Multa in suis ad libros Paralipomenon Commentariis supplevit, quæ in illis ad libros Regum eodem jure dicere potuisset, si necessitas hanc legem illi imposuisset. Quod prolixius in hoc quam forsitan in aliis libris meditationes suas exposuerit, dandum est non argumenti tantum, quod multum difficultatis habebat, conditioni, sed tempori etiam quo scripsit. Haud male enim ex ipso hoc paululum diffuso dicendi genere colligitur, hunc librum esse unum ex primis quos Noster composuit. Usu enim, ut fieri solet, acquiritur peritia, multa paucis dicendi. Quod vero hujus libri nullam fecerit mentionem, ubi opus esse videbatur ad defendendam suam de incarnatione doctrinam, parum efficiet. Sive enim eo tempore Theodoro parcendum, sive hoc fidei suæ documento haud opus esse existimaverit, libera illi omnino fuit optio locorum quibus fides defendenda esset. Catenarum denique adeo nos non movet auctoritas, ut parum ab hoc argumento metuendum sit causæ nostræ. Parvus est Catenarum in Canticum canticorum numerus, nec inter illas est quædam cujus memoria sit adeo obscura, quam ejus, quæ a Garnerio adducitur, et Neophyto cuidam tribuitur. Dantur tamen quædam, in quibus frequenter sunt Origenis aliorumque cum quibus Nostrum [37] sæpius permutatum esse novimus, citationes, ut in illa quam Meursius edidit Lugd. Bat. a 1617. Facillime itaque potuit fieri, ut in hisce Catenis, quarum parvus est numerus, Nostri desideretur memoria, sive temporis hoc factum sit injuria sive librariorum negligentia. Hæc omnia itaque nos non impedient, quominus hunc Commentarium Nostro vindicemus. Ita enim jubet auctoritas codicum, quibus olim jam usi sunt Zinus ac Sirmondus, et magna quæ inter hunc aliosque Theodoreti libros intercedit affinitas. Illustre ejus exemplum dat locus ille Ezechielis, qui in Proœmio ad hunc librum eodem modo, ut in Nostri ad hunc prophetam Commentario explicatur.

Proximum locum tenent *Interpretationes sedecim prophetarum*, Isaiæ scilicet, Jeremiæ (cui subjuncti sunt Threni et liber Baruch), Ezechielis, Danielis et duodecim prophetarum quos minores dicunt. Non eodem ordine scripti sunt Commentarii isti quo se excipiunt. Danielem primum fuisse quem Theodoretus interpretatus est, ipse in Præfatione ad librum illum monuit, causamque optionis suæ a Judæorum erga hunc prophetam odio petiit. Proximus fuisse videtur Ezechiel, de quo saltem ex Præfatione ad Jeremiam constat, in eum prius commentatum esse Nostrum quam ad Jeremiam illustrandum se accingeret. Quo ordine ad reliquos progressus sit, haud satis liquet : hoc tamen ex ipso auctoris testimonio perspectum habemus, ultimum horum laborum fuisse Commentarium in Threnos, cui his verbis finem fecit auctor : « Hanc etiam aliis propheticis libris adjicimus interpretationem, adeo ut per Dei gratiam nullam prophetiam interpretationis expertem reliquerimus. » Magnopere dolendum est, haud integrum [38] ad nos pervenisse Commentarium in Isaiam, cujus non nisi lacinias habemus. Quæ Sirmondus e Catenis congessit, non omnia ad Nostrum pertinent, sed magna ex parte ad Theodorum Mopsuestenum, et, nostra adhuc est conjectura, ad Eusebium Cæsariensem referenda esse videntur. Antequam ad reliquos libros progrediamur, paucis monendum erit, errasse Garnerium, si Auct. p. 188, exeunte capite quarto refert, Nostrum in Commentario ad extrema verba Jeremiæ

Digitized by Google

prolixe adversus Apollinarii errores chiliasticos disputasse. Sed disputatio ista non hoc loco, sed in fine Commentarii ad Ezechielem exstat, cui adjungenda sunt illa quæ ad finem Commentarii in Aggæum leguntur.

Utiles in primis sunt *Commentarii in XIV Epistolas sancti Pauli*, a Nostro tanta cum laude compositi, ut magnopere dolendum sit, reliquos Novi Fœderis libros non eumdem nactos esse interpretem. Exstant autem nonnisi pauca Commentariorum in quatuor Evangelia fragmenta, quæ recensuit Montfauconius in Bibliotheca Coislin. Horum duo commemorat in Matthæum, p. 75 et 247, e Cod. Coisl. 24 et 195. Nonnulla in Lucam p. 251, e Cod. Coisl. 201, et p. 376 seq.; nonnisi unicum vero in Joannem, p. 68, e Cod. 23. In Matthæum quædam e Nostro congessit Petr. Possinus in Catena Patrum Græcorum in sanctum Matthæum edita Tolosæ a. 1646. Exstant etiam nonnulla Theodoreti, sed Latine tantum, in Corderii Catena in sanctum Lucam Antuerpiæ ann. 1628 edita. Plura autem in Bibliothecis regis Galliæ superesse haud incertis indiciis novimus. Qui vero inter nos superstites sunt in Epistolas sancti Pauli Commentarii, integram et continuam exhibent interpretationem, quæ unica in se complectitur, quidquid eleganter et apposite ad litteralem horum librorum sensum explicandum dici debuit. Nec alia a Nostro exspectari potuerunt, [39] cum præceptore usus sit Chrysostomo, et Theodoro Mopsuesteno, qui posterior in explicandis N. T. libris felicior fuisse dicitur quam in scrutando sensu librorum V. T. Ad utrumque pertinere videntur, quæ Noster in limine Proœmii haud minus modeste quam honorifice monuit, verendum esse, ne sint, a quibus temeritatis accusetur, quod post *hunc et illum qui totius orbis sint lumina*, audeat ad apostolicorum scriptorum interpretationem accedere. E veteribus solus est Nicephorus, qui l. c. egregii hujus scripti mentionem injecit: ipse vero auctor tum in Epistolis suis passim, tum quæstione prima in Leviticum ejus meminit. Dubitari itaque non potest, librum istum jure ad Nostrum referri: quo autem anno scriptus sit, minus certum videtur. Dolendum est, utramque illam epistolam, quæ inter reliquas Scriptoris nostri litteras agmen ducit, non satis distinctam habere temporis notam, quæ si nobis suppeteret, nullus controversiæ relinqueretur locus. Misit enim amico illi, ad quem directa est epistola prima, hos suos in apostolicas epistolas Commentarios, rogans, ut mentem de istis libere aperiret. Præterea in suis ad Eusebium Ancyranum et Leonem Romanorum episcopum litteris (epist. 82 et 113) hujus æque ac aliorum, qui eo tempore jam exstabant, librorum meminit quidem, sed nimis vage: recenset enim scripta omnia quæ tum ante synodum Ephesinam, tum primis post illam duodecim annis composuerat. In primis in posteriori loco obscura est temporis nota, quia generaliori librorum indici verba ista præmittit: « Sunt quæ partim ante annos viginti, partim ante octodecim, partim ante quindecim, partim ante duodecim scripsi. » Incertum itaque esse debet, sintne libri qui deinde commemorantur, duodecimo vel vicesimo anno ante datas hasce litteras, vel intra hosce annos scripti? [40] Hoc tamen ex ista ad Leonem Romanum Epistola, quæ, ut jam dictum est, ad A. C. 449 pertinet, certo colligitur jam ante synodum λῃστρικὴν scriptos fuisse hos Commentarios. Garnerius existimat, æram illorum referendam esse ad eam annorum seriem, quæ inter concilium Ephesinum (prius) et ann. C. 453 intercessit. Argumenta ejus attentione quidem digna sunt, alio autem loco aptior de illis disputandi erit occasio. Hoc tamen jam silentio præterire non possumus, male erga Nostrum affecti animi insigne specimen esse, quod idem prodit l. c. p. 190, ubi lectoribus suis persuadere conatur, Theoderetum in toto hoc libro quamcunque occasionem Cyrillum carpendi avide arripuisse, quia post synodum Ephesinam pacemque restitutam ipsi non licuerit publice contra adversarium suum pugnare. Meminerint autem lectores eorum quæ jam ineunte hac Dissertatione diximus, scilicet retorquendum esse in Garnerium, quod is Nostro perperam objecit; nam hæresin totam videre sibi visus est, ubi vel minima species umbraque occurreret. Meminerint, rogamus, et vel judicent, vel suspendant judicium, donec novo iniquitatis indicio magis motam esse bilem sentiant. Sed cum ad alia nunc properandum sit, hoc unicum addimus, Græcum hujus libri textum Sirmondo deberi, qui primus illum e Codicibus orbi litterato dedit, addita quidem Latina Herveti versione, sed minus caute adhibita, quod bene monuit Rich. Simon. l. c. p. 186.

Historiæ ecclesiasticæ libri sunt quinque, quos Theodoretus non minori cum laude quam elegantia eo consilio composuit, ut Eusebii Cæsariensis suppleret Historiam. Initium itaque fecit ab illis temporibus, quæ ultimam constituunt Historiæ Eusebianæ periodum, et progressus est usque ad finem imperii Theodosii Junioris. [41] Æmulos habuit Socratem atque Sozomenum, qui eodem consilio tunc temporis ad Historiam ecclesiasticam componendam animum adjecerunt, multa tamen Nostro, quæ sive suppleret sive corrigeret, reliqua fecerunt. Ita quidem statuit Photius (cod. 31) qui non modo dicendi genus historiæ aptissimum, sed etiam ubertatem rerum a Nostro enarratarum dignis extollit laudibus, eumque Socrati, Sozomeno ac Evagrio longe anteponendum esse judicat. Non potuit tamen peritissimi in his rebus arbitri oculos effugere nimia illa in metaphoris audacia, quæ etsi non omnino defendi, tamen genio populi et regionis in qua vixit, excusari quodammodo poterit. Alii vero, ne quid dissimulare videamur, sunt nævi hujus libri, quos vel recensuerunt vel emendaverunt Baronius, Dupinius, Valesius, et centuria-

Digitized by Google

tores Magdeburgici, ne quid de Garnerii nimia in scriptore nostro castigando diligentia nunc dicamus. De numero horum *Historiæ ecclesiasticæ* librorum dubitationem nonnullis injecit Gennadius, qui c. 89 libri *De viris illustribus* refert, Nostrum decem hujus argumenti libros composuisse. Unicus qui huic narrationi favere videtur, est Gerh. Vossius, qui, cum de historicis Græcis dissereret, lectoribus persuadere voluit, duplicem olim exstitisse *Historiæ ecclesiasticæ* Theodoreti editionem, unam quæ non nisi sex priores, alteram vero quæ quinque posteriores complexa sit libros, quibus Historiam usque ad Leonis imperatoris tempora suppleverit. Sed nulla omnino fides debetur huic fabulæ, cui non modo Photii, Nicephori, Cassiodori et Evagrii obstat auctoritas, sed ipsius quoque Theodoreti nostri testimonium, quod exstat in fine libri ultimi seu quinti. « Ego vero, inquit, historiæ [42] finem hic faciens, lectores rogo, ut precibus suis laborem nostrum compensent. Quinque autem et centum annorum tempus hæc Historia complectitur, ab Arii vesania incipiens, et cum obitu laude dignorum virorum Theodori (sc. Mopsuesteni) et Theodoti (Antiocheni) desinens. » Et si vel maxime filum Historiæ voluisset prosequi, tamen summa viri prudentia ac modestia, quam ut par est admirati sunt Valesius et Beausobre *Hist. Manich.* t. I, p. 226, non permisisset, ut tempora ista attingeret, in quæ incidit invidiosa Nestorianæ controversiæ historia. Magnopere enim erraret, qui e silentio, quo Theodoretus lites istas premere voluit, inferret, eum ante synodi Ephesinæ tempora ad Historiam hanc scribendam accessisse. Quo minus enim hæc conjectura se tueri possit, impediunt quæ a Nostro de reliquiis sancti Chrysostomi Constantinopolim delatis, et de pietate Theodosii ac sororum ejus narrantur lib. v, c. 36. Jam, cum e Socratis Historia appareat, Chrysostomi corpus decimo sexto Theodosii consulatu, sicque ann. C. 438, in urbem regiam delatum esse, dubium non est, Nostrum Historiam suam longo post concilium Ephesinum intervallo composuisse. Sola itaque viri moderatio effecit, ut de litibus sileret, quibus enarrandis maxime idoneus fuisset, si sine aliorum offensione fieri potuisset. Quæ cum ita sint, quis non videt, iniquum Nostri judicem esse Garnerium, cujus hæc sunt verba p. 192, seq. Auctarii. « Opinor, primum, hoc opus Theodoreti aliud nihil esse præter historiam Arianæ hæreseos (eadem fere ibid. p. 194 exstant), sive in seipsa sive in propagine. Deinde, ipsam eo consilio scriptam fuisse, ut ostenderentur fontes, ex quibus Theodoreto viderentur orti errores, quos affingebat Catholicis. Tertio, in Arianis, [43] unionis hypostaticæ defensores; in Eusebio Nicomediensi, Cyrillum; in Athanasio atque etiam in Chrysostomo, Nestorium; alios Nestorii amicos in aliis adumbratos esse. Quarto denique Cyrillum et Proclum in iis, qui Diodorum Tarsensem et Theodorum Mopsuestenum velut hæreticos scriptis factisque traduxissent, tacite nunc refelli, cum uterque velut fidei defensor inducitur. » Itane ingenio abutendum erat, ut, quacunque fieri posset ratione, suspecta redderetur viri boni integritas? Sed quid multa? Ex superioribus jam satis constare arbitramur, quam injurius in Theodoretum sit Garnerius. Plura qui cupit, legat Ittigium de Bibliothecis et Catenis Patrum, p. 729, et ejusdem Præfationem ad *Historiæ ecclesiasticæ* sæculi II capita, p. 8 seq. Parum æquiorem se præbuit Garnerius erudito Cousino qui *Historiam ecclesiasticam* Theodoreti in Gallicam linguam transtulit, nec minus eximiæ laudis viro, Henr. Valesio, qui multis nominibus de Nostro æque ac de aliis Historiæ ecclesiasticæ scriptoribus conjunctim editis, meruit, cujus novissima editio Augustæ Taurinorum ann. 1748, prodiit, multis eruditorum observationibus et variantibus lectionibus editioni Cantabrigiensi Guil. Reading aspersis, locupletata.

Breviores erimus in recensenda *Historia religiosa*, quæ inscribitur φιλόθεος ἱστορία ἢ ἀσκητικὴ πολιτεία. Minor est utilitas, quæ e lectione hujus libri percipitur, utpote qui præter Ascetarum vitas nihil continet (*a*), sicque curiosos magis quam discendi cupidos lectores poscit. Singularia quidem sunt, quæ in hoc libro narrantur; nollemus tamen dicere, censura adeo dignum esse Theodoretum, ut Frid. Spanhemio aliisque visum est. Etsi enim inter nos fidem vix invenirent hujus generis homines, temporum tamen habenda [44] est ratio. Hujus operis partem quamdam constituit Oratio sive Dissertatio de charitate, quam Sirmondus Appendici inseruit, Hervetus autem in versione sua Latina rectius huic libro subjunxit.

Multo majorem utilitatem nobis præstant Epistolæ Theodoreti, quæ proximum inter Opera illius locum tenent, eoque chariores nobis esse debent, quo majorem historiæ scriptoris nostri lucem accendunt. Numero sunt centum et quadraginta septem, una autem quæ scripta est ad Joannem episcopum Germaniciæ, apud Sirmondum, tomo III, desideratur, cum locum nacta sit in Appendice, t. IV, p. 702. Supra quingentas Nostri epistolas legit olim Nicephorus, cujus fide si niti liceat, dolendum omnino est, tantam earum partem periisse. Hanc jacturam aliquo modo resarcire voluit Garnerius tum Epistolis illis quas ad locupletandum tomum tertium editionis Sirmondianæ ab initio Auctarii sui exhibuit, tum dissertatione 5, ibidem inserta, quæ inscribitur *De Theodoreti et Orientalium causa*. Hæc tota dissertatio, quæ exspectationem multorum fefellit, nihil præter va-

(*a*) Ex hac tamen historia (cap. 13), et non aliunde, ea paucissima habemus quæ de seipso tradidit Theodoretus. EDIT. PATR.

Digitized by Google

riorum Patrum epistolas continet, primum a Christ. Lupo, postea a Steph. Baluzio in nova Collectione conciliorum sub nomine Synodici adversus Tragœdiam Irenæi, editas. Jure autem dubitatur, num genuinæ sint istæ epistolæ, quas Garnerius Nostro vindicare voluit. Adeo enim fervore suo abreptus est, ut etiam illis fidem dederit, quæ apertissima νοθείας habent indicia, qualis est illa quam de obitu Cyrilli ad Joannem Antiochenum scripsisse dicitur, de qua jam alio loco disputavimus. Nec multis urgendum erit, quod jam ex Leontio Allatio in superioribus evictum dedimus, multas sub Nostri nomine ab illis qui [45] Nestorii partibus addicti erant, fictas esse litteras. Quanta autem fuit Garnerii facilitas in admittendis illis epistolis, quas ad rem suam facere putavit, tanta ejus fuit morositas, si de illis agitanda erat quæstio, quæ mentem Theodoreti ab impiis Nestorii doctrinis alienam testantur. Hinc pro genuina non habuit Epistolam ad Sporacium, quæ a Sirmondo in Appendicem est relata, non quia spuriam putavit illam, ut Garnerius asserit, sed quia argumentum illius fere idem est cum capite 12 libri quarti *Hæreticarum fabularum*, sicque inter epistolas vix locum obtinere posse videtur. Quod reliquum est, varias harum epistolarum classes constituerunt Dupinius et Garnerius, sed parum certis fundamentis totum illud artificium nititur, quia de multis harum litterarum non satis constat, quo scriptæ sint tempore.

Dogmatici, vel polemici, ut videri posset, argumenti est *Eranistes* seu *Polymorphus*, liber apprime utilis ad redarguendos Eutychianos, quorum erroribus oppositus, ab imperatore Theodosio autem, vel potius ab illis quorum artibus regebatur, adeo male exceptus est, ut jussu imperatoris flammis dignus haberetur. Hoc iniquo fato non imminuta quidem est libri dignitas; tamen, ne quid malæ notæ hæreret, cautum est a Marciano, qui istam Theodosii sanctionem rescindendam esse sapienter statuit. Tres Dialogos liber iste complectitur, quorum unusquisque nomen ab argumento nactus est. Primus inscribitur Ἄτρεπτος, secundus Ἀσύγχυτος, tertius Ἀπαθής. In primo docet, immutabilem esse unigeniti Filii divinitatem; in secundo, non permistam sive inconfusam fuisse in Christo Domino divinitatis et humanitatis unionem; [46] in tertio denique, a passionibus liberam fuisse Salvatoris nostri divinitatem. His subjunguntur Ἀποδείξεις διὰ συλλογισμῶν, ubi validis ratiociniis impugnat errores, contra quos in hoc libro disputat. Genuinum hoc esse Theodoreti scriptum vix dubitari poterit, cum non modo Photius, cod. 46, ejus mentionem fecerit, sed etiam Nicephorus, qui loco jam aliquoties citato hunc librum nomine isto Λόγοι τρεῖς περὶ θείων δογμάτων διαλογιστικῶς συνταχθέντες indigitavit. Ipse quoque auctor illius meminit, tum in epistola (16) ad Irenæum episcopum, tum in illa (83) quam ad Dioscorum Alexandriæ episcopum dedit, quæ posterior haud obscurum suppeditat temporis indicium, ex quo colligere possumus, hunc librum jam ante synodum λῃστρικὴν fuisse compositum. His denique adjungimus aliud testimonium, quod ex epistola (150) ad Timotheum episcopum scripta, petimus. Miramur itaque Baraterio, præcocis ingenii juveni et temporis sui ornamento, in mentem venire potuisse, hos Dialogos non Theodoreto nostro, sed forsitan juniori hujus nominis scriptori tribuendos esse, ei scilicet, cui nonnulli cum Garnerio libros illos Historiæ ecclesiasticæ ascribunt, quos Gennadius, ut supra diximus, Nostro absque ullo satis gravi causæ suæ fundamento tribuit. Tamen hanc sententiam non ut probabilem tantum proposuit in Appendice ad Anti-Artemonium Norimb. a 1735, editum, sed pertinacius quoque contra scriptores Memoriarum, ut dicuntur, *Trirultinarum* defendere voluit singulari libello, qui insertus est Bibliothecæ Germanicæ (Gallico idiomate, ut notum scriptæ) vol. XLVIII, p. 50 seq. Sed ea fuit juvenilis audacia, quæ non [47] omni laude caret. Et ipsa juvenis, qui ultra ætatem sapere visus est, disputatio habet nonnulla quæ ulteriori discussione non indigna essent, ea vero alii loco et tempori jam erunt relinquenda. Ad reliquos Scriptoris nostri libros progredimur, si paucis antea lectores de novo Garnerii lapsu monuerimus. Vix amplius quidquam addere opus erit. Latentem in herba anguem videbit, quisquis attente legerit ea quæ præcesserunt. Idem quod antea jam aliquoties dictum est contigit Garnerio, cum hunc librum legeret; in Cyrillum enim omnia dicta esse quis nisi ille somniasset? ut fidem faciamus verbis nostris, vel pauca hæc apponemus, quæ Auct. p. 152 exstant, et parum mutatis verbis recurrunt p. 240: « In hoc, inquit, opere, mira quadam arte consilium dissimulat: nam cum per dialogismum in Apollinaristas disputare se fingit, Cyrillum revera et Catholicos impugnat, imo doctrinam Nestorii demonstratione, ut ipse quidem loquitur, confirmare nititur. Laudat quidem Cyrillum in Dialogo secundo, sed maligna laude, cæt. » Quidni hæc postrema sic imitari liceat, invehitur Garnerius in Theodoretum, sed odio maligno?

Multiplicem Scriptoris nostri doctrinam testantur etiam *Hæreticarum fabularum libri quatuor*, in quibus hæreses tantum non omnes recenset, quæ inde a Simonis Magi diebus usque ad tempora Nestorii et Eutychis innotuerant: quibus omnibus expositis libro quinto subjunxit divinorum dogmatum Epitomen, ut ostenderet, quomodo inter se differant lux et tenebræ, quæ ipsius sunt verba incunte libro ultimo. Hic sine dubio est liber ille cujus Nicephorus sub nomine ψεύδους καὶ ἀληθείας διάγνωσις meminit, [48] quo titulo etiam insignitur apud Possevinum Appar. sacri tom. II, p. 457, ubi inter libros a Nostro compositos commemoratur volumen quod *Mendacii et veritatis discrimen* inscribitur. Post concilium Chalcedonense hunc li-

Digitized by Google

brum a Nostro compositum esse haud obscuris indiciis prodit epistola, quæ præmittitur, ad Sporacium, cujus consilio et instituto laborem istum suscepit. Hac temporis nota magnopere premuntur, qui cum Garnerio, Caveo, Oudino aliisque caput duodecimum libri quarti suppositum esse putant, quia in illo Nestorius atris, ut par erat, coloribus depingitur. Specie quidem non carere videntur argumenta, quibus usus est Garnerius, ut sententiam suam tueretur, satis autem ad ea omnia respondit Dupinius *Biblioth. scriptorum eccles.* t. III. Unius Theodori abbatis, ne de Photio jam dicamus, testimonium, omnibus exceptionibus diluendis sufficiet. Hæc enim sunt verba ejus in argumento synodi Ephesinæ : Εἰ δὲ βούλεταί τις γνῶναι, ὅτι Θεοδώρητος καὶ λίαν ἐμίσει Νεστόριον, ἀναγνῷ τὸ περὶ τῶν αἱρέσεων αὐτῷ Θεοδωρήτῳ γεγραμμένον βιβλίον. *Si quis nosse velit, valde exosum Theodoreto fuisse Nestorium, legat librum De hæresibus ab ipso Theodoreto scriptum.* Num ad alium quam hunc, librum, ejusque aliam partem, quam quæ exstat l. IV, cap. 12, hæc trahi possunt, nisi vis inferenda sit verbis? Adeo autem in ipsa veritatis luce cæcutire visus est Garnerius, ut non hanc modo libri quarti particulam Nostro denegandam esse, sed totum quoque de hæresibus librum Nestorio favere, Cyrillo autem adversari putaverit. Quod ne quis acerbius quam verius a nobis dictum esse putet, ipsa ejus verba ascribere haud piget. [49] Ita vero ille, Auct. p. 145 : « Laboriosum, inquit, atque artificiosum dixi opus. Quantus enim labor ponendus fuit in evolvendis scriptoribus, qui in illum usque diem catholicæ fidei causam contra hæreses defenderant? sed quantæ artis erat, quamque callidæ, ita de singulis scribere, ut qui legeret, sensim sine sensu per se ipse invidia consensionis cum hæreticis oneraret unius naturæ Verbi incarnatæ defensores, liberaret duarum propugnatores ; id est, ut erant tempora, aut certe opinio vulgi, accusaret Cyrillum, absolveret Nestorium. » Haud dissimilia sunt, quæ p. 245 l. c. leguntur, quæ tamen recitasse est refutasse. Adeat, cui placuerit, Ittigii Dissertationem de hæresiarchis apostolicæ ætatis, p. 13.

Sequuntur Orationes sive Homiliæ decem de Providentia, in quibus exhausisse videtur, quidquid de nobili hoc argumento dici potest. Priores quinque complectuntur ea quæ ad probandam Providentiam divinam faciunt ; sive mundi hujus admirabilem structuram, sive corporis nostri fabricam, sive res creatas omnes earumque sapientissimam gubernationem spectaveris : sexta et duæ proximæ versantur in diluendis objectionibus, quæ ab iniqua multorum hominum sorte peti possent. Duæ postremæ magnam ad virtutis studium incitandi vim habent. Docent enim, Providentiæ divinæ illustria non inter Judæos modo, sed inter omnes homines exstare monumenta, pietatisque certissime exspectandos esse fructus, etsi in hac vita nonnullis parum utilis videri posset. Homilias istas Antiochiæ olim a Nostro esse recitatas, multorum est conjectura, [50] specie haud carens. Æram illarum ad ann. C. 433 refert Dupinius Garnerius autem ad ann. C. 430 vel 431.

Idem argumentum illustrandum sibi sumpsit in elegantissimo illo opere, cui titulum fecit, *Curatio Græcarum affectionum*, cujus liber sextus agit de Providentia divina. Plura autem in isto simul præstitit : totam enim gentilium religionem, seu potius superstitionem, libris duodecim ita evertit, ut sanctioris fidei puritatem ac honorem egregie defenderit. Ingeniosior forsitan quam verior est Garnerii conjectura, hunc librum a Theodoreto scriptum esse contra imperatorem Julianum. Quidquid autem sit, non hujus tantum, sed omnium qui eo tempore ingenii et nominis fama inclaruerant, gentilium scripta, indefesso excussit studio, ut in primis observatum est a Sylburgio, cui Græco-Latinam eximii hujus operis editionem Heidelbergæ, ann. 1592, in lucem emissam, eamque præstantissimam, debemus. Silent quidem de hoc opere Photius et Nicephorus, meminit autem ejus Tzetzes Chil. IX, et ipse Theodoretus in epist. 113, ad Leonem Romanum, et in ea (116,) ad Renatum : necnon Quæstione prima in Leviticum. Magnopere itaque falluntur Rivetus et Cocus, qui hunc librum alius scriptoris esse putarunt. Ad istum in primis librum spectant duo epigrammata, quæ ut minus nota hoc loco inserere ab instituto nostro haud alienum esse putamus. [51] Primum ex codice quodam *Augustano* descriptum exstat apud Possevinum Appar. sacri tom. II, p. 457, et ita se habet :

Ὡς Νεῖλος ἄλλος πλημμυρῶν τοῖς σοῖς λόγοις
Θεοδώρητε τῶν Ἀχαιῶν τὴν πλάνην
Πνίγων, τῆς καλὸν πίστεως αὔξεις σπόρον.

Alterum legitur in codice quodam Bibliothecæ Augustæ Vindob. (apud Lambec. lib. IV, p. 179) qui a Petro Patricio ex alio quodam pervetusto codice descriptus, et imperatori Leoni hoc Epigrammate dicatus est. Quia autem prolixior est locus, primos tantum hos apponimus στίχους, qui ad Nostrum spectant :

Καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἄξιον μουσουργίας,
Αὐτοκράτορ μέγιστε, βιβλίον, Λέον.
Φέρει γὰρ ἔνδον τῶν πρὶν Ἑλλήνων, ἄναξ,
Τὰς (*b*) σεμνοκομψοψευδομυθοπλαστίας
Ἀνατραπείσας ἐκ σοφοῦ διδασκάλου
Καὶ μήν γε χρησμοὺς δεικνύει τοῦ Λοξίου
Νόθους, βεβήλους, ἀγκύλους, λαοπλάνους·
Ἐξ ὧνπερ οἱ πρὶν ἐζοφοῦντο τῇ πλάνῃ
Ἀποσφαλέντες πάντες εὐθείας τρίβου.
Ἁπλῶς τε κοινῶς τῶν ἐκείνων δογμάτων
Τρανῶς ἐλέγχει τοῦτο τὴν γλωσσαλγίαν.

(*b*) Lambec. in margine hanc notulam adjecit : *Notabile vocabulum undecim syllabarum.*

Digitized by Google

Genuinis Theodoreti libris, quibus recensendis hactenus operam dedimus, adjungendæ etiam sunt Reprehensiones duodecim capitum seu anathematismorum Cyrilli, quæ partem Appendicis ad tomum IV editionis Sirmondianæ constituunt. Quale sit argumentum hujus libelli, et quo tempore exaratus sit, ipsa docet inscriptio, ita ut de utroque prolixam disputationem instituere superfluum esset. Orationis de charitate, Epistolæ ad Sporacium, necnon alterius quæ ad Joannem [52] episcopum Germaniciæ data est, jam mentionem fecimus. Reliquum itaque est, ut de *Argumentis librorum* XXVII *adversus varias propositiones* (*Eutychianas*) paucis agatur, quorum incertus est auctor. Sirmondus non ipsos libros, sed solam eorum recensionem e Photii cod. 46 petitam exhibuit. Ipsi itaque libri, de quibus ne verbulum quidem a Sirmondo dictum est, alibi sunt quærendi. Sed ubi ? De hoc diversæ sunt eruditorum sententiæ. Priores sex vel septem e quorumdam sententia perierunt ; alii vero Fragmenta eorum superesse credunt in iis quæ reliqua nobis sunt de Pentalogio Theodoreti, seu quinque libris de incarnatione. Reliqui horum viginti et septem librorum a multis Athanasio olim ascripti sunt, sed Joan. Dallæus ex auctoritate Photii eos Theodoreto nostro vindicavit, Combefisius autem Maximo, Marius Mercator denique et Garnerius, Eutherio Tyanensi. Hæc quæstio, cum altioris sit indaginis, prelis nunc ferventibus, alio tempore pluribus, si Deus voluerit, exponetur, cum de scriptis Theodoreti sive ineditis sive fictis, ad Garnerii Auctarium dubia quædam modeste proponendi occasio exorta fuerit.

Paginæ editionis Sirmondianæ et novæ juxta hunc indicem sibi respondent.

Not. Ubi *sic* apponitur, latet error in paginis editionis Sirmondianæ.

Ed. Sirm. t. I.	Ed. Nov. t. I.	Ed. Sirm. t. I.	Ed. Nov. t. I.	Ed. Sirm. t. I.	Ed. Nov. t. I.
Pag. 1	Pag. 1	— 46	— 69	— 91	— 140
— 2	— 2	— 47	— 71	— 92	— 142
— 3	— 3	— 48	— 73	— 93	— 143
— 4	— 4	— 49	— 74	— 94	— 145
— 5	— 6	— 50	— 76	— 95	— 146
— 6	— 7	— 51	— 78	— 96	— 148
— 7	— 9	— 52	— 79	— 97	— 149
— 8	— 11	— 53	— 81	— 98	— 151
— 9	— 13	— 54	— 82	— 99	— 152
— 10	— 14	— 55	— 84	— 100	— 154
— 11	— 16	— 56	— 85	— 101	— 155
— 12	— 17	— 57	— 87	— 102	— 157
— 13	— 19	— 58	— 88	— 103	— 158
— 14	— 20	— 59	— 90	— 104	— 160
— 15	— 22	— 60	— 91	— 105	— 161
— 16	— 23	— 61	— 93	— 106	— 163
— 17	— 25	— 62	— 94	— 107	— 164
— 18	— 26	— 63	— 96	— 108	— 166
— 19	— 28	— 64	— 98	— 109	— 167
— 20	— 29	— 65	— 99	— 110	— 169
— 21	— 31	— 66	— 101	— 111	— 170
— 22	— 32	— 67	— 103	— 112	— 172
— 23	— 34	— 68	— 104	— 113	— 173
— 24	— 37	— 69	— 106	— 114	— 175
— 25	— 38	— 70	— 107	— 115	— 176
— 26	— 40	— 71	— 109	— 116	— 177
— 27	— 41	— 72	— 110	— 117	— 179
— 28	— 43	— 73	— 112	— 118	— 181
— 29	— 44	— 74	— 114	— 119	— 182
— 30	— 46	— 75	— 115	— 120	— 184
— 31	— 47	— 76	— 117	— 121	— 185
— 32	— 48	— 77	— 119	— 122	— 187
— 33	— 50	— 78	— 120	— 123	— 188
— 34	— 51	— 79	— 121	— 124	— 190
— 35	— 53	— 80	— 123	— 125	— 191
— 36	— 54	— 81	— 124	— 126	— 193
— 37	— 56	— 82	— 126	— 127	— 194
— 38	— 57	— 83	— 128	— 128	— 196
— 39	— 59	— 84	— 129	— 129	— 197
— 40	— 60	— 85	— 131	— 130	— 199
— 41	— 62	— 86	— 133	— 131	— 200
— 42	— 63	— 87	— 134	— 132	— 202
— 43	— 65	— 88	— 136	— 133	— 204
— 44	— 66	— 89	— 137	— 134	— 205
— 45	— 68	— 90	— 139	— 135	— 207

Digitized by Google

Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.
— 136	— 209	— 212	— 326	— 288	— 441
— 137	— 210	— 213	— 328	— 289	— 443
— 138	— 212	— 214	— 330	— 290	— 444
— 139	— 213	— 215	— 331	— 291	— 446
— 140	— 215	— 216	— 333	— 292	— 447
— 141	— 217	— 217	— 335	— 293	— 449
— 142	— 218	— 218	— 336	— 294	— 450
— 143	— 219	— 219	— 337	— 295	— 452
— 144	— 221	— 220	— 339	— 296	— 453
— 145	— 223	— 221	— 341	— 297	— 455
— 146	— 224	— 222	— 342	— 298	— 456
— 147	— 226	— 223	— 344	— 299	— 458
— 148	— 227	— 224	— 345	— 300	— 459
— 149	— 229	— 225	— 346	— 301	— 461
— 150	— 230	— 226	— 348	— 302	— 462
— 151	— 232	— 227	— 350	— 303	— 464
— 152	— 234	— 228	— 351	— 304	— 465
— 153	— 235	— 229	— 353	— 305	— 467
— 154	— 237	— 230	— 354	— 306	— 469
— 155	— 238	— 231	— 355	— 307	— 470
— 156	— 240	— 232	— 356	— 308	— 472
— 157	— 241	— 233	— 357	— 309	— 473
— 158	— 243	— 234	— 359	— 310	— 475
— 159	— 244	— 235	— 360	— 311	— 477
— 160	— 246	— 236	— 362	— 312	— 478
— 161	— 247	— 237	— 363	— 313	— 480
— 162	— 249	— 238	— 365	— 314	— 481
— 163	— 250	— 239	— 367	— 315	— 483
— 164	— 252	— 240	— 368	— 316	— 484
— 165	— 254	— 241	— 370	— 317	— 486
— 166	— 255	— 242	— 371	— 318	— 487
— 167	— 257	— 243	— 373	— 319	— 489
— 168	— 258	— 244	— 374	— 320	— 490
— 169	— 260	— 245	— 376	— 321	— 492
— 170	— 263	— 246	— 377	— 322	— 493
— 171	— 264	— 247	— 379	— 323	— 495
— 172	— 264	— 248	— 380	— 324	— 496
— 173	— 266	— 249	— 382	— 325	— 498
— 174	— 268	— 250	— 383	— 326	— 499
— 175	— 269	— 251	— 385	— 327	— 501
— 176	— 271	— 252	— 386	— 328	— 502
— 177	— 273	— 253	— 388	— 329	— 504
— 178	— 274	— 254	— 389	— 330	— 505
— 179	— 275	— 255	— 391	— 331	— 507
— 180	— 277	— 256	— 392	— 332	— 509
— 181	— 278	— 257	— 394	— 333	— 510
— 182	— 280	— 258	— 396	— 334	— 511
— 183	— 281	— 259	— 397	— 335	— 513
— 184	— 283	— 260	— 399	— 336	— 314
— 185	— 284	— 261	— 400	— 337	— 515
— 186	— 286	— 262	— 402	— 338	— 517
— 187	— 288	— 263	— 404	— 339	— 518
— 188	— 289	— 264	— 405	— 340	— 520
— 189	— 291	— 265	— 406	— 341	— 521
— 190	— 292	— 266	— 408	— 342	— 523
— 191	— 294	— 267	— 409	— 343	— 524
— 192	— 295	— 268	— 411	— 344	— 526
— 193	— 297	— 269	— 412	— 345	— 527
— 194	— 299	— 270	— 413	— 346	— 529
— 195	— 300	— 271	— 415	— 347	— 531
— 196	— 301	— 272	— 416	— 348	— 532
— 197	— 303	— 273	— 418	— 349	— 534
— 198	— 305	— 274	— 419	— 350	— 536
— 199	— 306	— 275	— 421	— 351	— 537
— 200	— 308	— 276	— 423	— 352	— 539
— 201	— 309	— 277	— 424	— 353	— 540
— 202	— 310	— 278	— 426	— 354	— 542
— 203	— 312	— 279	— 427	— 355	— 544
— 204	— 314	— 280	— 429	— 356	— 545
— 205	— 315	— 281	— 431	— 357	— 547
— 206	— 317	— 282	— 432	— 358	— 548
— 207	— 318	— 283	— 434	— 359	— 550
— 208	— 320	— 284	— 436	— 360	— 551
— 209	— 321	— 285	— 437	— 361	— 553
— 210	— 323	— 286	— 438	— 362	— 554
— 211	— 325	— 287	— 440	— 363	— 555

Digitized by Google

Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.
— 364	— 556	— 440	— 675	— 516	— 804
— 365	— 558	— 441	— 677	— 517	— 806
— 366	— 560	— 442	— 678	— 518	— 808
— 367	— 561	— 443	— 681	— 519	— 809
— 368	— 563	— 444	— 684	— 520	— 811
— 369	— 564	— 445	— 686	— 521	— 812
— 370	— 566	— 446	— 687	— 522	— 814
— 371	— 567	— 447	— 689	— 525	— 815
— 372	— 569	— 448	— 691	— 524	— 817
— 373	— 570	— 449	— 692	— 525	— 818
— 374	— 571	— 450	— 694	— 526	— 820
— 375	— 573	— 451	— 696	— 527	— 821
— 376	— 574	— 452	— 697	— 528	— 823
— 377	— 576	— 453	— 699	— 529	— 825
— 378	— 577	— 454	— 701	— 530	— 827
— 379	— 579	— 455	— 702	— 531	— 828
— 380	— 580	— 456	— 704	— 532	— 830
— 381	— 582	— 457	— 706	— 535	— 832
— 382	— 583	— 458	— 707	— 534	— 833
— 383	— 585	— 459	— 709	— 535	— 835
— 384	— 587	— 460	— 710	— 536	— 836
— 385	— 588	— 461	— 712	— 537	— 838
— 386	— 590	— 462	— 714	— 538	— 839
— 387	— 591	— 463	— 715	— 539	— 841
— 388	— 593	— 466 (sic)	— 717	— 540	— 842
— 389	— 595	— 467	— 719	— 541	— 844
— 390	— 596	— 468	— 721	— 542	— 845
— 391	— 598	— 469	— 722	— 543	— 847
— 392	— 599	— 470	— 724	— 544	— 849
— 393	— 601	— 471	— 726	— 545	— 850
— 394	— 602	— 472	— 727	— 546	— 852
— 395	— 603	— 473	— 729	— 547	— 854
— 396	— 605	— 474	— 731	— 548	— 855
— 397	— 607	— 475	— 732	— 549	— 857
— 398	— 609	— 476	— 734	— 550	— 858
— 399	— 610	— 477	— 736	— 551	— 860
— 400	— 611	— 476 (sic)	— 738	— 552	— 862
— 401	— 613	— 477	— 739	— 553	— 863
— 402	— 615	— 478	— 741	— 554	— 865
— 403	— 617	— 479	— 743	— 555	— 866
— 404	— 618	— 480	— 745	— 556	— 868
— 406	— 620	— 481	— 746	— 557	— 870
— 405	— 621	— 482	— 748	— 558	— 871
— 407	— 623	— 483	— 750	— 559	— 873
— 408	— 625	— 484	— 751	— 560	— 875
— 409	— 626	— 485	— 753	— 561	— 876
— 410	— 628	— 486	— 755	— 562	— 878
— 411	— 629	— 487	— 756	— 563	— 879
— 412	— 631	— 488	— 758	— 564	— 881
— 413	— 633	— 489	— 760	— 565	— 883
— 414	— 634	— 490	— 762	— 566	— 885
— 415	— 635	— 491	— 763	— 567	— 886
— 416	— 637	— 492	— 765	— 568	— 888
— 417	— 639	— 493	— 766	— 569	— 889
— 418	— 640	— 494	— 768	— 570	— 891
— 419	— 641	— 495	— 769	— 571	— 892
— 420	— 643	— 496	— 771	— 572	— 894
— 421	— 645	— 497	— 772	— 573	— 896
— 422	— 646	— 498	— 774	— 574	— 897
— 423	— 648	— 499	— 776	— 575	— 899
— 424	— 649	— 500	— 777	— 576	— 901
— 425	— 651	— 501	— 779	— 577	— 903
— 426	— 652	— 502	— 781	— 578	— 904
— 427	— 654	— 503	— 783	— 579	— 906
— 428	— 655	— 504	— 784	— 580	— 907
— 429	— 657	— 505	— 786	— 581	— 909
— 430	— 658	— 506	— 788	— 582	— 911
— 431	— 660	— 507	— 789	— 583	— 913
— 432	— 662	— 508	— 791	— 584	— 914
— 433	— 663	— 509	— 792	— 585	— 917
— 434	— 665	— 510	— 794	— 586	— 919
— 435	— 666	— 511	— 796	— 587	— 921
— 436	— 669	— 512	— 798	— 588	— 923
— 437	— 670	— 513	— 799	— 589	— 924
— 438	— 672	— 514	— 801	— 590	— 926
— 439	— 673	— 515	— 802	— 591	— 927

Digitized by Google

Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.
— 592	— 929	— 668	— 1084	— 744	— 1218
— 593	— 931	— 669	— 1086	— 745	— 1220
— 594	— 933	— 670	— 1087	— 746	— 1222
— 595	— 934	— 671	— 1090	— 747	— 1224
— 596	— 936	— 672	— 1092	— 748	— 1226
— 597	— 938	— 673	— 1094	— 749	— 1228
— 598	— 940	— 674	— 1096	— 750	— 1230
— 599	— 941	— 675	— 1097	— 751	— 1232
— 600	— 943	— 676	— 1099	— 752	— 1233
— 601	— 945	— 677	— 1101	— 753	— 1235
— 602	— 947	— 678	— 1105	— 754	— 1237
— 603	— 950	— 679	— 1105	— 755	— 1239
— 604	— 952	— 680	— 1107	— 756	— 1242
— 605	— 954	— 681	— 1108	— 757	— 1243
— 606	— 956	— 682	— 1110	— 758	— 1245
— 607	— 958	— 683	— 1112	— 759	— 1247
— 608	— 960	— 684	— 1114	— 760	— 1248
— 609	— 962	— 685	— 1116	— 761	— 1250
— 610	— 965	— 686	— 1117	— 762	— 1252
— 611	— 968	— 687	— 1119	— 763	— 1254
— 612	— 970	— 688	— 1121	— 764	— 1255
— 613	— 973	— 689	— 1123	— 765	— 1258
— 614	— 975	— 690	— 1124	— 766	— 1260
— 615	— 977	— 691	— 1126	— 767	— 1261
— 616	— 979	— 692	— 1128	— 768	— 1263
— 617	— 981	— 693	— 1130	— 769	— 1263
— 618	— 983	— 694	— 1132	— 770	— 1267
— 619	— 986	— 695	— 1134	— 771	— 1269
— 620	— 988	— 696	— 1136	— 772	— 1271
— 621	— 990	— 697	— 1138	— 773	— 1273
— 622	— 992	— 698	— 1139	— 774	— 1275
— 623	— 994	— 699	— 1141	— 775	— 1277
— 624	— 996	— 700	— 1142	— 776	— 1278
— 625	— 998	— 701	— 1144	— 777	— 1280
— 626	— 999	— 702	— 1145	— 778	— 1282
— 627	— 1001	— 703	— 1147	— 779	— 1284
— 628	— 1003	— 704	— 1149	— 780	— 1286
— 629	— 1005	— 705	— 1150	— 781	— 1288
— 630	— 1007	— 706	— 1152	— 782	— 1289
— 631	— 1008	— 707	— 1153	— 783	— 1291
— 632	— 1012	— 708	— 1154	— 784	— 1293
— 633	— 1013	— 709	— 1156	— 785	— 1295
— 634	— 1016	— 710	— 1158	— 786	— 1296
— 635	— 1017	— 711	— 1159	— 787	— 1298
— 636	— 1020	— 712	— 1161	— 788	— 1300
— 637	— 1022	— 713	— 1162	— 789	— 1301
— 638	— 1023	— 714	— 1164	— 790	— 1305
— 639	— 1025	— 715	— 1165	— 791	— 1305
— 640	— 1027	— 716	— 1167	— 792	— 1306
— 641	— 1030	— 717	— 1168	— 793	— 1308
— 642	— 1034	— 718	— 1170	— 794	— 1309
— 643	— 1037	— 719	— 1171	— 795	— 1311
— 644	— 1040	— 720	— 1175	— 796	— 1312
— 645	— 1042	— 721	— 1175	— 797	— 1314
— 646	— 1044	— 722	— 1177	— 798	— 1316
— 647	— 1047	— 723	— 1179	— 799	— 1318
— 648	— 1049	— 724	— 1181	— 800	— 1319
— 649	— 1051	— 725	— 1183	— 801	— 1320
— 650	— 1052	— 726	— 1184	— 802	— 1322
— 651	— 1054	— 727	— 1186	— 803	— 1325
— 652	— 1056	— 728	— 1188	— 804	— 1325
— 653	— 1058	— 729	— 1189	— 805	— 1327
— 654	— 1060	— 730	— 1191	— 806	— 1328
— 655	— 1062	— 731	— 1193	— 807	— 1329
— 656	— 1063	— 732	— 1195	— 808	— 1331
— 657	— 1065	— 733	— 1196	— 809	— 1332
— 658	— 1067	— 734	— 1198	— 810	— 1334
— 659	— 1069	— 735	— 1200	— 811	— 1335
— 660	— 1071	— 736	— 1202	— 812	— 1337
— 661	— 1073	— 737	— 1204	— 813	— 1338
— 662	— 1075	— 738	— 1206	— 814	— 1339
— 663	— 1077	— 739	— 1209	— 815	— 1341
— 664	— 1078	— 740	— 1210	— 816	— 1342
— 665	— 1080	— 741	— 1212	— 817	— 1344
— 666	— 1081	— 742	— 1214	— 818	— 1345
— 667	— 1083	— 743	— 1216	— 819	— 1346

Digitized by Google

Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.	Ed. Sirm. tom. I.	Ed. Nov. tom. I.
— 820	— 1348	— 875	— 1431	— 930	— 1510
— 821	— 1349	— 876	— 1432	— 931	— 1511
— 822	— 1351	— 877	— 1433	— 932	— 1512
— 823	— 1352	— 878	— 1435	— 933	— 1514
— 824	— 1354	— 879	— 1437	— 934	— 1515
— 825	— 1355	— 880	— 1438	— 935	— 1517
— 826	— 1357	— 881	— 1440	— 936	— 1518
— 827	— 1358	— 882	— 1441	— 937	— 1519
— 828	— 1360	— 883	— 1442	— 938	— 1520
— 829	— 1361	— 884	— 1444	— 939	— 1522
— 830	— 1363	— 885	— 1445	— 940	— 1523
— 831	— 1364	— 886	— 1447	— 941	— 1524
— 832	— 1366	— 887	— 1448	— 942	— 1526
— 833	— 1367	— 890 (sic)	— 1449	— 943	— 1527
— 834	— 1369	— 891	— 1451	— 944	— 1529
— 835	— 1370	— 892	— 1452	— 945	— 1530
— 836	— 1372	— 893	— 1454	— 946	— 1532
— 837	— 1373	— 894	— 1455	— 947	— 1533
— 838	— 1374	— 895	— 1457	— 948	— 1534
— 839	— 1376	— 894 (sic)	— 1458	— 949	— 1536
— 840	— 1377	— 895	— 1460	— 950	— 1538
— 841	— 1379	— 896	— 1461	— 951	— 1539
— 842	— 1380	— 897	— 1462	— 952	— 1541
— 843	— 1382	— 898	— 1464	— 953	— 1542
— 844	— 1383	— 899	— 1465	— 954	— 1544
— 845	— 1385	— 900	— 1467	— 955	— 1545
— 846	— 1386	— 901	— 1468	— 956	— 1547
— 847	— 1388	— 902	— 1470	— 957	— 1548
— 848	— 1389	— 903	— 1471	— 958	— 1549
— 849	— 1391	— 904	— 1473	— 959	— 1551
— 850	— 1392	— 905	— 1474	— 960	— 1552
— 851	— 1394	— 906	— 1475	— 961	— 1554
— 852	— 1395	— 907	— 1477	— 962	— 1555
— 853	— 1397	— 908	— 1478	— 963	— 1557
— 854	— 1399	— 909	— 1480	— 964	— 1558
— 855	— 1400	— 910	— 1481	— 965	— 1559
— 856	— 1401	— 911	— 1483	— 966	— 1561
— 857	— 1403	— 912	— 1484	— 967	— 1562
— 858	— 1404	— 913	— 1485	— 968	— 1564
— 859	— 1406	— 914	— 1487	— 969	— 1565
— 860	— 1407	— 915	— 1488	— 970	— 1567
— 861	— 1409	— 916	— 1490	— 971	— 1568
— 862	— 1411	— 917	— 1491	— 972	— 1570
— 863	— 1413	— 918	— 1492	— 973	— 1571
— 864	— 1415	— 919	— 1494	— 974	— 1573
— 865	— 1416	— 920	— 1495	— 975	— 1574
— 866	— 1417	— 921	— 1497	— 976	— 1575
— 867	— 1419	— 922	— 1498	— 977	— 1577
— 868	— 1420	— 923	— 1499	— 978	— 1578
— 869	— 1422	— 924	— 1501	— 979	— 1580
— 870	— 1423	— 925	— 1502	— 980	— 1581
— 871	— 1425	— 926	— 1504	— 981	— 1583
— 872	— 1426	— 927	— 1505	— 982	— 1585
— 873	— 1428	— 928	— 1507		
— 874	— 1429	— 929	— 1508		

Digitized by Google

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ,

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ,

ΕΙΣ

ΤΑ ΑΠΟΡΑ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΓΡΑΦΗΣ

ΚΑΤ' ΕΚΛΟΓΗΝ.

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS,

IN LOCA DIFFICILIA SCRIPTURÆ SACRÆ

QUÆSTIONES SELECTÆ

Joanne Pico præside classium inquisitoriarum Senatus Parisiensis interprete.

1 PRÆFATIO.

Ambiguas divinæ Scripturæ quæstiones et alii quidem studiosi viri enodandas susceperunt, ut in his vel sensum aperirent, vel causas ostenderent, omnia demum perspicua redderent, quæ vulgo abstrusiora viderentur. Tu vero me præ cæteris, filiorum charissime Ilypati, ut hoc præstarem magnopere hortatus es, utile 2 multis hoc etiam opus futurum omnino affirmans. Quamobrem licet infirma essem valetudine, laborem * hunc non recusavi : haud mihi sane confidens, sed illi qui hæc ita conscribi jussit. Ipsius enim est, latentem in littera sententiam demonstrare. Nam et in sacris Evangeliis per parabolas docebat, et eorum quæ obscurius dicta fuerant interpretationem proferebat. Ab eo igitur intelligentiæ radium implorans, Spiritus sancti adyta penetrare conabor. Sciendum autem est ante omnia, non eumdem omnibus inquirendi scopum ac finem esse. Sunt enim qui impie sciscitantur, divinam Scripturam nunc tanquam non recta præcipientem, nunc veluti contraria docentem redarguere studentes : alii vero discendi studio quærunt, et invenire cupiunt quod quæritur. Nos ergo et blasphema illorum ora Deo favente obstruemus, divinæ Scripturæ ostendentes tum consonantem, tum optimam esse doctrinam ; et istis, quoad consequi licebit, dubiarum quæstionum explanationem promemus. Principium autem ducemus ab ipso creationis principio. Hæc enim divinitus inspiratæ Scripturæ principium est et exordium.

(*a*) Abest a codice Augustano, qui inscribitur, *Τοῦ μακαρίου Θεοδωρήτου εἰς τὰ ἄπορα τῆς θείας Γραφῆς κατ' ἐκλογήν*. Incipit hic codex, cujus variantes lectiones notatu digniores margini subjiciendas esse duximus, a quæstione secunda in Genesin.

ΠΡΟΛΟΓΟΣ (*a*).

Καὶ ἄλλοι μὲν φιλομαθεῖς ἄνδρες ἐπηγγείλαντο διαλῦσαι τῆς θείας Γραφῆς τὰ δοκοῦντα εἶναι ζητήματα· καὶ τῶν μὲν ἀναπτύξαι τὸν νοῦν· τῶν δὲ τὰς αἰτίας δηλῶσαι· καὶ ἁπαξαπλῶς ἀποφῆναι σαφῆ τὰ τοῖς πολλοῖς οὐ τοιαῦτα φαινόμενα. Σὺ δὲ διαφερόντως, φίλτατε παίδων Ὑπάτιε, τοῦτό με πρᾶξαι παρώτρυνας· πολλοῖς ὠφέλιμον ἔσεσθαι καὶ τόδε τὸ σύγγραμμα λίαν ἰσχυρισάμενος. Οὗ δὴ ἕνεκα, καίτοι τοῦ σώματος οὐκ εὖ μοι διακειμένου, τόνδε προειλόμην τὸν πόνον· οὐκ ἐμαυτῷ γε θαῤῥῶν, ἀλλὰ τῷ ταῦθ' οὕτω συγγραφῆναι προστεταχότι. Αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἐπιδεῖξαι τὴν ἐν τῷ γράμματι κεκρυμμένην διάνοιαν. Αὐτὸς γὰρ κἀν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις, καὶ παραβολικῶς τὴν διδασκαλίαν προσέφερε· καὶ τῶν αἰνιγματωδῶς εἰρημένων ἐποιεῖτο τὴν ἑρμηνείαν. Παρ' αὐτοῦ τοίνυν τῆς νοερᾶς ἀκτῖνος ἀντιβολήσας τυχεῖν, τῶν τοῦ παναγίου Πνεύματος ἀδύτων κατατολμῆσαι πειράσομαι. Ἰστέον δὲ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὡς οὐχ ἅπαντες σύμφωνον ἔχουσι τῆς ἐρωτήσεως τὸν σκοπόν. Ἀλλ' οἱ μὲν δυσσεβῶς ἐρωτῶσι, διελέγχειν οἰόμενοι τὴν θείαν Γραφήν· νῦν μέν, ὡς οὐκ ὀρθὰ παιδεύουσαν· νῦν δὲ, ὡς ἐναντία διδάσκουσαν. Οἱ δὲ φιλομαθῶς ζητοῦσι, καὶ ποθοῦσιν εὑρεῖν τὸ ζητούμενον. Κἀκείνων τοίνυν ἐμφράξομεν, σὺν Θεῷ φάναι, τὰ βλάσφημα στόματα, τῆς θείας ἐπιδεικνύντες Γραφῆς καὶ τὴν συμφωνίαν, καὶ τὴν ἀρίστην διδασκαλίαν· καὶ τούτοις ὡς οἷόν τε τῶν ἐπαπορουμένων τὴν λύσιν προσοίσομεν. Ἀρχὴν δὲ τούτων ποιήσομαι τῆς κτίσεως τὴν ἀρχήν. Αὕτη γὰρ ἀρχὴ καὶ προοίμιον τῆς θεοπνεύστου Γραφῆς.

Digitized by Google

ΕΙΣ ΤΗΝ ΓΕΝΕΣΙΝ

IN GENESIN.

ΕΡΩΤΗΣΙΣ Α'.

Τί δή ποτε μὴ προτέταχε τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας θεολογίαν ὁ συγγραφεύς;

ΑΠΟΚΡΙΣΙΣ.

Μετρεῖν εἴωθε τοῖς (1) παιδευομένοις ἡ θεία Γραφὴ τὰ μαθήματα· καὶ τοῖς μὲν τελείοις προσφέρειν τὰ τέλεια, τοῖς ἀτελέσι δὲ τὰ στοιχειώδη, καὶ τῇ σφῶν δυνάμει συμβαίνοντα. Ἐπειδὴ τοίνυν Αἰγύπτιοι τὴν ὁρωμένην κτίσιν ἐθεοποιοῦντο, τούτοις δὲ συνδιάγων ἐπὶ πλεῖστον ὁ Ἰσραὴλ ταύτης τῆς δυσσεβείας μετέλαχεν, ἀναγκαίως τὰ περὶ τῆς κτίσεως αὐτοῖς προσφέρει μαθήματα, καὶ διδάσκει διαῤῥήδην, ὅτι καὶ ἀρχὴν ἔσχε τοῦ εἶναι, καὶ ὅτι ποιητὴν ἔχει τὸν τῶν ὅλων Θεόν. Οὐ μὴν οὐδὲ τὸν τῆς θεολογίας παραλέλοιπε λόγον. Τὸ γὰρ φάναι, τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὰ ἄλλα τῆς κτίσεως μόρια γεγονέναι, καὶ δεῖξαι τούτων δημιουργὸν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, ἀρκοῦσαν τοῖς τότε θεολογίαν ἐπήνεγκε. Τῶν μὲν γὰρ ἐδήλωσε τὴν ἀρχήν· τοῦ δὲ εὑρεῖν οὐκ ἴσχυσε τὴν ἀρχήν. Καὶ ἀΐδιον τοίνυν ἐγνωκὼς τὸν Θεὸν, καὶ ποιητὴν τοῦ παντὸς ὀνομάσας, καὶ ἀγαθὸν ποιητὴν, τῷ φυσιολογικῷ τὸ θεολογικὸν μάλα σοφῶς [1] συνήρμοσεν. Ἄλλως δὲ προμεμαθήκεσαν οἱ ταῦτα διδασκόμενοι τοῦ Θεοῦ τὸ ἀΐδιον. Ἀποσταλεὶς γὰρ εἰς Αἴγυπτον παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ὁ θεσπέσιος Μωϋσῆς, προσετάχθη τοῖς ὁμοφύλοις εἰπεῖν, « Ὁ ὢν ἀπέσταλκέ με πρὸς ὑμᾶς. » Τὸ δὲ « Ὁ ὤν, » τοῦ ἀϊδίου δηλωτικόν ἐστι. Δῆλον δὲ τοῖς φιλομαθέσιν, ὡς ἐκεῖνα πρὸ τούτων ἐῤῥέθη. Ἐκείνην γὰρ αὐτοῖς τὴν διδασκαλίαν ἔτι τὴν Αἴγυπτον οἰκοῦσι προσήνεγκε· ταῦτα δὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ συνέγραφε.

A

B

C

ΕΡΩΤ. Β'.

Τί δή ποτε τῆς τῶν ἀγγέλων οὐκ ἐμνήσθη δημιουργίας;

Οὐδὲν στερρὸν (2) εἶχον οὐδὲ βέβαιον οἱ νομοθετούμενοι· αὐτίκα γοῦν μετὰ τὰ πολλὰ καὶ ἄφραστα

[1] Exod. III, 14.

3 INTERROGATIO I.

Quam ob causam ante rerum omnium opificium scriptor narrationem de Deo non instituit?

RESPONSIO.

Scriptura sacra res docendas metiri consuevit ex discipulis : ac perfectis perfecta proponere, rudibus autem elementa, eorumque facultati convenientia. Cum ergo Ægyptii creaturam, quæ conspicitur, Deum constituerent, Israel autem cum illis diutissime conversatus impietatem hanc imbibisset, necessario quæ de creatura scire expediat illis proponit, ac diserte docet illam habuisse initium, et ab universorum Deo creatam esse. Nec tamen theologicum sermonem prætermisit. Dum enim dixit cœlum, terram, et alias naturæ partes creatas esse, horumque opificem esse Deum universorum demonstravit, theologiam iis, qui tunc erant, sufficientem proposuit. 4 Nam illorum declaravit originem : at hujus reperire nequivit initium. Ideoque cum Deum norit æternum, quem universi creatorem appellavit, et creatorem bonum, sapientissima concordia quod theologicum est cum physiologico copulavit. Jam autem qui hæc docebantur, alias didicerant Deum esse æternum. Divinus enim Moses a Deo omnium missus in Ægyptum, jussus est dicere tribulibus suis, « Qui est, misit me ad vos [*]. » Istud autem, « Qui est, » æternitatem significat. Constat porro studiosis, illa prius quam hæc esse dicta. Illam enim disciplinam eis Ægyptum adhuc incolentibus exhibuit, hæc autem componebat in deserto.

INTERR. II.

Quamobrem non meminit creationis angelorum?

Qui lege regebantur, solidæ vel constantis virtutis nihil habebant. Mox enim post plura et ineffa-

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI *.

[1] Cat. p. 1. σαφῶς.

NOTÆ.

(1) In Codice quodam bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensis legitur πεπαιδευμένοις, monente Lambecio Commentar. de Biblioth. Cæsar. Vindobonens. lib. IV, p. 161, n. 164.

(2) *Στερρόν*. Ita quoque codex Augustanus. In cod. 165 Bibliothecæ Cæs. Vindob. legitur ἕτερον, (teste Lambecio lib. IV, p. 165) ex oscitantia, ut videtur, librarii, vocem CTЄΡΡΟΝ legentis ἕτερον, cui errori similitudo, quæ est inter *Sigma* veterum et E ψιλὸν, ansam dare potuit.

* « Operæ pretium fuit ex præstantissima in Octateuchum et libros Regum catena, recens (an. 1772) Lipsiæ edita, de qua in præfatione (ad tom. V) dicimus, eas sive accessiones, sive lectionis varietates quæ notatu digniores essent subjungere. His, cum ad libros Regum venerimus, adjiciemus varietatem lectionis e duobus codicibus olim Coislinianis desumptam. » Hæc Schulzius in Admonitione ad lectorem *Addendis* præmissa. Omnia, ut moris est nostri, textui subjicimus. Edit.

Digitized by Google

lia miracula, imaginem vituli Deum salutaverunt. Quod si tam facile sibi Deos finxerunt e jumentorum simulacris, quid non perpetraturi fuissent, invisibilis naturæ notitiam assecuti? Hujusce rei gratia Deus universitatis conditor neminem veterum allocutus est per angelum, usque ad tempora interrimi Abrahæ. Primum enim tempore Agar divinus Moses meminit angeli, idque justissima de causa. Nam Agar typum gerebat veteris testamenti, secundum divinum Apostolum: « Agar enim, inquit, Sina mons est 5 in Arabia, conjunctus ei quæ nunc est Jerusalem [b]. » Cum igitur per angelos data sit lex, « Disposita enim, ait, per angelos manu Mediatoris [c]; et iterum: « Si qui per angelos dictus est sermo, factus est firmus [d], » aptissime profecto Deus omnium per angelum et servitutis meminit, et quæ ad puerum procreandum pertinebant effatus est. Quod autem naturam creatam habeant angeli atque archangeli, et si quid aliud est incorporeum, excepta sancta Trinitate, Scriptura divina nos docet aperte. Siquidem hos etiam ad laudandum hortatur David propheta: « Laudate, inquit, eum, omnes angeli ejus [e], » et causam docens adjecit: « Quia ipse dixit, et facta sunt; ipse mandavit, et creata sunt [f], « et rursus in alio psalmo: « Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis [g]. » Et beati tres pueri divinum hymnum texentes in fornace, post præclarum et congruentissimum illud exordium: « Benedicite, omnia opera Domini, Domino, » mox addunt: « Benedicite, angeli Domini, Domino, omnes potestates Domini, Domino » benedicite. Sed de his plura loqui supervacaneum existimo, cum hujus doctrinæ plena sit divinitus inspirata Scriptura universa.

A θαύματα, τὴν εἰκόνα τοῦ μόσχου Θεὸν ἀνηγόρευσαν· οἱ δὲ τὰ τῶν κτηνῶν ἐνδάλματα ῥᾳδίως οὕτως θεοποιήσαντες, τί οὐκ ἂν ἔδρασαν, εἰ τῶν ἀοράτων φύσεων τὴν γνῶσιν ἐδέξαντο; Τούτου χάριν μέχρι τῆς τοῦ Ἀβραὰμ τελειότητος, οὐδενὶ τῶν πάλαι ἀνθρώπων δι' ἀγγέλου ὁ τῶν ὅλων διελέχθη Θεός· ἐπὶ δὲ τῆς Ἄγαρ πρῶτον ἀγγέλου μνήμην ὁ θεσπέσιος ἐποιήσατο Μωϋσῆς· καὶ μάλα εἰκότως· τύπος γὰρ ἡ Ἄγαρ τῆς παλαιᾶς διαθήκης κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον. « Τὸ γὰρ Ἄγαρ, φησὶ, Σινᾶ (3) ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν Ἱερουσαλήμ. » Ἐπειδὴ τοίνυν δι' ἀγγέλων ὁ νόμος ἐδόθη· « Διατάγεις γὰρ, φησὶ, δι' ἀγγέλων ἐν χειρὶ μεσίτου· » καὶ πάλιν, « Εἰ ὁ δι' ἀγγέλων λαληθεὶς λόγος ἐγένετο βέβαιος· » καὶ μάλα προσφόρως ὁ τῶν ὅλων Θεὸς B δι' ἀγγέλου [a] καὶ τῆς δουλείας ἀνέμνησε, καὶ τὰ περὶ τοῦ τεχθησομένου παιδὸς προηγόρευσεν. Ὅτι δὲ κτιστὴν ἔχουσι φύσιν καὶ ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ εἴ τι ἕτερόν ἐστιν ἀσώματον, πλὴν τῆς ἁγίας Τριάδος, ἡ θεία σαφῶς ἡμᾶς διδάσκει Γραφή. Ὑμνεῖν γὰρ καὶ τούτοις Δαβὶδ παρακελεύεται ὁ προφήτης (4)· « Αἰνεῖτε γὰρ αὐτὸν, φησὶ, πάντες οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ· αἰνεῖτε αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις αὐτοῦ. » Καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκων ἐπήγαγεν (5)· « Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν (6), αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν. » Καὶ πάλιν ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ, « Ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα, καὶ τοὺς λειτουργοὺς αὐτοῦ πυρὸς φλόγα. » Καὶ οἱ τρεῖς μακάριοι παῖδες ἐν τῇ καμίνῳ τὸν θεῖον ὕμνον ὑφαίνοντες, καὶ τὸ πανάριστον ἐκεῖνο καὶ λίαν ἁρμόδιον εἰρηκότες προοίμιον· « Εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα Κυρίου C τὸν Κύριον, » εὐθὺς ἐπήγαγον, « Εὐλογεῖτε ἄγγελοι Κυρίου τὸν Κύριον [a], πᾶσαι αἱ δυνάμεις Κυρίου τὸν Κύριον. » Ἀλλὰ γὰρ παρέλκον οἶμαι περὶ τούτων μακρηγορεῖν· πᾶσα γὰρ [b] ἡ θεόπνευστος Γραφὴ τῆσδε τῆς διδασκαλίας ἀνάπλεως.

INTERR. III.

Præceduntne angeli creationem cœli et terræ, an una cum eis creati sunt?

Superfluas equidem hujusmodi quæstiones existimavi. 6 Nam quid juvabit nosse quando conditi sint angeli? Novi etiam, quod divinus Apostolus præcipiat admirando Timotheo, « denuntiare quibusdam, ne aliter doceant, neque intendant fabulis et genealogiis interminatis [h]. » Dicam tamen, quod divinæ Scripturæ instituto consentaneum arbitror. Incircumscriptam solam esse divinam naturam didi- D

ΕΡΩΤ. Γ'.

Προϋπάρχουσιν οὐρανοῦ καὶ γῆς ἄγγελοι, ἢ σὺν αὐτοῖς (7) ἐγένοντο.

Περιττὰς μὲν ἐγὼ τὰς τοιαύτας ζητήσεις ὑπείληφα. Τίς γὰρ ὄνησις προσγενήσεται τοῖς ἐγνωκόσι τὸν τῆς τῶν ἀγγέλων δημιουργίας καιρόν; Οἶδα δὲ καὶ τὸν θεῖον Ἀπόστολον τῷ θαυμασίῳ Τιμοθέῳ παρεγγυῶντα· « Παραγγεῖλαί [a] (8-9) τισι, μὴ ἑτεροδιδασκαλεῖν, μηδὲ προσέχειν μύθοις καὶ γενεαλογίαις ἀπεράντοις. » Ἐρῶ δὲ ὅμως ὅπερ συμβαίνειν ὑπείληφα τῷ σκοπῷ τῆς θείας Γραφῆς. Ἀπερίγραφον μόνην

[b] Galat. IV, 25. [c] Galat. III, 19. [d] Hebr. II, 2. [e] Psal. CXLVIII, 2. [f] ibid. 5. [g] Psal. CIII, 4. [h] 1 Tim. I, 3, 4.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[a] Cat. p. 2. δι' ἀγγέλων. [a] εὐθὺς — τὸν Κύριον des. [b] παρέλκον — πᾶσα γάρ. [a] Cat. p. 3 παράγγελε.

NOTÆ.

(3) *Σινᾶ* abest a Cod. August.
(4) *ὑμνεῖν — προφήτης*. Desunt.
(5) *καὶ τὴν — ἐπήγαγεν*. Des.
(6) *Καὶ ἐγενήθησαν*. Hæc finem hujus responsionis constituunt in codice nostro, et in editione Græca, quæ cura Joannis Pici Paris. a. 1558, 4, prodiit.
(7) Cod. τούτους.
(8-9) Cod. παράγγελλε.

Digitized by Google

γὸν, παρ' αὐτοῦ δεδεγμένοι τὸ εἶναι, οἱ δὲ δαίμονες καὶ εἰς πονηρίαν ἑκόντες ἐτράπησαν. Ἀνοίας τοίνυν ἐσχάτης, τὸ μίαν ὑπολαβεῖν εἰκόνα τῶν πονηρῶν δαιμόνων, καὶ τοῦ πελάγους τῆς ἀγαθότητος. Ἰουδαῖοι δὲ εἰς ἑτέραν ἐξώκειλαν παραφροσύνην. Φασὶ γὰρ πρὸς ἑαυτὸν εἰρηκέναι τὸν τῶν ὅλων Θεὸν τὸ « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, » κατά τινα μίμησιν τῶν τὰς μεγάλας πεπιστευμένων ἀρχάς. Καὶ γὰρ ὕπαρχοι (50) καὶ στρατηγοὶ πληθυντικῶς εἰώθασι λέγειν τό· Κελεύομεν, καὶ γράφομεν, καὶ προστάττομεν, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Καὶ οὐ συνεῖδον οἱ παραπλῆγες, ὡς ἐνικῶς τὰ πλεῖστα ὁ τῶν ὅλων λέγει Θεός. « Καιρὸς γὰρ, φησὶ, παντὸς ἀνθρώπου ἥκει ἐναντίον μου, » Καὶ « Ἐνεθυμήθην ὅτι ἐποίησα τὸν ἄνθρωπον, » καὶ « Ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον. » Καὶ, « Οὐκ ἔσονταί σοι θεοὶ ἕτεροι πλὴν ἐμοῦ, » καὶ, « Ἰδοὺ ἐγὼ ποιῶ καινὰ, ἃ νῦν ἀνατέλλει, » καὶ, « Ἀνοίξω ἐπὶ τῶν ὀρέων πηγὰς, καὶ ἐπὶ τῶν βουνῶν ποταμούς. » Καὶ ἐν πάσῃ δὲ ὡς ἐπίπαν τῇ θείᾳ Γραφῇ ἐνικῶς ἔστιν ἀκοῦσαι τοῦ τῶν ὅλων διαλεγομένου Θεοῦ. Ὀλιγάκις δὲ πληθυντικῶς τὴν διάλεξιν σχηματίζει, τῶν τῆς Τριάδος προσώπων ἐμφαίνων τὸν ἀριθμόν. Καὶ γὰρ ἡνίκα τὰς γλώσσας συνέχεεν, οὐχ ἐνικῶς εἶπε, « Καταβήσομαι, καὶ (51) συγχεῶ τὰς γλώσσας· » ἀλλὰ, « Δεῦτε, καταβάντες συγχέωμεν αὐτῶν τὰς γλώσσας [17]. » Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν, ἐπειδὴ τὸ λογικὸν διέπλαττε ζῶον, ὃ μετὰ πολλὰς ἀνακαινίζειν ἤμελλε γενεάς· ταῖς τῆς ἁγίας Τριάδος ἐπικλήσεσι τελεσιουργῶν τὸ πανάγιον βάπτισμα· μέλλων δημιουργεῖν τὴν ἐκεῖνα παραληψομένην τὰ μυστήρια φύσιν· αἰνιγματωδῶς καὶ τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας, καὶ τὸν τῶν προσώπων παρεδήλωσεν ἀριθμόν. Τῷ φάναι μὲν γὰρ, « εἶπεν ὁ Θεὸς, » τὸ κοινὸν τῆς θείας ἐδήλωσε φύσεως· ἐπαγαγὼν δὲ τὸ *ποιήσωμεν*, ἐνέφηνε τῶν προσώπων τὸν ἀριθμόν. Οὕτω πάλιν ἐνικῶς μὲν εἰπὼν *τὴν εἰκόνα*, τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως ἔδειξεν. Οὐ γὰρ εἶπε κατ' εἰκόνας, ἀλλὰ « Κατ' εἰκόνα. » *Ἡμετέραν* δὲ εἰρηκὼς, τὸν τῶν ὑποστάσεων δεδήλωκεν ἀριθμόν. Ἅπαντα γὰρ προορῶν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς ἤδη (52) γεγενημένα [18] τὰ μήπω γενόμενα, καὶ προθεωρῶν τὴν τοῦ Μονογενοῦς σάρκωσίν τε καὶ ἐνανθρώπησιν, καὶ ὡς ταύτην τὴν φύσιν ἐκ Παρθένου λήψεται, καὶ οὕτως ἑαυτῷ συνάψει τε καὶ ἑνώσει, ὡς ἓν (53) πρόσωπον Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπου νοεῖσθαι, καὶ μίαν αὐτῷ προσκύνησιν παρὰ τῆς κτίσεως ἁπάσης προσφέρεσθαι· μάλα εἰκότως καὶ αὐτὴν τοῦ γένους τὴν κρηπῖδα τιμῆς μεγίστης ἠξίωσε. Καὶ πρῶτον βουλὴν τῆς δημιουργίας προτάξας (54), ἵνα τοῦ δημιουργουμένου (55) τὸ λογικὸν προσημάνῃ· ἵνα τῶν προσώπων παραδηλώσας τὸν ἀριθμὸν, ἵνα τοὺς ὕμνους ὁ μέλλων προσφέρειν

vero opificem et creatorem habent ipsum, a quo acceperunt ut essent. Dæmones autem etiam sponte conversi sunt ad malitiam. Extremæ igitur dementiæ est fateri unam imaginem esse dæmonum improborum et immensæ bonitatis. Judæi vero ad aliam se converterunt insaniam. Aiunt enim Deum universorum sibi ipsi dixisse, « Faciamus hominem, » eorum more quibus imperia summa credita sunt. Nam et præfecti, et magistri militum, plurali numero consueverunt dicere : Jubemus, scribimus et mandamus, et quæ sunt hujusmodi. At insani non animadverterunt, quod plurima Deus omnium effari soleat singulari numero. « Tempus enim, inquit, omnis hominis venit coram me [j], » et : « Pœnitet me fecisse 23 hominem [k], » et, « Delebo hominem. » Item : « Non erunt tibi dii alii præter me [l]; » et : « Ecce ego facio nova, quæ nunc oriuntur [m]; » et : « Aperiam in montibus fontes, et in collibus flumina [n]. » Et in universa plane Scriptura divina licet audire Deum omnium singulari numero loquentem. Raro autem pluraliter sermonem format, nisi cum innuit numerum personarum Trinitatis. Etenim cum linguas confunderet, non dixit singulariter : « Descendam et confundam linguas, » sed : « Venite, descendentes confundamus ipsorum linguas [o]. » Et hoc igitur loco, quoniam Deus animal rationale formabat, quod postea renovaturus erat post multas generationes, sanctæ Trinitatis invocationibus sacrosanctum baptisma instituens, cum fabricaturus esset naturam cui hæc mysteria crederentur, subobscure identitatem substantiæ et personarum numerum aperuit. Dum enim inquit, « dixit Deus, » communionem divinæ naturæ indicavit : subjungens autem illud, *faciamus*, expressit numerum personarum. Similiter cum iterum singulari numero dixit *imaginem*, eamdem esse naturam ostendit. Non enim dixit, ad imagines, sed, « Ad imaginem. » Cum autem dixit *nostram*, numerum hypostaseon manifestavit. Deus enim, qui prænescit omnia, quæ nondum facta sunt, tanquam jam facta, et qui prævidebat fore ut Unigenitus carnem et humanam naturam assumeret, utque ex Virgine hanc naturam sumpturus esset, quam sibi coaptaret et uniret sic, ut una persona Dei et hominis intelligatur, et una eademque illi 24 adoratio ab universa creatura deferatur : justa de causa et ipsam, velut generis fundamentum, summo honore dignatus est; atque in primis creationi consilium anteposuit, ut quod in creatura rationale erat præmonstraret; deinde personarum numerum

j Gen. VI, 13. k ibid. 7. l Exod. XX, 3. m Isa. XLIII, 19. n Isa. XLI, 18. o Gen. XI, 7.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

17 Cat. p. 41. τὰς γλώσσας αὐτῶν. 18 Cat. p. 41. ὡς ἤδη γεγεν.

NOTÆ.

(50) Pic. Ἱππαρχοι.
(51) *καὶ — γλώσσας* des.
(52) *ἤδη*. Cod. ὡς ἤδη.
(53) *ὡς ἕν*. cod. et Pic. εἰς ἕν.
(54) Cod. et Pic. προστάξας.
(55) Cod. et Pic. τοῦ δημιουργοῦ τὸν λογικόν.

Digitized by Google

insinuavit, ut qui laudes et hymnos oblaturus erat super terram, theologiæ ænigmata comprehenderet: et tanquam auctor hujusmodi creationis, majorem erga creaturam humanitatem patefecit. Hoc ipsum et strenuus ille Job, ipsum alloquens, clamat: « Manus tuæ fecerunt me, et formaverunt me [p]. » His quoque verbis usus est David [q], hoc ipsum etiam sane novit, qui sancto baptismate dignus habitus est: nempe quod is qui formavit salvavit, et qui salvavit formavit. Ad hæc et ipse Creator per Jeremiam et Isaiam ait: « Quoniam nos lutum, ipse vero est qui formavit nos [r]. » Atqui divinam naturam neque manus habere, neque consilio aut præmeditatione egere profitemur, ut ex Platonicis fabulis secundum eam quam conceperit ideam opus construat: sed unumquodque horum majorem Dei sollicitudinem erga animal hujusmodi demonstrat.

A ἐπὶ τῆς γῆς, λάβῃ θεολογίας αἰνίγματα· καὶ οἱονεὶ αὐτουργὸς τῆς διαπλάσεως γενόμενος, ἔδειξε τὴν πλείονα περὶ τὸ πλάσμα φιλοστοργίαν. Τοῦτο καὶ Ἰὼβ ὁ γενναῖος πρὸς αὐτὸν βοᾷ λέγων, « Αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με, καὶ ἔπλασάν με. » Τούτοις ἐχρήσατο τοῖς λόγοις καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ, καὶ τοῦτο καὶ ὁ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος ἀξιούμενος γινώσκει σαφῶς, ὡς ὁ πλάσας διέσωσε, καὶ ὁ σώσας διέπλασε. Πρὸς δὲ τούτοις, καὶ αὐτὸς ὁ Δημιουργὸς, καὶ διὰ Ἱερεμίου, καὶ διὰ Ἡσαΐου φησὶν, « Ὅτι ἡμεῖς πηλὸς, αὐτὸς δὲ πλάστης ἡμῶν. » Ἀλλ' οὔτε χεῖρας ἔχειν τὸ θεῖον οὔτε δεῖσθαι βουλῆς τινος καὶ προθεωρίας φαμὲν, ἵνα κατὰ τοὺς Πλάτωνος μύθους, πρὸς τὴν τῆς ἐνθυμήσεως ἰδέαν κατασκευάσῃ τὸ ποίημα· ἀλλὰ τούτων ἕκαστον τὴν πλείονα τοῦ Θεοῦ περὶ τόδε τὸ ζῶον κηδεμονίαν δηλοῖ.

INTERR. XX.

Quid illud est, « ad imaginem? »

Quidam vocaverunt « imaginem Dei » id quod est in anima invisibile. Sed non recte dixerunt. Si enim invisibile animæ imago Dei esset, multo magis angeli, archangeli, et universæ naturæ sanctæ et incorporeæ, utpote a corporibus **25** prorsus liberæ, et impermistam invisibilem naturam possidentes, vocarentur imagines Dei. Quidam nimium simplices corpus humanum aiunt factum esse « ad imaginem Dei: » quoniam audiunt vocem divinam dicentem: « Aperi oculos tuos, et vide, et inclina aurem tuam, et audi [s]; » et: « Olfecit Dominus odorem suavitatis [t]; » et illud: « Os Domini locutum est ista [u]; » et: « In manu ejus sunt fines terræ [v], » et similia. In quo stolidi non animadverterunt, Dominum Deum per homines hominibus loquentem, audientium infirmitati sermones accommodare. Et quoniam oculis non videmus, virtutem ejus per quam videt Scriptura vocat oculos: et rursum audiendi facultatem vocat aures, quoniam hisce partibus audimus: et mandatum Dei, os. Verum oportebat eos non solum supra dicta verba audivisse, sed etiam ea quæ docent Deum esse incircumscriptum. « Quo enim, inquit, ibo a spiritu tuo? et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in cœlum, tu ibi es: si descendero ad infernum, ades [x], » et quæ sequuntur. Et Samaritanæ Dominus dixit: « Deus spiritus est, et oportet eos qui adorant ipsum, in spiritu et veritate adorare [y]. » Si autem Deus spiritus est, simplex igitur, incompositus, et figuram non recipiens. Atqui supervacuum est istum in longum producere sermonem. Satis enim patet horum insania. Hunc igitur locum: « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, » aliqui doctores ita intellexerunt: nempe Deum omnium, cum creaturam sensitivam et intellectivam creasset, hominem postremo formasse, veluti sui quamdam imaginem,

B

ΕΡΩΤ. Κ'.

Τί ἐστι τὸ « κατ' εἰκόνα; »

Τινὲς τὸ ἀόρατον τῆς ψυχῆς « εἰκόνα Θεοῦ κεκλήκασιν· ἀλλὰ οὐκ ἀληθῶς εἰρήκασιν. Εἰ γὰρ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ τῆς ψυχῆς τὸ ἀόρατον, μᾶλλον εἰκόνες τοῦ Θεοῦ κληθεῖεν ἄγγελοι καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ πᾶσαι αἱ ἀσώματοι καὶ ἅγιαι φύσεις· ἅτε δὲ παντάπασι σωμάτων ἀπηλλαγμέναι, καὶ ἀμιγὲς τὸ ἀόρατον ἔχουσαι. Τινὲς δὲ ὑπὸ πολλῆς εὐηθείας τὸ σῶμα τὸ ἀνθρώπινον « κατ' εἰκόνα Θεοῦ » γεγενῆσθαί φασιν· ἐπειδὴ τῆς θείας λεγούσης ἐπακούουσι φωνῆς· « Ἄνοιξον τοὺς ὀφθαλμούς σου, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἄκουσον· » καὶ, Ὡσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας· » καὶ, « Τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα, » καὶ, « Ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Καὶ οὐ συνεῖδον οἱ ἄγαν ἠλίθιοι, ὡς ἀνθρώποις δι' ἀνθρώπων διαλεγόμενος ὁ Δεσπότης Θεὸς, τῇ τῶν ἀκουόντων ἀσθενείᾳ τοὺς λόγους μετρεῖ. Καὶ ἐπειδὴ δι' ὀφθαλμῶν ὁρῶμεν ἡμεῖς, τὴν ὀπτικὴν αὐτοῦ δύναμιν ὀφθαλμοὺς ὀνομάζει· καὶ αὖ πάλιν τὴν ἀκουστικὴν, ὦτα, ἐπειδὴ διὰ τούτων τῶν μορίων ἀκούομεν· καὶ τὸ πρόσταγμα, στόμα. Ἔδει δὲ αὐτοὺς μὴ τούτων μόνον ἀκούειν τῶν λόγων, ἀλλὰ καὶ τῶν τὸ ἀπερίγραφον τοῦ Θεοῦ διδασκόντων. « Ποῦ γὰρ, φησὶ, πορευθῶ ἀπὸ τοῦ πνεύματός σου, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου ποῦ φύγω; Ἐὰν ἀναβῶ εἰς τὸν οὐρανὸν, σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει· » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ τῇ Σαμαρείτιδι ὁ Κύριος ἔφη, « Πνεῦμα ὁ Θεὸς, καὶ τοὺς προσκυνοῦντας αὐτὸν ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ δεῖ προσκυνεῖν. Εἰ δὲ πνεῦμα ὁ Θεὸς, ἁπλοῦς ἄρα, καὶ ἀσύνθετος, καὶ ἀσχημάτιστος. Ἀλλὰ γὰρ περιττὸν τοῦτον μηκύνειν τὸν λόγον· δῆλη γὰρ τούτων ἡ ἄνοια. Τὸ τοίνυν, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, » τινὲς τῶν διδασκάλων οὕτως ἐνόησαν· ὅτι τὴν κτίσιν τὴν αἰσθητήν τε καὶ νοητὴν πεποιηκὼς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, τὸν ἄνθρωπον διέπλασεν ἔσχατον, οἷόν τινα εἰκόνα ἑαυτοῦ ἐν μέσῳ τεθεικὼς τῶν ἀψύχων τε καὶ ἐμψύχων, καὶ αἰσθητῶν καὶ νοητῶν· ἵνα τὰ μὲν ἄψυχά

C

D

[p] Job x, 8. [q] Psal. cxviii, 73. [r] Isa. xxiv, 8. [s] IV Reg. xix, 16. [t] Gen. viii, 21. [u] Isa. i, 20. [v] Psal. xciv, 4. [x] Psal. cxxxviii, 78. [y] Joan. iv, 24.

Digitized by Google

τε καὶ ἔμψυχα τούτῳ προσφέρῃ, ὥσπερ τινὰ φόρον, τὴν χρείαν· αἱ δὲ νοηταὶ φύσεις, ἐν τῇ περὶ τοῦτον κηδεμονίᾳ τὴν περὶ τὸν πεποιηκότα δεικνύωσιν εὔνοιαν. Τοῦτο γὰρ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· « Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; » Καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις, « Ὁρᾶτε (56) μὴ καταφρονήσητε ἑνὸς τῶν μικρῶν τούτων τῶν ἐλαχίστων. Ἀμὴν γὰρ λέγω ὑμῖν, ὅτι οἱ ἄγγελοι αὐτῶν καθ' ἡμέραν ὁρῶσι τὸ πρόσωπον τοῦ Πατρός μου τοῦ ἐν οὐρανοῖς. » Τινὲς δὲ, « κατ' εἰκόνα Θεοῦ » κατὰ τὸ ἀρχικὸν γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον ἔφασαν, σαφεστάτῳ κεχρημένοι τεκμηρίῳ, τῷ τὸν Ποιητὴν ἐπαγαγεῖν, « Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. » Ὥσπερ γὰρ αὐτὸς τῶν ὅλων ἔχει τὴν δεσποτείαν· οὕτω δέδωκε τῷ ἀνθρώπῳ τῶν ἀλόγων ζώων τὴν ἐξουσίαν. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα εὑρεῖν ὡς ἀρχετύπου μιμήματα. Δημιουργεῖ γὰρ καὶ ὁ ἄνθρωπος, κατὰ μίμησιν τοῦ πεποιηκότος Θεοῦ, καὶ οἰκίας, καὶ τείχη, καὶ πόλεις, καὶ λιμένας, καὶ ναῦς, καὶ νεώρια, καὶ ἅρματα, καὶ ἕτερα μυρία· οἷον οὐρανοῦ ἐκτυπώματα, καὶ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ ἀστέρων, καὶ ἀνθρώπων ἐνδάλματα, καὶ ζώων ἀλόγων εἰκόνας· ἀλλ' ἄπειρον τὸ τῆς δημιουργίας διάφορον. Ὁ μὲν γὰρ τῶν ὅλων Θεὸς καὶ ἐξ ὄντων καὶ ἐκ μὴ ὄντων δημιουργεῖ, καὶ δίχα πόνου καὶ χρόνου· ἅμα γὰρ τῷ βουληθῆναι παράγει τὸ δόξαν· ἄνθρωπος δὲ δεῖται μὲν ὕλης, δεῖται δὲ καὶ ὀργάνων, καὶ βουλῆς, καὶ ἐνθυμήσεων, καὶ χρόνου, καὶ πόνου, καὶ τεχνῶν ἑτέρων (57) εἰς τὴν τοῦ γενομένου κατασκευήν. Ὁ γὰρ οἰκοδόμος δεῖται χαλκέως, καὶ ὁ χαλκεὺς μεταλλέως (58) καὶ ἀνθρακέως· καὶ πάντες ὁμοῦ τῶν ὑλοτόμων (59), καὶ οἱ ὑλοτόμοι τῶν φυτουργῶν τε καὶ γεωργῶν· καὶ οὕτως ἑκάστη τέχνη παρὰ τῶν ἄλλων τεχνῶν τὴν οἰκείαν ἐρανίζεται (60) χρείαν. Ἀλλὰ καὶ οὕτω δημιουργῶν ὁ ἄνθρωπος μιμεῖται ἀμηγέπη τὸν Ποιητὴν, ὡς εἰκὼν τὸ ἀρχέτυπον· καὶ γὰρ ἡ εἰκὼν ἔχει τὰ τοῦ ἀρχετύπου ἐνδάλματα. Ἀλλὰ τὸ μὲν τῶν μορίων εἶδος ἔχει, τὰς δὲ ἐνεργείας οὐκ ἔχει· ἐστέρηται γὰρ ψυχῆς, δι' ἧς κινεῖται τὸ σῶμα. Οὕτω πάλιν καὶ βασιλεύει ὁ ἄνθρωπος, καὶ κρίνει κατὰ μίμησιν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ. Ἀλλ' ὁ μὲν Θεὸς οὐ κατηγόρων, οὐ μαρτύρων [19] δεῖται δικάζων· οὕτω γὰρ καὶ τὸν Κάϊν κατέκρινεν, ὡς αὐτόπτης τοῦ μύσους γεγενημένος. Ὁ δὲ ἄνθρωπος κρίνων καὶ μαρτύρων δεῖται, καὶ κατηγόρων· ἀγνοεῖ γὰρ τὰ γεγενημένα. Οὕτω καὶ Θεὸς ὁ ἄνθρωπος ὠνομάσθη, ἐπειδὴ εἰκὼν προηγορεύθη Θεοῦ· « Ἀνὴρ γάρ, φησὶν, οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν

A medium illum ponendo inter animata et inanimata, sensitiva et intellectiva: ut **26** utraque quidem, tam animata, quam inanimata, usum illi veluti tributum quoddam præberent: naturæ vero intellectivæ, dum hominis curam gerunt, benevolentiam erga Creatorem demonstrarent. Hoc enim etiam divinus Apostolus dixit: « Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capient salutis [z]? » Et Dominus in Evangeliis: « Videte, ne contemnatis unum ex pusillis istis minimis. Amen dico vobis, quod angeli eorum quotidie vident faciem Patris mei, qui in cœlis est [a]. » Nonnulli dixerunt, « ad imaginem Dei » creatum esse hominem, secundum facultatem dominandi, argumento clarissimo usi, B ex eo quod Creator subjunxit: « Et dominentur piscibus maris, et volatilibus cœli, et bestiis, et universæ terræ, et omnibus reptilibus repentibus super terram [b]. » Quemadmodum enim ipse omnium tenet imperium: ita dedit homini dominium animalium irrationalium. Facillime autem reperiuntur et alia, in quibus exemplar imitatur. Siquidem ad imitationem Dei Creatoris homo condit et fabricatur domos, parietes, civitates, portus, naves, navalia, currus, et alia infinita: veluti imagines et figuras cœli, solis, lunæ et stellarum, item hominum et animalium irrationalium formas. Infinita tamen est in ratione condendi diversitas. Nam Deus omnium ex iis quæ sunt et non sunt creat, idque sine labore et tempore: quia simul atque voluerit, producit quod ei placuerit. Homo **27** vero materia C opus habet, indiget instrumentis, consilio et cogitatione, tempore et labore, ac cæteris artibus ad opus construendum. Siquidem architectus indiget fabro ærario, faber autem ærarius metallico et carbonario: et omnes simul iis qui ligna cædunt, et qui ligna cædunt, iis qui plantas aut terram excolunt. Atque hoc pacto ars unaquæque ab aliis artibus quod opus habet mutuatur. Verumtamen homo, dum ita quidpiam construit, imitatur quodammodo Creatorem, velut imago archetypum. Imago enim archetypi figuram habet. Verum cum membrorum speciem habeat, actiones tamen non habet: caret enim anima, per quam movetur cor- D pus. Rursum ad instar Dei omnium Conditoris regnat homo et judicat. Verum Deus accusatoribus aut testibus minime indiget, quando judicat. Sic enim Cain condemnavit, tanquam sceleris ejus testis oculatus. Homo vero judicando testibus opus habet et accusatoribus, cum ignoret quæ perpetrata sunt. Et sic homo vocatus est Deus, quia

[z] Hebr. I, 14. [a] Matth. XVIII, 10. [b] Gen. I, 26.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[19]. Cat. p. 43 οὐ μαρτύρων om.

NOTÆ.

(56) *ὁρᾶτε — ἐν οὐρανοῖς*. Aliter se habent hæc verba, quam supra p. 6.

(57) *ἑτέρων*. Cod. et Pic. στερρῶν.

(58) Cod. et Pic. μετάλλων καὶ ἀνθράκων.

(59) *τῶν ὑλ. καὶ οἱ*. Desunt.

(60) Cod. et Pic. ἐνάρξεται.

Digitized by Google

imago Dei appellatus est: « Vir enim, ait, non debet velare caput, cum sit imago et gloria Dei [c]. » At Deus omnium conditor naturam habet divinam, non appellationem nudam: homo autem, velut imago, tantum nomen habet, cum ipsa re careat. Sic et incircumscriptum esse, vere et proprie pertinet ad Deum omnium: imitatur autem id quodammodo mens humana, in momento perlustrans orientem et occidentem, aquilonem et meridiem, cœlestia et subterranea, non revera, **28** sed sola rationis imaginatione. Deus autem secundum substantiam suam et sapientiam et virtutem minime circumscribitur. Invenire etiam poterit quispiam imitationem aliam aptiorem et convenientiorem in anima humana. Habet enim ipsa facultatem rationalem et vitalem in se. Et mens quidem producit sermonem, procedit autem cum sermone spiritus, non generatus quidem, quemadmodum sermo, sed perpetuo consequens sermonem, et cum eo, dum editur, procedens. Sed hujusmodi 'adsunt homini tanquam imagini: quamobrem nec sermo, nec spiritus per se subsistit. At in sancta Trinitate tres intelligimus hypostases, easque sine confusione unitas, et per se subsistentes. Nam ante sæcula genitus est a Patre Deus Verbum: inseparabilis autem est a Genitore, et procedit a Deo et Patre Spiritus sanctus, qui et intelligitur in propria hypostasi. « Omnia enim operatur, inquit, unus et idem Spiritus, dividens sigillatim unicuique prout vult [d]. » Verum de his non debet prolixius dici, quod hujus rei infinitas demonstrationes reperire licet in sancta Scriptura.

DIODORI. Quidam ad imaginem Dei hominem creatum esse arbitrati sunt, secundum potentiam animæ invisibilem: non intelligentes, quod et angelus invisibilis est, similiter et dæmon. Quibus respondendum est id modo, quod inter homines masculus et femina secundum corpus et animam eamdem sortiti sint naturam. Cur igitur **29** Paulus virum quidem imaginem Dei dixit, non etiam mulierem, si secundum partem animæ rationalem homo est imago Dei? Inquit enim: « Vir quidem, cum sit imago et gloria Dei, non debet velare caput: mulier autem gloria viri est [e]. » Si ergo qui non debet velare caput, imago Dei est, profecto quæ velatur, non est imago Dei, quamvis ejusdem animæ sit particeps. Quomodo ergo homo est imago Dei? Secundum imperium et potestatem. Quod perhibere videtur etiam vox divina, quæ dicit: « Faciamus

A κεφαλὴν, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων. » Ἀλλὰ πάλιν ὁ μὲν τῶν ὅλων Θεὸς φύσιν ἔχει θείαν, οὐ προσηγορίαν ψιλήν· ὁ δὲ ἄνθρωπος, ὡς εἰκὼν, τοὔνομα ἔχει μόνον, ἐστερημένος [20] τοῦ πράγματος. Οὕτω καὶ τὸ ἀπερίγραφον ἀληθῶς μὲν καὶ κυρίως ἐστὶ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ. Μιμεῖται δὲ οὕτω πως αὐτὸ καὶ ὁ νοῦς ὁ ἀνθρώπινος· ἐν ἀκαρεῖ γὰρ περινοστεῖ καὶ τὰ ἑῷα, καὶ τὰ ἑσπέρια, καὶ τὰ βόρεια, καὶ τὰ νότια, καὶ τὰ ἐπουράνια, καὶ τὰ ὑποχθόνια· ἀλλ' οὐ τῇ οὐσίᾳ, μόνῃ δὲ τῇ τοῦ λογισμοῦ φαντασίᾳ. Ὁ δέ γε Θεὸς καὶ τῇ οὐσίᾳ καὶ τῇ σοφίᾳ [21], καὶ τῇ δυνάμει τὸ ἀπερίγραφον ἔχει. Εὕροι δ' ἂν τις καὶ ἑτέραν μίμησιν ἀκριβεστέραν ἐν τῇ τοῦ ἀνθρώπου πάλιν ψυχῇ. Ἔχει γὰρ αὐτὴ καὶ τὸ λογικὸν, καὶ τὸ ζωτικὸν ἐν ἑαυτῇ. Καὶ γεννᾷ μὲν ὁ νοῦς τὸν λόγον, συμπρόεισι B δὲ τῷ λόγῳ πνεῦμα, οὐ γεννώμενον καθάπερ ὁ λόγος· συμπαρομαρτοῦν δὲ ἀεὶ τῷ λόγῳ, καὶ συμπροΐὸν γεννωμένῳ. Ἀλλὰ ταῦτα ὡς ἐν εἰκόνι πρόσεστι τῷ ἀνθρώπῳ· οὗ δὴ χάριν καὶ ἀνυπόστατος ὁ λόγος ἐστὶ, καὶ τὸ πνεῦμα. Ἐπὶ δὲ τῆς ἁγίας Τριάδος τρεῖς νοοῦμεν τὰς ὑποστάσεις, καὶ ἀσυγχύτως (61) ἡνωμένας, καὶ καθ' ἑαυτὰς ὑφεστώσας. Γεγέννηται μὲν γὰρ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς ὁ Θεὸς Λόγος· ἀχώριστος δέ ἐστι τοῦ γεννήσαντος· καὶ ἐκπορεύεται ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸ πανάγιον Πνεῦμα· νοεῖται δὲ καὶ ἐν ἰδίᾳ ὑποστάσει. « Πάντα γὰρ ἐνεργεῖ, φησὶ, τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διαιροῦν ἰδίᾳ ἑκάστῳ καθὼς βούλεται. » Ἀλλὰ περὶ τούτων μηκύνειν τὸν λόγον οὐ δεῖ· μυρίας γὰρ ἔστιν εὑρεῖν ἀποδείξεις τούτου παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ.

C (62) ΔΙΟΔΩΡΟΥ. Τινὲς [22] κατ' εἰκόνα Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον ἐνόμισαν κατὰ τὸ τῆς ψυχῆς ἀόρατον· καὶ οὐ συνῆκαν ὅτι καὶ ἄγγελος ἀόρατος, καὶ δαίμων ἀόρατος. Πρὸς οὓς ἀναγκαῖον εἰπεῖν τοσοῦτον, ὅτι καὶ τὸ ἄῤῥεν ἐν ἀνθρώποις, καὶ τὸ θῆλυ, κατά τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, τῆς αὐτῆς εἴληχε φύσεως. Τί δήποτε οὖν ὁ Παῦλος τὸν μὲν ἄνδρα εἰκόνα Θεοῦ λέγει, οὐκέτι δὲ καὶ τὴν γυναῖκα, εἴπερ κατὰ τὸν τῆς ψυχῆς λόγον εἰκὼν Θεοῦ ὁ ἄνθρωπος; Λέγει γὰρ, « Ἀνὴρ μὲν γὰρ, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων, οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι τὴν κεφαλήν· γυνὴ δὲ δόξα ἀνδρός ἐστιν. » Εἰ τοίνυν εἰκὼν Θεοῦ ὁ μὴ ὀφείλων καλύπτεσθαι τὴν κεφαλὴν, δῆλον, ὅτι ἡ καλυπτομένη οὐκ εἰκὼν Θεοῦ, τῆς αὐτῆς ψυχῆς μετέχουσα [23]. Πῶς οὖν Θεοῦ εἰκὼν ὁ ἄνθρωπος; Κατὰ D τὸ ἀρχικὸν, κατὰ τὸ ἐξουσιαστικόν. Καὶ μάρτυς αὐτὴ τοῦ Θεοῦ φωνὴ ἡ λέγουσα, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον

[c] I Cor. xi, 7. [d] I Cor. xii, 11. [e] I Cor. ii, 7.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[20] ἐστερημένον. [21] καὶ τῇ σοφίᾳ om. [22] Quæ hic Diodori nomen præ se ferunt, in catena p. 47 Theodoreto vindicantur. [23] Cat. p. 47. τῆς αὐτ. ψυχ. ὑπάρχουσα.

NOTÆ.

(61) *ἀσυγχύτως*. Cod. et Pic. repetunt νοοῦμεν, post ἀτυγχ.

(62) Nomen Diodori in cod. non ascriptum est. Aliorum etiam, quorum interpretationes in sequentibus exhibentur, nomina, in codice et apud Picum desiderantur. Sunt qui putant, ea quæ hoc loco et passim in sequentibus e Diodoro aliisque scriptoribus inseruntur, non a Theodoreto, sed ab alio quodam esse addita. Vid. Oudin, *De scriptor. eccles.* t. I, p. 1068.

Digitized by Google

κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Καὶ τὸν τρόπον ἐπάγουσα, « Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης, καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ὥσπερ οὖν ὁ Θεὸς τῶν ὅλων, οὕτω καὶ ὁ ἄνθρωπος τῶν ἐπὶ τῆς γῆς [24] βασιλεύει. Τί οὖν; οὐκ ἄρχει καὶ ἡ γυνὴ τῶν προειρημένων; Ἀλλὰ κεφαλὴν ἔχει τὸν ἄνδρα, κρατοῦσα τῶν ἄλλων· ἀνὴρ δὲ οὐχ ὑποτέταχται τῇ γυναικί. Διὸ δὴ καλῶς ὁ μακάριος Παῦλος τὸν ἄνδρα μόνον εἰκόνα Θεοῦ φησι εἶναι καὶ δόξαν, τὴν δὲ γυναῖκα τοῦ ἀνδρὸς δόξαν.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ. Ὥσπερ (63) εἴ τις βασιλεὺς πόλιν τινα μεγίστην κατασκευάσας, πολλοῖς τε αὐτὴν καὶ ποικίλοις διακοσμήσας ἔργοις, μετὰ τὴν ἁπάντων ἐκπλήρωσιν, κελεύσειεν εἰκόνα αὐτοῦ γενομένην μεγίστην τινὰ καὶ εὐπρεπεστάτην, ἐν μέσῳ πάσης ἱστάναι τῆς πόλεως, εἰς ἔλεγχον τοῦ τῆς πόλεως αἰτίου, ἣν ἀνάγκη καὶ ὡς εἰκόνα τοῦ πεποιηκότος τὴν πόλιν βασιλέως παρὰ τῶν κατὰ τὴν πόλιν θεραπεύεσθαι πάντων, χάριν ὁμολογούντων διὰ τοῦτο τῷ κτίστῃ τῆς πόλεως, ὅτιπερ αὐτοῖς ἐνδιαίτημα δέδωκε τοιοῦτον. Οὕτω καὶ ὁ τῆς κτίσεως Δημιουργὸς πεποίηκε μὲν πάντα τὸν κόσμον, διαφόροις τε καὶ ποικίλοις καλλωπίσας τοῖς ἔργοις· τελευταῖον δὲ τὸν ἄνθρωπον ἐν τάξει παρήγαγεν εἰκόνος οἰκείας· ὡς ἂν ἅπασα ἡ κτίσις τῇ τοῦ ἀνθρώπου χρείᾳ φαίνηται συνδουμένη [25]· εἴ γε ἐξ ἀέρος, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ φωστήρων, οὓς ὁ οὐρανὸς φέρει ἐφ' ἑαυτοῦ, ἡ τῶν καρπῶν σύστασις ἀποτελεῖται· ἡ δὲ τούτων ἀπόλαυσις πᾶσι μέν ἐστιν ἀνθρώποις ἀναγκαία· βραχεῖα δέ τις αὐτῶν τοῖς ἀλόγοις νενέμηται μοῖρα πρὸς ὑπηρεσίαν τεταγμένοις ἀνθρώπων. Αἵ τε ἀόρατοι δυνάμεις, ὅτι πᾶσαι τοῖς θείοις βουλήμασιν ὑπηρετοῦνται πρὸς τὸ ἡμῖν λυσιτελοῦν, Παῦλος ὁ μακάριος διδάσκει λέγων· « Οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; » Πρόδηλον τοίνυν, ὅτι ἕνα κόσμον ἀποτελέσαι τὸ σύμπαν βουληθεὶς ὁ Θεὸς, καὶ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐκ διαφόρων φύσεων συστᾶσαν, θνητῶν τε καὶ ἀθανάτων, λογικῶν τε καὶ ἀλόγων, ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων, εἰς ἕν τι συναγαγεῖν ἐθελήσας, σύνδεσμον ἁπάντων τὸν ἄνθρωπον κατεσκεύασεν· οὕτω πάντα πρὸς αὐτὸν συναγαγὼν τῇ χρείᾳ, ὥστε συνῆφθαί τε τὴν σύμπασαν κτίσιν ἐν αὐτῷ, καὶ φιλίας αὐτὸν ἐνέχυρον ἐναργὲς εἶναι τῇ πάσῃ. Δέδωκε γοῦν αὐτῷ ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας καὶ ψυχὴν καὶ σῶμα· τὸ μὲν ὁρατὸν, τοῖς ὁρατοῖς οἰκεῖον, ἐκ γῆς τε καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, καὶ πυρὸς συνεστὼς, καὶ τοῖς ἐκ τούτων ἀποτελουμένοις καρποῖς τρεφόμενον, τὴν δὲ νοερὰν τε καὶ ἀθάνατον

hominem ad imaginem et similitudinem nostram [f]. » Et modum subjungens ait : « Et dominentur piscibus maris, et volatilibus cœli, et bestiis terræ, » et reliqua. Quemadmodum igitur Deus omnibus imperat, sic homo iis quæ sunt super terram. Quid ergo mulier non dominatur prædictis? At virum habet pro capite, quæ tamen reliqua sub potestate tenet : vir autem non subjectus est mulieri. Unde recte beatus Paulus ait, solum virum imaginem et gloriam Dei esse, mulierem vero gloriam viri.

THEODORI. Quemadmodum si rex quispiam, exstructa civitate amplissima, multisque et variis operibus exornata, omnibus absolutis, suam ipsius imaginem maximam et pulcherrimam in media civitate collocari jubeat, indicio futuram quod ab eo civitas sit condita, quam proinde necesse sit, tanquam regis conditoris imaginem, ab incolis omnibus observari, gratiam hoc modo urbis auctori habentibus, quod tale ipsis domicilium largitus sit. Sic rerum Opifex mundum quidem universum condidit, diversisque et variis operibus decoravit : ultimo vero loco, suæ imaginis vice hominem creavit, ut creaturam omnem ad utilitatem hominis conspirare appareat. Quoniam ex aere et terra, et aqua, cœlique luminaribus, exsistere fructus ac perfici constat : horum autem usum plane hominibus esse necessarium, brutis vero ad hominum famulatum natis exiguam illorum partem attributam. Quæ autem sub oculos non cadunt virtutes, quod ad utilitatem quoque nostram divinæ voluntati obtemperent, beatus Paulus docet dicens : « Nunquid omnes administratorii sunt spiritus in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis [g]? » Patet igitur Deum, cum ex hoc universo mundum unum efficere vellet, omnemque creaturam diversis ex naturis constantem, mortalium et immortalium, rationis participum et expertium, visibilium et invisibilium, in unum quidpiam concludere statueret, vinculum omnium hominem constituisse : in quem omnia utilitate ita congessit, ut in ipso cohærcant creaturæ universæ, et certum amicitiæ pignus ipse sit universis. Hac igitur de causa et animam illi tribuit et corpus; hoc quidem aspectabile, propriumque eorum quæ sub aspectum cadunt, quodque ex terra, aere, aqua et igne concretum est, et fructibus alitur, qui ex illis nascuntur, illam vero intelligentia præditam, immortalem, et rationis compotem, invisibilibus et rationabilibus similem substantiis, ut non utilitate

[f] Gen. I, 26. [g] Hebr. I, 14.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[24] ὁ ἄνθρ. τῶν ἐπιγείων. [25] Cat. p. 48 plenius, ὡς ἂν ἅπασα ἡ κτίσις ἐν τῇ περὶ τούτων σπουδῇ τε καὶ θεραπείᾳ τὴν προσήκουσαν ἀναφέρει τιμὴν τῷ Θεῷ. Οὐ γὰρ ἄδηλον, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις τῇ τοῦ ἀνθρώπου χρείᾳ φαίνεται συνδουμένη.

NOTÆ.

(63) *Ὥσπερ — εἰσφέροντα χρείαν.* Des. in cod. et in edit. Pici.

Digitized by Google

sola cohærcant in ipso creaturæ, sed ipsa etiam cognatione naturæ: imo vero ut propter **31** naturæ cognationem ad illius utilitatem omnia concurrant, pro eo qui genere conjunctus cognatusque sit laborem suum libenter utilitatemque conferentia. *Et post alia.* Mihi vero vehementer admirari subit eos, qui assequi ista non potuerunt: sed hominem ad imaginem Dei creatum esse dixerunt, partim quidem propter imperium et potestatem, partim vero secundum ratiocinandi vim, partim autem secundum intellectivam, risu plena manifeste proferentes; cum eos animadvertisse oporteret, quod solus homo dicatur imago Dei esse. Siquidem in ejus creatione sic ait: « Faciamus hominem ad imaginem nostram [h]. » Et rursum in historia Noe dicitur, quod « ad imaginem Dei fecit hominem [i]. » Et beatus Paulus ait: « Vir non debet velari, cum sit imago et gloria Dei [j]. » Quod si solus homo ex omnibus creaturis imago Dei est, plane cum is solus sic appelletur, peculiarem quamdam rationem hujusce denominationis esse oportuit, non solum ob facultatem intellectivam aut rationalem, quarum participes esse virtutes invisibiles dicimus: imo neque ob facultatem dominandi, quam etiam competere virtutibus invisibilibus cernimus, sicut beatus Paulus ait: « Quoniam in ipso creata sunt omnia, quæ in cœlis sunt et super terram, visibilia et invisibilia, sive Throni, sive Dominationes, sive Principatus, seu Potestates [k]. » Et alio loco: « Ut innotescat nunc Principatibus et Potestatibus in cœlestibus [l]. » Unde et contrarias potestates ita vocat, tanquam quæ ceciderint ex illis ordinibus. « Non enim, inquit, est nobis colluctatio adversus carnem et sanguinem, sed adversus Principatus et **32** Potestates, et adversus mundi rectores tenebrarum hujus sæculi [m]. » Sic et angeli vocantur: « Et Michael, ait, princeps vester, et princeps Persidis [n]. » Dictum est autem et de luminaribus: « Luminare majus in dominium diei, et luminare minus in dominium noctis [o]. » Quod David potestatem appellavit, dicens: « Solem in potestatem diei, lunam et stellas in potestatem noctis [p]. » Quomodo igitur fieri poterat, ut homo diceretur imago Dei secundum quidpiam eorum quæ sunt communia multis creaturis, cum tamen ipse solus ad imaginem factus dicatur? Itaque perspicuum nobis est, certam quamdam causam esse oportere, cur ita so-

A καὶ λογικὴν, ταῖς ἀοράτοις καὶ λογικαῖς ἐοικυῖαν οὐσίαις, ἵνα μὴ τῇ χρείᾳ μόνον ἐπ' αὐτὸν ἡ κτίσις συνάπτηται, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῇ τῆς φύσεως οἰκειότητι· μᾶλλον δὲ, ἵνα ἐκ τῆς κατὰ τὴν φύσιν οἰκειότητος καὶ πρὸς τὴν χρείαν τὴν αὐτοῦ πάντα συνάπτηται· ἡδέως ὑπὲρ τοῦ συγγενοῦς καὶ οἰκείου πονοῦντά τε καὶ τὴν ἐκείνην εἰσφέροντα χρείαν [26] *Καὶ μετ' ἕτερα·* Σφόδρα δέ μοι θαυμάζειν ἐπελήλυθε τῶν ταύτῃ μὲν συνιδεῖν οὐχ οἷόν τε γεγονότων, κατ' εἰκόνα δὲ τὸν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι, (64). πῇ μὲν κατὰ τὸ ἀρχικὸν εἰπόντων, πῇ δὲ κατὰ τὸ λογικόν [27], πῇ δὲ κατὰ τὸ νοερὸν, γέλωτος μεστὰ σαφῶς ἀποφθεγγομένων, δέον αὐτοὺς συνιδεῖν, ὅτι εἰκὼν Θεοῦ μόνος ὁ ἄνθρωπος λέγεται γεγενῆσθαι. Ἐν μὲν γὰρ τῇ ποιήσει, φησὶ, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν. » Ἐπὶ δὲ τοῦ Νῶε, ὅτι « ἐν εἰκόνι Θεοῦ ἐποίησε τὸν ἄνθρωπον. » Ὁ δὲ μακάριος Παῦλος· « Ἀνὴρ οὐκ ὀφείλει κατακαλύπτεσθαι, εἰκὼν καὶ δόξα Θεοῦ ὑπάρχων. » Εἰ δὲ μόνος ὁ ἄνθρωπος ἐν τοῖς γεγονόσιν εἰκὼν, πρόδηλον, ὡς τούτου μόνου τοῦτο προσειρημένου, ἰδίαν τινὰ τῆς προσηγορίας προσῆκεν εἶναι τὴν αἰτίαν· ἀλλ' οὔτε τὸ νοερὸν μόνον, οὔτε λογικόν· τοιαύτας γὰρ εἶναι καὶ τὰς ἀοράτους φαμὲν δυνάμεις. Οὐ μὴν οὐδὲ τὸ ἀρχικόν· καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ταῖς ἀοράτοις προσὸν ὁρῶμεν δυνάμεσιν, ὡς ὁ μακάριος Παῦλος ποτὲ μὲν λέγει, « Ὅτι ἐν αὐτῷ ἐκτίσθη τὰ πάντα, τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, τὰ ὁρατὰ, καὶ τὰ ἀόρατα, εἴτε Θρόνοι, εἴτε Κυριότητες, εἴτε Ἀρχαὶ, εἴτε Ἐξουσίαι· » ποτὲ δὲ, « Ἵνα γνωσθῇ (65) νῦν ταῖς ἀρχαῖς καὶ ταῖς ἐξουσίαις ἐν τοῖς ἐπουρανίοις. » Ὅθεν καὶ τὰς ἐναντίας οὕτω καλεῖ δυνάμεις, ὡς ἂν ἐξ ἐκείνων ἐκπεπτωκυίας τῶν ταγμάτων. « Οὐκ ἔστι γὰρ, φησὶν, ἡμῖν ἡ πάλη πρὸς αἷμα καὶ σάρκα, ἀλλὰ πρὸς τὰς ἀρχὰς, πρὸς τὰς ἐξουσίας, πρὸς τοὺς κοσμοκράτορας τοῦ σκότους τοῦ αἰῶνος τούτου [28]. » Οὕτω καὶ ἄγγελοι καλοῦνται· « Καὶ Μιχαὴλ, φησὶν, ὁ ἄρχων ὑμῶν, καὶ ἄρχων Περσίδος (66). » Εἴρηται δὲ καὶ περὶ τῶν φωστήρων, « Τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς ἀρχὰς τῆς ἡμέρας, καὶ τὸν φωστῆρα τὸν ἐλάσσω εἰς ἀρχὰς τῆς νυκτός. » Ὅπερ Δαβὶδ ἐξουσίαν ἐκάλεσεν, εἰπών· « Τὸν ἥλιον εἰς ἐξουσίαν τῆς ἡμέρας, καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας εἰς ἐξουσίαν τῆς νυκτός. » Πῶς οὖν οἷόν τε ἦν κατά τι τούτων λέγεσθαι εἰκόνα τὸν ἄνθρωπον, ὧν δὴ μέτεστι πολλοῖς τῶν γεγονότων, μόνου γε αὐτοῦ κατ' εἰκόνα (67) γεγενῆσθαι λεγομένου Θεοῦ; Ἀφ' οὗ δῆλον ἡμῖν, ὅτι

[h] Gen. I, 26. [i] Gen. IX, 6. [j] I Cor. XI, 7. [k] Col. I, 16. [l] Ephes. III, 10. [m] Ephes. VI, 12. [n] Dan. X, 21. [o] Gen. I, 16. [p] Psal. CXXXV, 8, 9.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[26] καὶ τὴν οἰκείαν εἰσφ. χρ. [27] πῇ δὲ κατὰ τὸ λογικόν om. [28] τοῦ αἰῶνος τούτου om.

NOTÆ.

(64) *Κατ' εἰκ. — γεγεν.* Cod. et Pic. κατ' εἰκόνα δὲ τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι τὸν ἄνθρωπον.

(65) *Γνωσθῇ.* Cod. et Pic. γνωρισθῇ, quæ est lectio recepta in hoc Epistolæ ad Ephes. loco.

(66) *Καὶ ἄρχ. Περσ.* Absunt a cod. et edit Pici. Nec ad hunc locum pertinent, sed e Dan. x. 20, ut videtur, sunt desumpta.

(67) *Κατ' εἰκ.* Desid. ἁγίοις. Cod. et Pic. ὁμοίοις.

Digitized by Google

μίαν τινα προσῆκε τὴν αἰτίαν εἶναι, καθ' ἣν οὗτος οὕτω προσηγόρευται μόνος, ἧς οὐδὲν μετέχει τῶν γεγονότων, ἅτε μηδὲ τῆς προσηγορίας μετέχον ταύτης. Ἔστι δὲ, ἣν ἔφθην εἰπών.

ΩΡΙΓΕΝΟΥΣ. Προδιαληπτέον πρότερον, ποῦ συνίσταται τὸ, « Κατ' εἰκόνα, » ἐν σώματι, ἢ ἐν ψυχῇ; Ἴδωμεν δὲ πρότερον οἷς χρῶνται οἱ τὸ πρῶτον λέγοντες· ὧν ἐστι καὶ Μελίτων, συγγράμματα καταλελοιπὼς περὶ τοῦ ἐνσώματον εἶναι τὸν Θεόν. Μέλη γὰρ Θεοῦ ὀνομαζόμενα εὑρίσκοντες ὀφθαλμοὺς Θεοῦ ἐπιβλέποντας τὴν οἰκουμένην, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἶναι εἰς δέησιν δικαίων ἐπινενευκότα, καὶ, « Ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας, » καὶ, « Τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα, » καὶ βραχίονα Θεοῦ, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ δακτύλους, ἄντικρυς φάσκουσι ταῦτα οὐχ ἕτερόν τι διδάσκειν, ἢ τὴν μορφὴν τοῦ Θεοῦ. Πῶς δὲ, φασὶ, καὶ ὤφθη ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ, καὶ Μωσῇ, καὶ τοῖς ἁγίοις, μὴ μεμορφωμένος; μεμορφωμένος δὲ, κατὰ ποῖον χαρακτῆρα, ἢ τὸν ἀνθρώπινον; Καὶ συνάγουσι μυρία ῥητὰ, μέλη ὀνομάζοντα Θεοῦ. Πρὸς οὓς ἀγωνιστέον πρῶτον ἀπὸ τῆς λέξεως· ἀντιπαρακαλοῦμεν δὲ ῥητὰ, τοῖς πλέον τοῦ γράμματος μηδὲν ἐπισταμένοις, ἐναντιούμενα αὐτῶν τῇ ὑπολήψει· ἐκ μὲν τοῦ Ζαχαρίου, ὅτι « Ἑπτὰ ὀφθαλμοὶ Κυρίου οἱ ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Εἰ δὲ ἑπτὰ ἔχει ὀφθαλμοὺς ὁ Θεὸς, ἡμεῖς δὲ δύο, οὐ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ γεγόναμεν. Ἀλλὰ καὶ ἡμεῖς μὲν οὐκ ἐπτερυγώμεθα, περὶ δὲ Θεοῦ λέγει ἐν ἐννενηκοστῷ ψαλμῷ, ὅτι « Ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς. » Εἰ δὲ ἐκεῖνος μὲν πτέρυγας ἔχει, ἡμεῖς δέ ἐσμεν ζῶον ἄπτερον, οὐ κατ' εἰκόνα Θεοῦ γέγονεν ὁ ἄνθρωπος. Πῶς δὲ ὁ σφαιροειδὴς οὐρανὸς, καὶ ἀεὶ κινούμενος, θρόνος εἶναι δύναται, ὡς ὑπολαμβάνουσι, τοῦ Θεοῦ; Ἀλλὰ καὶ ἡ γῆ πῶς ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ; Ἀπαγγελλέτωσαν ἡμῖν. Ἆρα γὰρ τὸ ἀπὸ γονάτων μέχρι τῶν βάσεων σῶμα τοῦ μεταξὺ οὐρανοῦ καὶ γῆς περιέχοντος, ἐν μέσῳ δὲ οὔσης τῆς γῆς τοῦ παντὸς κόσμου, καὶ περιεχομένης ὑπ' αὐτοῦ, ὡς γραμμικαῖς ἀποδείξεσι παρίσταται, παρ' ἡμῖν εἰσιν αἱ βάσεις τοῦ Θεοῦ, ἢ παρὰ τοῖς ἀντίχθοσι; καὶ ὅλην τὴν οἰκουμένην ἡμῶν πεπληρώκασιν, ἢ καὶ πλέον τι ἐπιλαμβάνουσιν, ἢ ἔλαττόν τι; διεστήκασιν οἱ πόδες αὐτοῦ διὰ τὰς θαλάσσας καὶ τοὺς ποταμοὺς, ἢ καὶ τοῖς ὕδασιν ἐπιβαίνουσι; πῶς δὲ οὗ ὁ τηλικοῦτος οὐρανὸς θρόνος, καὶ ἡ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν, ἐν μόνῳ (68) τῷ παραδείσῳ εὑρίσκεται περιπατῶν, ἢ ἐν τῇ κορυφῇ τοῦ Σινᾶ φαίνεται τῷ Μωσῇ; Καὶ πῶς ταῦτά τις περὶ Θεοῦ δοξάζων οὐ μωρὸς λεχθήσεται; Εἶτα πολλὰ πρὸς ἀνατροπὴν εἰπὼν τῆς τοιαύτης δόξης ἐπάγει. Ὁ δὲ φάσκων τὸ, « Κατ' εἰκόνα, » μὴ ἐν σώματι εἶναι, ἐν δὲ τῇ λογικῇ ψυχῇ, παραστήσει οὐκ εὐκαταφρόνητον δόγμα, καταλαβὼν, τίνες δυνάμεις εἰσὶν αὐτῆς. Ἡ γὰρ γνωστικὴ δύναμις ἡ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, κριτική τε καὶ εὐποιητικὴ, δικαιοπρα-

A lus appelletur, cujus nulla reliquarum creaturarum sit particeps, ut quibus talis appellatio minime conveniat. Est autem illa, quam ante dixi.

ORIGENIS. Prius discutiendum est, ubi consistat illud, « ad imaginem » in corpore, an in anima. Et in primis videamus, quibus utantur, qui prius asserunt: e quorum numero est Melito, qui scripta reliquit, quibus asserit Deum corporeum esse. Membra enim Dei appellata cum reperiunt, oculos Dei respicientes [q] terram, et aures ejus intentas esse ad preces justorum; et, « Olfecit Dominus odorem suavitatis; » et, « Os Domini locutum est ista, » et brachium Dei, et manus, et pedes, et digitos; statim inferunt, hæc nihil aliud docere, B quam formam Dei. Quomodo vero, aiunt, visus est Deus Abrahæ, Mosi, et sanctis, formam non habens? Si autem formam habet, **33** qualem formam, si non humanam? Et coacervant mille loca, quibus membra Dei appellantur. Adversus quos certandum est primum ex dictione Scripturæ. Et ex adverso opponimus his, qui præter litteram nihil norunt, Scripturæ verba eorum opinioni contraria: ex Zacharia dicente: « Septem oculi Domini respiciunt super universam terram [q]. » Quod si Deus septem oculos habet, nos autem duos tantum, non ad similitudinem ejus creati sumus. Sed neque nos prædili sumus alis, cum tamen de Deo dicatur in nonagesimo psalmo, « sub alis ejus sperabis [r]. » Quod si Deus alas habet, nos autem sumus animalia minime pennata, non factus est homo ad imaginem Dei. C At quomodo cœlum, cum sit sphæricum et semper volvatur, thronus Dei esse potest, ut ipsi existimant? Imo etiam terra quomodo scabellum pedum ejus? Respondeant nobis. Nunquid enim, cum corpus illud quod a genibus usque ad plantas protenditur, comprehendat hoc spatium, quod intercedit inter cœlum et terram, cum terra sit in medio totius mundi, et contineatur ab ipso, ut demonstrationibus linearibus constat, apud nos sunt plantæ Dei, an apud antichthonas? et an universam terram nostram replent, aut etiam plus comprehendunt, minusve? distantne pedes ejus propter maria et flumina, aut etiam in aquis insistunt? Sed quo- D modo is, cujus tantum cœlum thronus est, ac terra pedum scabellum, invenitur deambulare in solo paradiso, aut apparet Mosi in vertice montis Sina? Et quomodo ille, qui talia de Deo existimaverit, non stultus dicetur? Deinde post multa, quæ disserit ad eversionem ejusmodi opinionis, subjicit. **34** Qui vero asseret illud, « ad imaginem, » non in corpore consistere, sed in anima rationali, dogma statuet non contemnendum, comprehendens quæ facultates sint ipsius. Nam quæ in homine est

[q] Zachar. IV, 10 [r] vers. 4.

NOTÆ.

(68) *Μόνῳ*. abest.

Digitized by Google

facultas cognoscendi, judicandi, bene merendi, agendi quæ justa sunt, fortitudinis [a], et, ut semel dicam, omnis boni effectrix, a Deo ipsi creata est ad imaginem. Quod autem non forma corporis, sed actiones repræsentent nobis imaginem Dei, aperte Apostolus in Epistola ad Corinthios dicit: « Quemadmodum portavimus imaginem terreni hominis, ita portemus et imaginem cœlestis [b]. » Et imaginem quidem terrenam portat, qui secundum carnem vivit, et perficit opera carnis: imaginem vero cœlestis, qui spiritu actus carnis mortificat. Et in alia Epistola vitæ præcepta tradens inter alia præcipit, « ut sitis secundum imaginem ejus qui creavit [c]. » Deus longanimis est: ita homo longanimis habet se ad imaginem Dei. Justus et sanctus est Dominus, miserator et misericors: qui igitur amat justitiam et sanctitatem, et peragit atque observat præceptum istud Salvatoris: » Estote misericordes, quemadmodum Pater vester misericors est [d]; et: « Estote perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est [e], » fit imago Dei per omnia. **35** « Et dominentur, inquit, piscibus maris et volucribus cœli, et pecoribus, atque universæ terræ et omnibus reptilibus repentibus in terra [f]. » Observandum est, quod silentio prætermittitur, non omnia animalia propter hominem creata esse, sed ea tantum, quibus dominari dicitur, scilicet pisces maris, volucres cœli, et pecudes terræ; fortasse etiam reptilia terræ, ob summe necessarios usus medicamentorum, quæ ex illis conficiuntur. Non tamen propter hominem sunt ceti illi magni feræque terrestres. Alioquin si in hæc etiam animalia data esset homini potestas, eorum quoque nomina addita fuissent: non invenimus autem in Scriptura serpentis genus inter reptilia positum, sed inter bestias. « Serpens enim, inquit, callidior erat omnibus bestiis [g]. » Et in Actis apostolorum: « Vipera, quæ momorderat Paulum, pendebat ab ejus manu. » Et addit: « Videntes autem barbari pendentem bestiam [h]. » In Levitico autem vide, inter quæ ponat reptilia, quomodo illa non annumeret iis quæ nunc ita vocari solent. « Hoc, inquit, edite ex omni reptili volucri, quod ambulat quatuor pedibus, quod habet crura supra pedes suos, quibus saliat super terram. Ex illis comedite hæc: bruchum et ei similia, locustam et ei similia, attacum et ei similia, ophiomachum et ei similia. Omne reptile e volatilibus quatuor pedes

A κτικὴ τε καὶ ἐρρωμένη, καὶ ἁπλῶς παντὸς καλοῦ ἐπιτελεστική, κατ' εἰκόνα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγόνασιν αὐτῷ (69). Ὅτι δὲ τὸ κατ' εἰκόνα αἱ πράξεις χαρακτηρίζουσι, καὶ οὐχὶ ἡ τοῦ σώματος μορφή, σαφῶς ὁ Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους φησί· « Καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὕτως φορέσωμεν (70) καὶ τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου. » Εἰκόνα μὲν γὰρ φορεῖ χοϊκὴν ὁ κατὰ σάρκα ζῶν, καὶ ποιῶν τὰ ἔργα τῆς σαρκός· εἰκόνα δὲ τοῦ ἐπουρανίου ὁ ζῳῷ πνεύματι τὰς πράξεις τῆς σαρκὸς (71) θανατῶν. Καὶ ἐν ἑτέρᾳ δὲ Ἐπιστολῇ διδάσκων ὡς δεῖ βιοῦν, ἐπιφέρει ταῖς ἐντολαῖς τὸ, « Ἵνα γένησθε κατ' εἰκόνα τοῦ Κτίσαντος (72). Κύριος μακρόθυμος, καὶ ὁ μακρόθυμος ἄνθρωπος ἔχει τὸ κατ' εἰκόνα Θεοῦ. Δίκαιος καὶ ὅσιος ὁ Κύριος, καὶ οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος. Οὐκοῦν ὁ ἀγαπῶν δικαιοσύνην καὶ ὁσιότητα, καὶ πράττων καὶ τηρῶν τὴν ἐντολὴν τοῦ Σωτῆρος, τὴν, « Γίνεσθε οἰκτίρμονες, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν οἰκτίρμων ἐστί· » καὶ, « Γίνεσθε (73) τέλειοι, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστιν, » εἰκὼν γίνεται κατὰ πάντα τοῦ Θεοῦ. Καὶ ἀρχέτωσαν [i], φησὶ, τῶν ἰχθύων τῆς θαλάσσης καὶ τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν κτηνῶν, καὶ πάσης τῆς γῆς, καὶ πάντων τῶν ἑρπετῶν τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς. » Τηρητέον, ὅτι σεσιώπηται, μὴ τὰ ζῶα πάντα διὰ τὸν ἄνθρωπον γεγονέναι· ἀλλὰ ταῦτα ὧν [j] ἄρχειν λέγεται, ἰχθύας θαλάσσης, καὶ πετεινὰ οὐρανοῦ, καὶ κτήνη τῆς γῆς· τάχα δὲ καὶ ἑρπετὰ τῆς γῆς, διὰ τὰς ἀναγκαιοτάτας τῶν φαρμάκων χρείας ἀπ' αὐτῶν τελουμένας. Οὐ μέντοι γε διὰ τὸν ἄνθρωπον τὰ κήτη τὰ μεγάλα καὶ τὰ θηρία τῆς γῆς. Ἦ γὰρ ἂν προσετέθη τῇ δεδομένῃ ἐξουσίᾳ τῶν ἀνθρώπων καὶ ἡ τούτων ὀνομασία, οὐχ εὑρίσκομεν δὲ ἐν τῇ Γραφῇ τὸ τῶν ὄφεων γένος ἐν ἑρπετοῖς τεταγμένον, ἀλλ' ἐν θηρίοις· « Ὁ γὰρ ὄφις, φησὶ, ἦν φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων. » Καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι, « Ἔχιδνα δακοῦσα τὸν Παῦλον ἐκρέματο κατὰ τῆς χειρὸς αὐτοῦ. » Καὶ ἐπιφέρει· « Ἰδόντες δὲ οἱ βάρβαροι κρεμάμενον τὸ θηρίον. » Ἐν δὲ τῷ Λευϊτικῷ, ὅρα ἐπὶ τίνων τάσσει τὸ ἑρπετὸν, ὡς οὐδαμῶς ἐπὶ τῶν νῦν ἐν τῇ συνηθείᾳ καλουμένων. « Ταῦτα φάγεσθε, φησὶ, ἀπὸ τῶν ἑρπετῶν τῶν πετεινῶν, ἃ πορεύεται ἐπὶ τῶν τεσσάρων, ἃ ἔχει σκέλη ἀνώτερον τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πηδᾷν ἐν αὐτοῖς ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ ταῦτα φάγεσθε ἀπ' αὐτῶν, τὸν βροῦχον καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ· καὶ τὴν ἀκρίδα, καὶ τὰ ὅμοια αὐτῇ· καὶ τὸν

B

C

D

[a] I Cor. xv, 49. [b] Coloss. III, 10. [c] Luc. VI, 36. [d] Matth. V, 48. [e] Gen. I, 26. [f] Gen. III, 1. [g] Act. XXVIII, 3, 4.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[i] Καὶ ἀρχέτωσαν, etc. Hæc post alia interposita sequuntur in cat. p. 52, addito Origenis nomine; frequentissima est sectionis unius in duas vel plures partitio; cujus hoc primum in catena illa exemplum. [j] Cat. p. 52, ὅτι σεσιώπηται τὸ τῶν κητῶν γένος, καὶ τὸ τῶν θηρίων. Καὶ ἐπίστησον, εἰ δυνατὸν, διὰ τὸ σεσιωπῆσθαι μὴ πάντα τὰ ζῶα διὰ τῶν ἀνθρώπων γέγονεν, ἀλλὰ ταῦτα ὧν, etc.

NOTÆ.

(69) *Αὐτῷ*. Deest.

(70) *Οὐτ. φορέσ.* Recepta lectio est *φορέσομεν*. Præstat autem lectio *φορέσωμεν*, quam multi quoque codices a Millio aliisque in subsidium vocati, tuentur. Particula οὕτως h. l. bene additur.

(71) *Τὰς πρ. τ. σαρκ.* Cod. et Pic. τὰς προστάξεις τοῦ σώματος. Alludit Theodoretus ad locum Paulinum Rom. VIII, 13, ubi recepta lectio est τὰς πράξεις τοῦ σώματος.

(72) *Καὶ ἐν ἑτ. — κτίσαντος*. Des. in cod. et Pici edit.

(73) Alia est lectio recepta hujus loci.

Digitized by Google

ἀττάκην καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ· καὶ τὸν ὀφιομάχην καὶ τὰ ὅμοια αὐτῷ [31]. Πᾶν ἑρπετὸν ἀπὸ τῶν πετεινῶν, οἷς εἰσι τέσσαρες πόδες, βδέλυγμα (74) ὑμῖν ἐστι· καὶ ἐν τούτοις μιανθήσεσθε. » Οὐκ ἄρχει τοίνυν ὁ ἄνθρωπος οὔτε τῶν κτηνῶν τῶν μεγάλων [32], οὔτε τῶν θηρίων, τάχα τὴν ἀρχὴν οὔτε δι' αὐτὸν γεγεννημένων. Τὸ δὲ ὅμοιον τοῖς ἐνθάδε ἀναγεγραμμένοις ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῷ ὀγδόῳ ψαλμῷ λέγεται· « Πάντα ὑπέταξας ὑποκάτω τῶν ποδῶν αὐτοῦ, πρόβατα καὶ βόας ἁπάσας, ἔτι δὲ καὶ τὰ κτήνη τοῦ πεδίου, τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοὺς ἰχθύας τῆς θαλάσσης, τὰ διαπορευόμενα τρίβους θαλασσῶν. » Κἀνταῦθα (75) γὰρ τὰ κήτη καὶ τὰ θηρία σεσιώπηται (76).

A habens abominabile est vobis, et illis pollutemini [a]. »

36 Non dominatur itaque homo bestiis illis magnis neque feris, quæ fortasse ab initio non propter illum creatæ sunt. Et simile quid his, quæ hic describuntur, ut hominis dominio subjecta, in octavo psalmo dicitur : « Omnia subjecisti pedibus ejus, oves et armenta cuncta, insuper quoque pecora campi, volucres cœli et pisces maris, qui ambulant in semitis maris [b]. » Hoc etiam in loco ceti et feræ silentio prætermittuntur

ΕΡΩΤ. ΚΑ'.

Τί δή ποτε διαφερόντως τὴν ἑβδόμην ἡμέραν εὐλόγησεν ὁ Θεός ;

Ἑκάστη τῶν ἄλλων ἡμερῶν ἰδίαν τινὰ δημιουργίαν ἐδέξατο. Ἐπειδὴ τοίνυν μέχρι ταύτης σύμπασαν τὴν κτίσιν ἐδημιούργησε, δέδωκεν ἀντὶ δημιουργίας τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ τὴν εὐλογίαν· ἵνα μὴ μόνη παρὰ τὰς ἄλλας ἀγέραστος διαμείνῃ. Τὸ μέντοι, « Ἡγίασεν αὐτὴν, » ἀντὶ τοῦ *ἀφώρισεν* τέθεικε. Πολλαχοῦ γὰρ οὕτω τοῦτο νοούμενον ἔστιν εὑρεῖν παρὰ τῇ θείᾳ Γραφῇ. Καὶ γὰρ περὶ τῶν Μήδων φησίν, « Ἡγιασμένοι εἰσὶ, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς· » τουτέστιν, εἰς τοῦτο ἀφωρισμένοι. Ἄλλως τε καὶ Ἰουδαίοις ταῦτα γράφων, ἀναγκαίως τὸ, « Ἡγίασεν αὐτὴν, » τέθεικεν, ἵνα πλεῖον σέβας ἀπονείμωσι τῇ Σαββάτῳ. Τοῦτο γὰρ καὶ νομοθετῶν ἔφη, ὅτι, « Ἐν ἓξ (77) ἡμέραις ἐποίησε Κύριος ὁ Θεός σου τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν· τῇ δὲ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ κατέπαυσεν ἀπὸ πάντων τῶν ἔργων αὐτοῦ ὧν ἐποίησεν, καὶ ἡγίασεν αὐτήν. » ΘΕΟΔΩΡΟΥ. « Καὶ συνετέλεσεν ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἕκτῃ (78) τὰ ἔργα αὐτοῦ ἃ ἐποίησε, καὶ κατέπαυσεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ, » καὶ τὰ ἑξῆς· δεικνὺς ὅτι ἐπὶ μὲν τῆς ἕκτης συμπεπλήρωκε πάντα, ἅτε μηδὲν αὐτοῖς προστιθέναι μέλλων καινὸν, ἐπειδὴ μηδὲ λείπειν τι αὐτοῖς ἡγεῖτο, ἐπαύσατο δὲ τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ τοῦ ποιεῖν· τούτου γε ἕνεκεν τὴν ἡμέραν ταύτην προστέθεικεν (79) ἄπρακτον οὖσαν, καὶ ἐν ᾗ καθάπαξ πεποίηκεν οὐδέν· ὡς ἂν τῇ κατὰ τὴν ἡμέραν ἀργίᾳ δηλώσειεν, ὅτι πάντα ἔχει πέρας αὐτῷ. Ὁ γὰρ καὶ τῇ πρώτῃ, καὶ τῇ δευτέρᾳ, καὶ τῇ τρίτῃ, καὶ τῇ τετάρτῃ, καὶ τῇ πέμπτῃ, καὶ τῇ ἕκτῃ, ἀεί τι καινὸν πεποιηκώς, ὃ λείπειν ἡγεῖτο (80) τῇ κτίσει (81), εὔδηλον ὅτι διὰ τοῦτο ἐπὶ τῇ ἑβδόμῃ τοῦ

B

INTERR. XXI.

Quamobrem supra cæteros septimo die benedixit Deus ?

Unusquisque dierum reliquorum peculiarem quamdam creationem sortitus est. Cum igitur usque ad diem septimum Deus creaturam omnem consummasset, dici septimo in creationis locum largitus est benedictionem, ne solus ille dies præ cæteris honore careret. Posuit autem istud : « Sanctificavit eum, » pro *segregavit*. Sæpe enim hoc ita intellectum reperitur in Scriptura divina. Nam et de Medis ait : « Sanctificati sunt, et ego duco eos, » hoc est, ad hoc segregati. Maxime autem Judæis ista scribens, necessario posuit hoc : « Sanctificavit eam : » ut majore cultu prosequantur Sabbatum. C Hoc enim in legibus quoque sanciendis ait : « Sex diebus creavit Dominus Deus tuus cœlum et terram, septimo autem die requievit ab omnibus operibus quæ patravit, et sanctificavit ipsum [c]. » **37** THEODORI. « Et consummavit Deus die sexto opera sua, quæ fecerat, et requievit die septimo [d], » et quæ sequuntur. Demonstrans quod sexto quidem die peregerat omnia, nempe nihil ejus novi adjecturus, siquidem in eis nihil desiderari putabat, cessavit ab opere, die septimo. Hac autem de causa diem hunc feriatum addidit, in quo nihil plane creavit, ut otio illo diurno certum esset ab eo omnia esse perfecta. Qui enim primo, secundo, tertio, quarto, quinto, et sexto die semper novi D quidpiam creaverat, quod in creaturis desiderari putabat, manifestum est idcirco die septimo ab agendo cessasse, ut otio septimi diei creationem perfectam esse declararet. Unde et septem diebus

[a] Levit. xi, 21-24. [b] Psal. viii, 7-9. [c] Exod. xx, 11.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI

[31] καὶ τὸν — ὅμοια αὐτῷ om. [32] Cat. p. 53. τῶν κητῶν τῶν μεγ.

NOTÆ.

(74) Cod. οὐ βδέλυγμα, et paucis interjectis, οὐ μιανθήσεσθε, sed perperam, utroque enim loco particula οὐ est a verbis sacri scriptoris aliena.

(75) Cod. καὶ ταῦτα. In textum autem recipienda fuit lectio Pici.

(76) *Καὶ ἀρχέτωσαν — τὰ θηρία σεσιώπηται.* Hæc e codice nostro supplenda fuerunt, cum in edit. Sirmond. desiderarentur. Eadem fere sunt, quæ Picus, p. 17 sq. exhibuit.

(77) *Ἐν ἓξ — ἡγίασεν αὐτήν.* Hæc partim e loco Exod. xx, 11, partim e Gen. ii, 2 desumpta sunt.

(78) *Ἕκτῃ.* Cod. ἑβδόμῃ.

(79) *Προστέθεικεν.* Cod. et Pic. προστεθεικώς.

(80) *Ὃ λείπ. ἡγ.* Cod. et Pic. οὐ λείπειν ἡγεῖτο.

(81) *Τῇ κτίσει — ἀργίᾳ.* Des. in cod.

Digitized by Google

circulum omnem dierum conclusit, cum hoc tamen ipsum sex diebus facere potuisset, quibus creationem consummaverat : ut sex quidem dies significatio sint eorum quæ creata sunt, septimus vero, omnia perfecta esse, et in eis nihil desiderari. Deinde ne quis existimaret septimum diem inutilem et superfluum esse, quod in eo Deus nullum opus fecerit, et ne detestandus omnibus putaretur, aut qui divinam operationem nullam promeruisset, facile nimirum suspicante aliquo, Deum velut die minus fortasse idoneo, nihil in eo faciendum censuisse, quemadmodum nonnulli feriatos dies deteriores censere solent : ne quid tale de septimo die existimaretur, subjecit : « Et benedixit Deus diei septimo, et sanctificavit eum [e]. » In quo demonstravit, **38** quod illum diem non inutilem putabat ad creandum, sed ad quietem accommodatum statuit. Itaque benedixit etiam ei : utpote qui reliquos quidem dies, aliquid in eis creando, summo honore prosecutus est : septimum autem, quod index sit opus creationis absolutum esse. Ob id « et sanctificavit eum » dixit, pro eo quod est, segregavit ad hoc, ut illius diei cessatione creationem adeptam esse finem demonstraret.

A ποιεῖν ἀπεπαύσατο, ὡς ἂν τῇ ἀργίᾳ τῇ ἐν αὐτῇ δείξειε τὸ πέρας εἰληφέναι τὴν κτίσιν. Ὅθεν καὶ ἐν ἑπτὰ ἡμέραις τὸν πάντα κύκλον τῶν ἡμερῶν περιέγραψε, δυνάμενος καὶ ἐν ταῖς ἓξ τοῦτο ποιῆσαι, ἐν αἷς συνεπλήρωσε τὴν κτίσιν· ἵνα αἱ μὲν ἓξ δήλωσις ὦσι τῶν γεγονότων, ἡ δὲ ἑβδόμη τοῦ πάντα εἰληφέναι πέρας, καὶ μηδὲν αὐτοῖς λείπειν ἔτι. Εἶτα ὡς μὴ [33] ἄχρηστος εἶναί τις καὶ περιττὴ νομίζοιτο ἡ ἑβδόμη οὐδὲν ἔργον δεξαμένη Θεοῦ, καὶ ὡς (82) μὴ βδελυκτή τις ὑπολαμβάνοιτο τοῖς πᾶσιν εἶναι, καὶ οὐκ ἠξιωμένη θείας τινὸς ἐργασίας, εὐκόλως ἄν τινος ὑποπτεύσαντος, ὅτι ὡς ἀνεπιτηδείᾳ τάχα ἡμέρᾳ οὐδὲ ποιῆσαί τι εἴλετο ἐν αὐτῇ, καθὼς ἔθος ἐνίοις τὰς φαυλοτέρας ἀπράκτους νομίζειν· ὡς ἂν μή τι τοιοῦτο καὶ περὶ τῆς ἑβδόμης ὑπολαμβάνοιτο, ἐπήγαγε· « Καὶ εὐλόγησεν ὁ Θεὸς τὴν ἡμέραν τὴν ἑβδόμην, καὶ ἡγίασεν αὐτήν. » Ἔδειξε γὰρ, ὅτι οὐκ ἄχρηστον τὴν ἡμέραν πρὸς τὸ ποιεῖν ἡγήσατο· ἀλλ' ἁρμόδιον ἔθετο εἰς ἀνάπαυσιν. Εὐλόγησεν οὖν καὶ αὐτήν· ἅτε τὰς μὲν λοιπὰς τῷ τι ποιῆσαι ἐν αὐταῖς τιμήσας, ταύτην δὲ τῷ ἔλεγχον εἶναι τοῦ πεπληρῶσθαι τὴν κτίσιν. Διὰ τοῦτο, « καὶ ἡγίασεν αὐτήν, » εἶπεν, ἀντὶ τοῦ, ἀφώρισε πρὸς τοῦτο, ὡς τῇ ἐπ' αὐτῇ ἀργίᾳ δεικνύηται (83) τὸ τῆς κτίσεως πέρας.

B

INTERR. XXII.

σον. Εἰ δέ τις τύφῳ χρώμενος τοῖς ὑπὸ τοῦ ἀρχιερέως, ἢ τοῦ κριτοῦ λεγομένοις ἀντείποι, θανάτῳ ζημιούσθω, καὶ γινέσθω τοῖς ἄλλοις ὠφελείας ἀρχέτυπον.

A quere. Quod si quis inflatus superbia responsis pontificis aut judicis obtemperare noluerit, morte multetur, et sit aliis utilitatis exemplar.

ΕΡΩΤ. ΙΗ'.

Τί δήποτε κελεύει τὸν ἄρχοντα ἵππους μὴ πληθύνειν;

Βούλεται αὐτοὺς τῷ Θεῷ μόνῳ θαρρεῖν. Διά τοι τοῦτο καὶ Δαβὶδ ὁ μακάριος ἐβόα· « Οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ. Ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν, ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. »

INTERR. XVIII.

Qua de causa statuit ne princeps multiplicet equos [n]?

Vult eos soli Deo fidere. Quapropter beatus David clamabat: « Non salvatur rex per multam virtutem: et gigas non salvabitur multitudine virtutis suæ. Fallax equus ad salutem: multitudine virtutis suæ non salvabitur [o]. »

ΕΡΩΤ. ΙΘ'.

Διατί τὴν αἰχμάλωτον θρηνεῖν τοὺς οἰκείους κελεύει ῥητὸν ἡμερῶν ἀριθμὸν εἰθ' οὕτω συναχθῆναι τῷ ταύτην ἀνδραποδίσαντι;

Οὐ βούλεται ἀναμιγῆναι θρῆνον εὐφροσύνῃ, οὐδὲ μειδιάματι δάκρυον. Τούτου χάριν προστέταξε καιρὸν (92) αὐτὴν τοῦ πένθους λαβεῖν τριάκοντα ἡμέρας, εἶθ' οὕτως τοῦ πένθους (93) ἀπαλλαγεῖσαν μεταλαχεῖν [14] τῆς γαμικῆς ὁμιλίας. Πρὸς δὲ τούτῳ καὶ τὴν ἐπιθυμίαν τὴν ἐκείνου κολάζει, κελεύων [15] μὴ τῆς ἡδονῆς τὸ πάθος, ἀλλὰ τὸν λογισμὸν τῆς κοινωνίας ἡγήσασθαι. Ἐὰν δὲ μετὰ τὴν κοινωνίαν παραιτήσηται (94) τὸν γάμον, ἀπολυθῆναι προστέταξε, μισθὸν τῆς κοινωνίας τὴν ἐλευθερίαν λαβοῦσαν.

INTERR. XIX.

B *Quamobrem præcipit captivam certo dierum numero lugere propinquos suos, tum copulari cum eo qui illam bello subjugarit* [p]?

Non vult misceri luctum cum lætitia, nec cum risu lacrymas. Propterea jussit puellam illam sumere triginta dierum tempus ad lugendum, atque ita finito luctu participem esse conversationis nuptialis. Præterea **275** viri etiam libidinem reprimit, jubens non voluptatis affectum, sed rationem conjunctioni dominari. Quod si post copulam ducere illam in uxorem recusct, dimitti eam, et consequi libertatem pro mercede copulæ præcepit.

ΕΡΩΤ. Κ'.

Διατί κοινὴν εἶναι βούλεται τὴν τῶν γονέων κατηγορίαν κατὰ παιδὸς γιγνομένην;

Ἐπειδὴ μαρτυρεῖ τῇ τῆς κατηγορίας ἀληθείᾳ τῶν κατηγορούντων ἡ συμφωνία. Συμβαίνει γὰρ πολλάκις, μάτην τοῦ πατρὸς κατηγοροῦντος, ἀντειπεῖν τὴν μητέρα· ἢ τῆς μητρὸς αἰτιωμένης, ἀντειπεῖν τὸν πατέρα. Τὰ αὐτὰ μέντοι καὶ ἀμφοτέρων κατηγορούντων, δῆλον ἔσται τῆς κατηγορίας τὸ ἀληθές. Οὗ δὴ χάριν ἀναιρεῖσθαι κελεύει τὸν οὕτω κατηγορούμενον.

INTERR. XX.

C *Qua de causa parentum accusationem adversus filium institutam vult esse communem* [q]?

Quia veritatem accusationis comprobat accusantium concordia. Contingit enim plerumque, patre sine causa filium deferente, matrem contradicere, aut conquerente matre, patrem reluctari. Ubi vero rem eamdem ambo deferunt, perspicua est accusationis veritas, propter quam interfici jubet eum qui sic accusatus erat.

ΕΡΩΤ. ΚΑ'.

Τί δήποτε τὸν νεοττοὺς ὀρνίθων εὑρηκότα, τούτους μὲν κελεύει λαβεῖν, τοὺς δὲ γεγεννηκότας ἀφεῖναι;

Φιλανθρωπίαν παιδεύει. Εἰ γὰρ τοὺς τεκόντας λάβοι, καὶ καταλίποι τοὺς νεοττούς, ἀπολοῦνται πάντως, οὐκ ὄντος τοῦ τρέφοντος. Εἰ δὲ καὶ τούτους κἀκείνους θηρεύσοι, διαφθαρήσεται δηλονότι τῶν ὀρνίθων [16] τὸ γένος, εἰ πάντες τὰ ὅμοια δράσαιεν.

INTERR. XXI.

Quare statuit ut is qui pullos avicularum repererit, eos capiat, parentes autem dimittat [r]?

D Humanitatem docet. Si enim parentes capiat relictis pullis, interibunt plane, cum desit qui nutriat eos. Sin autem hos et illos venando capiat, peribit utique genus avium, si omnes talia committant.

[n] Deut. xvii, 16. [o] Psal. xxxii, 16, 17. [p] Deut. xxi, 13. [q] ibid. 19. [r] Deut. xxii, 6, 7.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[14] cat. p. 1557. τριάκοντα — πένθους. Post λαβεῖν sequitur καὶ ἀπαλλαγεῖσαν, τότε μεταλαχεῖν. [15] κολάζων ἐκέλευσε. [16] τῶν ὀρνίθων om.

NOTÆ.

(92) *Καιρόν.* Uterque κόρον, forsan pro κόρην. (94) Cod. παραιτήσαιτο.
(93) *Πένθους.* In cod. sequitur λαβεῖν.

Digitized by Google

INTERR. XXII.

Cur hortatus est ambitu circumdare tectum planum [s] ?

Subsequentia docent. Ait enim : « Et non committes cædem in domo tua, si cadat, qui cadit ex ea [t]. » Cum enim ratione nos cohonestaverit, ea vult nos uti quando res exigit, et omnibus consulere, **276** nec imprudenter omnia Deo committere, sed quæ in nobis sunt conferentes, auxilium inde sperare. Ita dum seminamus, non collocamus fiduciam in terra : sed benevolentiam divinam præstolamur. Et dum medicis utimur, certo scimus a Deo procedere, quæ per eos confertur, sanitatem. Tantum enim valet ars, quantum voluerit is qui donavit illam.

INTERR. XXIII.

Quid hoc est : « Non conseres vineam tuam variis, ne sanctificetur quod natum fuerit, et semen ipsum quodcunque seminaveris, una cum fructu vineæ tuæ [u] ? »

Et inexplebili siti occasionem præripit, et agricolis providet. Terra enim consita diversis seminibus, exiliores fructus producit. Præcipit ergo, neque permista semina spargere, neque vites conseri. Deinceps multa transgressori indicta, reprehendit lucri cupiditatem. Nam hæc sibi ipsi offerri jussit. Siquidem ait : « Ne sanctificetur quod natum est. »

INTERR. XXIV.

Cur iisdem pœnis plecti jubet eum qui desponsatam alteri corruperit, quibus adulterum [v] ?

Quoniam desponsationis ei coaptavit symbola : unde etiam ipsam uxorem appellavit : « Humiliavit enim uxorem proximi [x]. » Hunc in modum sancta quoque Virgo nuncupata est uxor Josephi. « Ne timeas, ait, accipere Mariam conjugem tuam [y]. »

277 INTERR. XXV.

Cur eum, cui contriti aut excisi sunt testiculi, arcet ab ingressu in ecclesiam [z] ?

Sterilitas animæ per hæc denotatur. Alienum enim est a Deo, fructus bonorum operum non producere. Alioqui non solum in hominum genere, sed et in pecoribus tale quidpiam admitti prohibet : propterea quod ad multiplicationem generis creatæ sint hæ partes genitales. Verum sicuti sterilitatem

A

ΕΡΩΤ. ΚΒ'.

Τίνος χάριν στεγάστην τῷ δώματι γενέσθαι παρεκελεύσατο;

Ἐδίδαξε τὰ ἑξῆς. Ἔφη γάρ· « Καὶ οὐ ποιήσεις φόνον ἐν τῇ οἰκίᾳ σου, ἐὰν πέσοι ὁ πεσὼν ἀπ' αὐτοῦ. » Λόγῳ γὰρ ἡμᾶς τιμήσας, βούλεται τούτῳ εἰς δέον κεχρῆσθαι, καὶ πάντων προμηθεῖσθαι, καὶ μὴ ἀνοήτως πάντων παραχωρεῖν τῷ Θεῷ· ἀλλὰ τὰ παρ' ἑαυτῶν συνεισφέροντας ἀναμένειν τὴν ἐκεῖθεν βοήθειαν. Οὕτω σπείροντες οὐ θαῤῥοῦμεν τῇ γῇ, ἀλλὰ τὴν θείαν φιλανθρωπίαν προσμένομεν· καὶ χρώμενοι ἰατροῖς, ἴσμεν ὅτι τοῦ Θεοῦ τὸ διὰ τούτων ἰάσασθαι. Τοσαῦτα γὰρ ἡ τέχνη δύναται, ὅσαπερ ὁ ταύτην δεδωκὼς βούλεται.

B

ΕΡΩΤ. ΚΓ'.

Τί ἐστιν. « Οὐ κατασπερεῖς τὸν ἀμπελῶνά σου διάφορον, ἵνα μὴ ἁγιασθῇ τὸ γέννημα, καὶ τὸ σπέρμα, ὃ ἂν σπείρῃς μετὰ τοῦ γεννήματος τοῦ ἀμπελῶνός σου; »

Καὶ τὴν ἀπληστίαν ἐκκόπτει, καὶ αὐτῶν προμηθεῖται τῶν γεωργούντων. Πλείονα γὰρ ἡ γῆ σπέρματα δεχομένη, ἐξιτήλους δίδωσι τοὺς καρπούς. Κελεύει τοίνυν μήτε ἀναμεμιγμένα σπέρματα καταβαλεῖν (95), μήτε μὴν τὰς ἀμπέλους σπείρειν. Εἶτα τῷ παραβαίνοντι δίδωσιν ἐπιτίμιον, τὴν τοῦ κέρδους κολάζων ἐπιθυμίαν. Ἐκέλευσε γὰρ ἑαυτῷ (96) τὰ τοιαῦτα προσφέρεσθαι. Τοῦτο γὰρ εἶπεν, « Ἵνα μὴ ἁγιασθῇ τὸ γέννημα. »

C

ΕΡΩΤ. ΚΔ' [17].

Διατί [18] *τῷ μοιχῷ παραπλησίως κολάζεσθαι κελεύει τὸν φθείροντα τὴν ἄλλῳ μεμνηστευμένην;*

Ἐπειδὴ τὰ τῆς μνηστείας [19] (97) αὐτῇ συνήρμοσεν σύμβολα· ὅθεν καὶ γυναῖκα αὐτὴν (98) προσηγόρευσεν. « Ἐταπείνωσε γάρ, φησί, τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον. » Κατὰ τοῦτο καὶ [20] ἡ ἁγία Παρθένος γυνὴ τοῦ Ἰωσὴφ ἐχρημάτισεν. « Μὴ φοβηθῇς γάρ, φησί, παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκά σου. »

D

ΕΡΩΤ. ΚΕ'.

Διατί τὸν θλαδίαν καὶ τὸν ἐκτομίαν εἰσελθεῖν εἰς ἐκκλησίαν ἀπαγορεύει;

Τὸ [21] ἄγονον τῆς ψυχῆς διὰ τούτων αἰνίττεται. Ἀλλοτρία γὰρ Θεοῦ ἡ τῶν ἀγαθῶν [22] ἀκαρπία. Ἄλλως δὲ οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν κτηνῶν ἀπαγορεύει τὰ τοιαῦτα ποιεῖν· εἰς γὰρ τὴν τοῦ γένους αὔξησιν (99) τὰ γεννητικὰ δεδημιούργηται μόρια. Ὥσπερ δὲ τὴν ἀκαρπίαν

[s] Deut. xxii, 8. [t] ibid. 9. [u] ibid. [v] ibid. 22 seqq. [x] ibid. 24. [y] Matth. i, 20. [z] Deut. xxiii, 1.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[17] Qu. 24 in cat. p. 1554 scriptum habet vagum nomen Ἀδήλου. [18] cat. p. 1554. Διατί. [19] αὐτούς. [20] οὕτω καί. [21] Qu. 25 initium usque ad μόρια exstat in cat. p. 1557, ad cap. xxiii, 1. Reliqua vid. ib. advers. 2. [22] Θεῷ καὶ τῶν ἀρετῶν.

NOTÆ.

(95) Cod. καταβάλλειν.
(96) Ἑαυτῷ. Cod. αὐτῶν. Pic. αὐτῷ.
(97) Cod. αὐτοῦ.
(98) Αὐτὴν — γυναῖκα. Hæc ob ὁμοιοτέλευτα, ut videtur, omissa sunt in cod.
(99) Cod. et Pic. αὖξην.

Digitized by Google

ἀπαγορεύει, οὕτως καὶ τὸν πονηρὸν ἐκβάλλει καρπόν. « Οὐκ εἰσελεύσεται γὰρ (1), φησὶν, ἐκ πόρνης (2) εἰς Ἐκκλησίαν Κυρίου. »

ΕΡΩΤ. ΚΓ'.

Τί δήποτε τὴν πρὸς Μωαβίτας καὶ Ἀμμανίτας ἐπιμιξίαν κωλύει, οὐ κατὰ ῥητόν τινα χρόνον, ἀλλ' ἕως εἰς τὸν αἰῶνα;

Πρῶτον [23] διὰ τὴν παράνομον αὐτῶν ῥίζαν· ἐκ παρανόμου γὰρ γεγέννηται (3) συνουσίας. Ἔπειτα διὰ τὴν ἀσέβειαν, ἧς καὶ τοὺς Ἰσραηλίτας μεταλαχεῖν παρεσκεύασαν, ὡραΐσαντες τὰς γυναῖκας, καὶ διὰ τούτων αὐτοὺς εἰς τὴν τῶν εἰδώλων λατρείαν ἀγρεύσαντες. Τὸν μέντοι Ἰδουμαῖον, καὶ τὸν Αἰγύπτιον, μετὰ τρίτην κελεύει προσίεσθαι γενεάν· τὸν μὲν ὡς ἀδελφὸν, τὸν δὲ ὡς εὐεργέτην ἐν καιρῷ γεγενημένον. Λιμοῦ γὰρ προσπεσόντος, εἰς Αἴγυπτον (4) εἰσελθόντες οἱ πατέρες αὐτῶν διετράφησαν. Διδάσκει τοίνυν ἡμᾶς [24] ὁ νόμος μηδὲ παλαιᾶς εὐεργεσίας ἀμνημονεῖν (5).

ΕΡΩΤ ΚΖ'.

Τί ἐστιν, « Ὅτι Κύριος ὁ Θεός σου ἐμπεριπατεῖ ἐν τῇ παρεμβολῇ σου; »

Οἶδε [25] (6) πολλάκις δυσοσμίας ὁ ἀὴρ ἐμπιπλάμενος λοιμὸν ἐμποιεῖν. Ἐκέλευσε τοίνυν αὐτοῖς στρατοπεδευομένοις τὴν ἐκκρινομένην καταχωννύναι κόπρον. Ἵνα δὲ μὴ ἀπειθήσαντες βλάβην εἰσδέξωνται, ἀναγκαίως ἐπήγαγεν· « Ὅτι Κύριος ὁ Θεός σου ἐμπεριπατεῖ ἐν τῇ παρεμβολῇ σου, » καὶ τὴν αἰτίαν διδάσκει· « Ἐξελέσθαι (7) σε καὶ παραδοῦναι τὸν ἐχθρόν σου πρὸ προσώπου σου. » Διὰ δὲ τούτου παιδεύει μηδὲν πράττειν παράνομον. Τοῦτο γὰρ ἐπάγει· « Καὶ ἔσται (8) ἡ παρεμβολή σου ἁγία, καὶ οὐχ εὑρεθήσεται (9) ἐν σοὶ ἀσχημοσύνη πράγματος. »

ΕΡΩΤ. ΚΗ'.

Τί ἐστι τελεσφόρος, καὶ τελισκόμενος, καὶ τελισκομένη (10);

Ὥσπερ ἡμεῖς πιστοὺς ὀνομάζομεν τοὺς τῶν θείων μυστηρίων μετέχοντας, οὕτως τετελεσμένους ἐκάλει τὰ ἔθνη τοὺς δαιμόνων τινῶν διδασκομένους μυστήρια. Τελεσφόρον τοίνυν καλεῖ (11) τὸν μυσταγωγοῦντα, τελισκόμενον δὲ τὸν μυσταγωγούμενον.

A interdicit, ita fructum malum repellit : « Non enim ingredietur, inquit, ex meretrice natus in Ecclesiam Dei [a]. »

INTERR. XXVI.

Quare non ad certum tempus, sed in perpetuum vetat eos misceri cum Moabitis et Ammonitis [b] ?

In primis propter nefandam eorum originem, cum ex illegitimo congressu nati sint. Deinde propter impietatem, ad quam tentaverunt adducere Israelitas, adornantes uxores, et per eas ad cultum idolorum illos allicientes. Idumæum tamen et Ægyptium post tertiam generationem admitti jubet : illum quidem tanquam fratrem, hunc vero tanquam beneficum tempore opportuno. Urgente enim fame, patres eorum in Ægyptum ingredientes acceperunt alimenta. Lex igitur docet nos beneficii olim in nos collati non oblivisci.

B

278 INTERR. XXVII.

Quid hoc est : « Nam Dominus Deus tuus deambulat in castris tuis [c] ? »

Solet persæpe aer fetore perfusus pestem producere. Idcirco mandat agentibus in exercitu, ut quæ egeruntur excrementa, in terram defodiant. Ne autem non obedientes damnum aliquod inde sentirent, congruenter subdidit : « Quia Dominus Deus tuus deambulat in castris tuis, » et causam docet : « Ut eruat te, et tradat tibi hostem tuum ante faciem tuam [d]. » Sicque docet nos nihil agere debere quod sit indecorum. Hoc enim subjungit, « Et erunt castra tua sancta, et non invenietur in te rei turpitudo [e]. »

C

INTERR. XXVIII

Quid significant hæc, initians, initiatus, et initiata [f] ?

Quemadmodum nos fideles oppellamus eos qui sunt mysteriorum divinorum participes : ita gentes vocabant initiatos, qui dæmonum quorumdam imbuti erant mysteriis. Initiantem igitur dicit eum qui sacris imbuit : initiatum vero, qui sacris imbuitur.

[a] Deut. XXIII, 2. [b] ibid. 3. [c] ibid. 14. [d] ibid. 15. [e] ibid. 16. [f] ibid. 18.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[23] Qu. 26 initium usque ad ἀγρεύσαντες exstat in cat. p. 1559, ad cap. XXIII, 6. Reliqua vid. ib. p. 1560, ad vers. 7, 8. [24] ὑμᾶς. Deinde παλαιάς. [25] Qu. 29 tribus constat partibus. 1) Initium usque ad θλίψει μου, p. 279, exstat in cat. p. 1567, ad Deut. XXIII, 23, 24. 2.) πάλιν — ἔπαυσε vid. ib. p. 1561, ad cap. XXIV, 8, 9. 3.) καὶ μέντοι et rel. vid. ib. p. 1572, ad vers. 16.

NOTÆ.

(1) *Φησὶν.* Abest utroque loco.

(2) Uterque, πορνείας.

(3) Uterque γεγέννηται.

(4) *Εἰς Αἴγυπτον.* Des. utroque loco.

(5) In notis quas Lamb. Bos. editioni suæ versionis τῶν ὁ. adjecit, hæc ad Deut. XXIII, 3, leguntur : « Theodoretus in Expositione hujus loci hæc refert : Ἐν ἄλλῳ ἀντιγράφῳ οὕτως εὗρον· Οὐκ εἰσελεύσεται Μωαβίτης καὶ Ἀμμανίτης εἰς ἐκκλησίαν, καὶ ἕως εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ ἕως δεκάτης γενεᾶς οὐκ εἰσελεύσεται. » Hæc quo jure ad Theod. pertineant, nescio.

(6) *Οἶδε.* Mallem legere εἴωθε, si codicis cujusdam succurreret auctoritas.

(7) Cod. et Pic. ἐξελεύσεσθαι.

(8) *Ἔσται.* Des. utroque loco.

(9) *Εὑρεθήσεται.* Hæc lectio consentit cum cod. Oxon. Recepta lectio Deut. XXIII, 14. est ὀφθήσεται.

(10) Verba in quæ h. l. commentatur Theod. absunt a textu Hebraico. Desunt quoque in edit. Complut. Id monuit Bosius in Notis ad h. l. versionis Græcæ.

(11) *Καλεῖ.* Bosius l. c. ἐκάλει.

Digitized by Google

INTERR. XXIX.

Quid est hoc : « Quæ egrediuntur e labiis tuis servabis [g] *? »*

Ubi promiseris aliquid Deo, existima debitum esse quod pollicitus es. Da igitur operam, ut quamprimum eam præstes. Hoc enim ait : « Non tardabis reddere votum tuum, quoniam requirens requiret Dominus **279** Deus tuus a te : et erit tibi peccatum [h]. » Postea docens esse in facultate animi promittere, aut non, subjunxit : « Si autem nolueris vovere, non erit tibi peccatum [i]. » Unde etiam beatus David dicit : « Reddam tibi vota mea quæ edixerunt labia mea : et locutum est os meum in afflictione mea [j]. » Denuo fereus legem de lepra commemorat Mariam dicens : « Memineris quæ fecerit Deus tuus ipsi Mariam in via [k]. » Immuens fuisse plagam a Deo missam, quam peccantibus ipsis inflixit Deus, et rursum cum pœnitentiam egissent cessare fecit. Cæterum solvit etiam dubium super comminatione erga filios. Dixit enim : « Non morientur patres pro filiis, neque filii pro parentibus. Unusquisque ob proprium peccatum morietur [l]. » Nam erat verisimile, et patres consulere quidem filiis quæ conducebant, nihil autem proficere propter illorum contumaciam, et filios patribus meliores esse.

INTERR. XXX.

Quare cum Deus præceperit [m] *delinquentem vapulare quadraginta plagis, Judæi una minus inferunt ?*

Quia major numerus vapulantem infamat : « Si enim cæciderint eum pluribus, deformis erit frater tuus in conspectu tuo [n]. » Una minus infligunt, ne exactum observantes numerum, etiam nolentes vapulantem infament, redundantem inferentes.

280 INTERR. XXXI.

Quid est, « Non obligabis os bovis triturantis [o] *? »*

Hujus mandati spiritualem intellectum aperte docuit sanctus Apostolus [p]. Attamen ipse litteræ sensus valde pius est. Siquidem periniquum est terram arantem, et messem cum labore triturantem, fructus non esse participem.

INTERR. XXXII.

Qua de causa conspui jubet fratrem defuncti sine liberis, uxorem ejus ducere nolentem [q] *?*

Necessitatem diligendi fratris imponens ex in-

ΕΡΩΤ. ΚΘ'.

Τίνα ἐστὶ, « Τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων σου φυλάξῃ ; »

Ἐπαγγελλόμενος τῷ Θεῷ, χρεὸς νόμιζε (12) τὴν ὑπόσχεσιν. Σπούδασον τοίνυν ταύτην ἀποδοῦναι συντόμως. Τοῦτο γὰρ ἔφη· « Οὐ χρονιεῖς ἀποδοῦναι τὴν εὐχήν σου, ὅτι ἐκζητῶν ἐκζητήσει Κύριος ὁ Θεός σου παρὰ σοῦ, καὶ ἔσται (13) σοι [16] ἁμαρτία. » Εἶτα διδάσκων, ὅτι τῆς ἐξουσίας ἐστὶ τῆς γνώμης τὸ ὑποσχέσθαι ἢ μὴ, ἐπήγαγεν· « Ἐὰν δὲ μὴ θελήσῃς εὔξασθαι, οὐκ ἔσται σοι ἁμαρτία. » Ὅθεν καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ [17] · « Ἀποδώσω σοι τὰς εὐχάς μου, ἃς διέστειλε τὰ χείλη μου, καὶ ἐλάλησε τὸ στόμα μου ἐν τῇ θλίψει μου. » Πάλιν μέντοι [18] τὸν περὶ τῆς λέπρας τεθεικὼς νόμον, τῆς Μαρίας ἀνέμνησε, λέγων · « Μνήσθητι ὅσα ἐποίησε Κύριος ὁ Θεός σου τῇ Μαρίᾳ (14) ἐν τῇ ὁδῷ · » διδάσκων ὡς θεήλατος ἡ πληγὴ, καὶ ταύτην αὐτοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐπέφερεν ὁ Θεός· καὶ αὖ πάλιν μεταμελουμένων ἔπαυσε [19]. Καὶ μέντοι καὶ περὶ τῆς τῶν παίδων ἀπειλῆς τὸ ἀμφίβολον ἔλυσεν. Ἔφη γάρ· « Οὐκ ἀποθανοῦνται πατέρες ὑπὲρ τέκνων, οὐδὲ τέκνα ὑπὲρ πατέρων. Ἕκαστος τῇ ἑαυτοῦ (15) ἁμαρτίᾳ ἀποθανεῖται. » Εἰκὸς γὰρ καὶ πατέρας συμβουλεύσαι μὲν παισὶ τὰ συμφέροντα· μηδὲν δὲ διὰ τὴν ἐκείνων ἀπείθειαν ὀνῆσαι· καὶ παῖδας κρείττους τῶν πατέρων γενέσθαι.

ΕΡΩΤ. Λ'.

Τί δήποτε τοῦ Θεοῦ κελεύσαντος τεσσαράκοντα λαμβάνειν τὸν πλημμελήσαντα μάστιγας (16), *παρὰ μίαν πληγὴν ἐπιφέρουσιν οἱ Ἰουδαῖοι ;*

Ἐπειδὴ ὁ πλείων ἀριθμὸς τὸν αἰκιζόμενον ἀτιμοῖ · « Ἐὰν γὰρ προσθῶσι (17) μαστιγῶσαι αὐτὸν, ἀσχημονήσει ὁ ἀδελφός σου ἐναντίον σου. » Παρὰ μίαν διδόασιν, ἵνα μὴ τὸν ἀκριβῆ φυλάττοντες ἀριθμὸν, καὶ ἄκοντες τὸν τυπτόμενον ἀτιμάσωσι, τὸν περιττὸν [20] ἐπιφέροντες.

ΕΡΩΤ. ΛΑ'.

Τί ἐστιν, « Οὐ φιμώσεις βοῦν ἀλοῶντα ; »

Τὸ μὲν τῆς ἀναγωγῆς νόημα σαφῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν ὁ θεῖος Ἀπόστολος (18). Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ πρόχειρον εὐσεβές. Ἄδικον γὰρ τὸν ἀρόσαντα τὴν γῆν, καὶ τὰ δράγματα σὺν πόνῳ τέμνοντα, μὴ μετασχεῖν (19) τοῦ καρποῦ.

ΕΡΩΤ. ΛΒ'.

Τί δήποτε ἐμπτύεσθαι κελεύει τὸν τοῦ ἄπαιδος ἀδελφοῦ τὴν γυναῖκα μὴ βουλόμενον γῆμαι ;

Ἀνάγκην αὐτοῖς διὰ τῆς ἀτιμίας φιλαδελφίας

[g] Deut. xxiii, 23. [h] ibid. 21. [i] ibid. 22. [j] Psal. lxv, 13. [k] Deut. xxiv, 9. [l] ibid. 16. [m] Deut. xxv, 3. [n] ibid. [o] ibid. 4. [p] I Cor. ix, 9, 10. [q] Deut. xxv, 9.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[16] cat. p. 1567. ἐν σοί. [17] βοᾷ Δαβίδ. [18] cat. p. 1571. πάλαι μέντοι. [19] μεταβαλλομένων ἔπαυε. [20] τὸ περιττόν.

NOTÆ.

(12) Cod. νομίζειν. Pic. νομίζων.
(13) *Σοί*. Recepta lectio l. c. est ἐν σοί.
(14) *Μαρίᾳ*. Cod. et Pic. rectius Μαριάμ. Ita quoque in præced. legendum est τῆς Μαριάμ.
(15) *Ἑαυτοῦ* Cod. et Pic. ἴδίᾳ.
(16) *Μάστιγας*. Des. utroque loco.
(17) *Προσθῶσι*. Hæc est lectio cod. Alex. et edit. Ald. ac Compl. Recepta lectio est προσθῇς.
(18) *Ἀπόστολος*. Cod. et Pic. Παῦλος.
(19) Uterque μεταλαγχάνειν.

Digitized by Google

ἐπιθεῖς. Ἄμεινον μὲν γὰρ ἦν διὰ τὴν φύσιν προμηθεῖσθαι τοῦ τεθνηκότος. Ἐπειδὴ δὲ οὐχ ἅπαντες αἰδοῦνται τὸν τῆς φύσεως νόμον, τὴν τῆς ἀτιμίας αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπέθηκεν.

famia. Præstantius enim erat ex affectione naturali consulere mortuo. Sed quia non omnes naturæ legem reverentur, infamiæ necessitatem illis imponit.

ΕΡΩΤ. ΛΓ [31].

Διατί παντελεθρίᾳ κελεύει παραδοῦναι τὸν Ἀμαλήκ;

Καὶ [31] δυσσεβεῖς ἦσαν, καὶ μισάδελφοι. Καὶ γὰρ ἐκ τοῦ Ἡσαῦ κατάγοντες τὸ γένος, πρῶτοι τὸν κατὰ τοῦ Ἰσραὴλ ἀνεδέξαντο πόλεμον, καὶ ταῦτα πόρρωθεν ὄντος, καὶ τοῖς ὁρίοις αὐτῶν μὴ πελάσαντος. Ἐδίδαξε δὲ (20) πάλιν σαφέστερον, ὡς δύο ἀφορίζεσθαι δεκάτας προσέταξεν. Ἔφη δὲ οὕτως· « Ἐὰν δὲ συντελέσῃς ἀποδεκατῶσαι πᾶν τὸ ἐπιδέκατον τῶν γεννημάτων τῆς γῆς σου, ἐν τῷ ἔτει τῷ τρίτῳ, τὸ δεύτερον ἐπιδέκατον δώσεις τῷ Λευίτῃ, καὶ τῷ προσηλύτῳ, καὶ τῇ χήρᾳ, καὶ τῷ ὀρφανῷ καὶ φάγονται ἐν ταῖς πόλεσί σου καὶ ἐμπλησθήσονται (21). » Ὅτι μέντοι οὐκ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ τῷ λαῷ ταύτην τὴν διδασκαλίαν ὁ προφήτης προσήνεγκε, καὶ ταῦτα δηλοῖ. « Προσέταξε γὰρ, φησὶ, Μωσῆς καὶ ἡ γερουσία Ἰσραὴλ, λέγοντες· Φυλάσσεσθε ποιεῖν πάσας τὰς ἐντολὰς ταύτας, ὅσας ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν σήμερον. » Εἶτα ἐκέλευσεν ὁ Δεσπότης Θεὸς, μετὰ τὸ διαβῆναι τὸν Ἰορδάνην, δύο στῆσαι λίθους μεγάλους, καὶ κονιάσαι αὐτοὺς, καὶ αὐτοῖς (22) ἐπιγράψαι τὰς ἐντολάς· ἔπειτα ἐκ λίθων αὐτοφυῶν οἰκοδομῆσαι θυσιαστήριον ἐν τῷ ὄρει Γεβάλ, καὶ τὰς νενομισμένας ἐπιτελέσαι θυσίας· καὶ πρὸς ταῖς ἄλλαις, οἷόν τινα χαριστήριον, τὴν τοῦ σωτηρίου· καὶ μετὰ ταῦτα εὐωχηθῆναι, τὸν εὐεργέτην ἀνυμνοῦντας Θεόν.

INTERR. XXXIII.

Cur mandat deleri prorsus Amalecitas [r]?

Et impii erant, et fratres oderant. Nam etsi ab Esauo genus ducerent, primi susceperunt bellum adversus Israelem, qui tamen procul erat, et necdum attigerat terminos illorum. Deinde clarius ostendit quod duas decimas seponi præceperit. Sic autem ait : « Cum compleveris decimare omnem decimam ex frugibus terræ tuæ, anno tertio secundam dabis decimam Levitæ, advenæ, viduæ, et pupillo : et comedent in urbibus tuis, et saturabuntur [s]. » Quod ergo non unico die propheta doctrinam hanc populo proposuerit, ista demonstrant. « Præcepit enim, inquit, **281** Moses et senatus Israel, dicentes : Videte ut impleatis omnia præcepta hæc, quæ ego præcipio vobis hodie [t]. » Postea jussit Dominus Deus, Jordane transmisso, duos erigere lapides ingentes calce illitos, et illis hæc mandata insculpere : tum in monte Gebal ædificari sibi altare ex lapidibus naturalibus et rudibus, et lege præscripta sacrificia peragere, et præter alia, velut gratiarum quoddam sacrificium, sacrificium eucharisticum : postremo epulari, Deum benefactorem collaudantes.

ΕΡΩΤ. ΛΔ'.

Τί δήποτε καταραῖς αὐτοὺς καὶ εὐλογίαις ὑπέβαλεν;

Ὁ Δεσπότης Χριστὸς τὰ τέλεια μαθήματα τοῖς τελείοις προσενεγκὼν, βασιλείαν μὲν οὐρανῶν τοῖς ταῦτα πληροῦσιν ὑπέσχετο, ἠπείλησε δὲ τοῖς παραβαίνουσι γέενναν. Ἰουδαίοις δὲ χαμαιπετὲς ἔχουσι καὶ χαμαίζηλον φρόνημα, τὰς τῇ γῇ προσηκούσας ἀρὰς καὶ εὐλογίας ἀπένειμεν. Οἱ γὰρ μηδὲ τοῖς ὁρωμένοις πιστεύσαντες θαύμασι, πῶς ἂν ἐδέξαντο τὰ τῷ μέλλοντι βίῳ προσήκοντα; Ἐπισημήνασθαι δὲ χρὴ, ὡς τὰς μὲν εὐλογίας ταῖς ἐκ τῶν ἐλευθέρων βεβλαστηκυίαις φυλαῖς ἀπένειμε, καὶ τὴν ἱερατικὴν ἐνταῦθα τῷ λαῷ συνηρίθμησε (23), καὶ τὴν τοῦ

INTERR. XXXIV.

Qua de causa subjecit eos maledictionibus et benedictionibus?

Cum Dominus Christus sublimiores doctrinas traderet perfectis, pollicitus est implentibus ista regnum cœlorum, transgressoribus autem gehennam comminatus est. At vero Judæis præditis animo humi repente, et terrena sapiente, terrenas maledictiones et benedictiones attribuit. Qui enim ne conspicuis quidem miraculis credebant, quomodo suscepissent quæ spectant ad vitam futuram? Notandum est autem benedictiones eum impertiisse tribubus, quæ ortum ducebant ex iis qui nati erant liberi, et quod una cum populo

[r] Deut. xxv, 19. [s] Deut. xxvi, 12. [t] Deut. xxvii, 1.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[31] Qu. 33 pariter tribus constat partibus. 1.) Initium usque ad πελάσαντος exstat in cat. p. 1580, ad cap. xxv, 17-19. 2.) ἐδίδαξε — σήμερον, p. 281, vid. ib. p. 1581, ap. cap. xxvi, 7-12. 3.) εἶτα ἐκελ. et rel. vid. ib. p. 1585, ad cap. xxvii, 1, 2. — Qu. 34 his octo absolvitur partibus. 1.) Initium usque ad τὴν φωνὴν p. 202, exstat in cat. p. 1586, ad cap. xxvii, 11, 12. 2.) τοῖς δὲ — ἀπολαύετε vid. ib. p. 1593, ad cap. xxviii. 9. 3.) τὸ μέντοι — ὑποκάτω vid. ib. ad vers. 13. 4.) εἶτα — οὐρανὸς, p. 283, vid. ib. p. 1595, ad vers. 21-23. 5.) ἔπειτα — διάνοιαν, vid. ib. p. 1596, ad vers. 30, 31. 6.) προστίθησι — ἀπιστίαν vid. ib. p. 1598, ad vers. 32-43. 7.) προεῖπεν — ἐντολὰς vid. ib. p. 1599. ad vers. 51-33. 8.) ἠπείλησεν et rel. vid. ib. p. 1602, ad vers. 67, 68.

NOTÆ.

(20) Ἐδίδαξε. Hæc et quæ proxima sunt, succinctum commentarium in caput xxvi et xxvii complectuntur.

(21) Ἐμπλησθήσονται. Recepta lectio est εὐφρανθήσονται.

(22) Αὐτοῖς. Cod. et Pic. ταύτας.

(23) Cod. συνηριώθησεν. Minus bene.

Digitized by Google

tribum sacerdotalem connumeravit. Insuper tribui Josephi, quæ duplex erat, velut unicæ benedicere jussit. Maledictiones vero semiservis constituit: et cum ipsis propter numerum tribuum collocavit Rubenem et Zabulonem: illum ut in scelus prolapsum; hunc velut postremum filiorum Leæ. Maledici autem ante alios omnes jubet eos qui **282** sunt erga divinum Numen impii, et simulacra manufacta adorant. Secundo loco eos qui delinquunt in patres. Æquum enim est secundum Deum eos colere, per quos consecuti sumus ut exsistamus. Tum illos qui cæcis illudunt, et eos a recta via seducere nituntur, et ut in universum dicam, omnes qui supradicta mandata prætergrediuntur. Sacerdotibus autem hæc pronuntiantibus jussit populum respondere, Fiat, fiat: veluti subscriptionem quamdam tabellæ vocem hanc ab ipsis referens. At vero mandata divina servantibus omnimodas contulit benedictiones, et urbes ac vicos habitantibus, filiorum prosperitatem et multitudinem, gregum et armentorum fecunditatem, terræ fertilitatem, tranquillitatem tempore pacis, in bellis denique victoriam, et his similia. Addidit etiam corporeis spiritualem benedictionem: « Constituat te Dominus sibi populum sanctum, sicut juravit patribus tuis [u]. » Adjecitque talem conditionem: « Si audieris vocem Domini Dei tui, et ambulaveris in viis ejus [v]. » Qui enim isthæc viderint aut audierint, metuent, secum reputantes providentiam divinam qua fruimini. Porro illud: « Esse caput, et non caudam [x], » imperantem et non servientem vult dicere. Hoc enim subdidit: « Et eris supra, et non subter. » Postea subjicit et maledictiones, contraria prædictis benedictionibus continentes, sterilitatem, infelicitatem, inopiam, morbos, miseriam, famem, pestem, bellum, cladem, pluviarum penuriam, **283** infecunditatem terræ. Hoc enim significat « terra ferrea, et cœlum æneum [y]. » Insuper quæ contingere solent in obsidione: « Accipies uxorem, et vir alius veniet, et ducet eam; ædificabis domum, et non habitabis in ea; plantabis vineam, et non vindemiabis eam. Mactabitur coram te vitulus, et non comedes de eo [z]; » et quæ sequuntur ejusdem sunt sententiæ. Adjungit etiam comminationes ulcerum, et varias afflictiones, et mancipationes, et quod omnium gra-

A Ἰωσὴφ διπλῆν οὖσαν, ὡς μίαν πρυσέταξεν εὐλογεῖν. Τὰς δὲ κατάρας τοῖς ἡμιδούλοις ἐκλήρωσε· συντάξας αὐτοῖς διὰ τὸν τῶν φυλῶν ἀριθμὸν, τὸν Ῥουβεὶν καὶ τὸν Ζαβουλών· τὸν μὲν ὡς ἁμαρτίᾳ (24) περιπεπτωκότα, τὸν δὲ ὡς ἔσχατον τῶν τῆς Λείας υἱῶν (25). Ἐπαρᾶσθαι δὲ πρὸ τῶν ἄλλων πάντων ἐκέλευσε τοῖς εἰς τὸ θεῖον ἀσεβοῦσι, καὶ τὰ χειροποίητα προσκυνοῦσιν ἀγάλματα. Εἶτα τοῖς εἰς τοὺς πατέρας παρανομοῦσι. Μετὰ γὰρ τὰ θεῖα δίκαιον θεραπεύειν τούτους, δι' ὧν εἰς τὸ εἶναι παρήχθημεν. Ἔπειτα τοῖς ἐπικερτομοῦσι τοὺς [32] τὸ βλέπειν ἀφῃρημένους, καὶ τῆς εὐθείας αὐτοὺς ἐκτρέπειν ὁδοῦ πειρωμένοις· καὶ ἁπαξαπλῶς τοῖς τὰς προειρημένας παραβαίνουσιν ἐντολάς. Ταῦτα δὲ τῶν ἱερέων λεγόντων, ἐπιλέγειν ἐκέλευσε (26) τὸν λαὸν, Γένοιτο, B γένοιτο (27)· οἷον ὑπογραφήν τινα γραμματείου ταύτην παρ' αὐτῶν κομιζόμενος τὴν φωνήν. Τοῖς δὲ τὰς θείας φυλάττουσιν ἐντολὰς, τὰς παντοδαπὰς δέδωκεν εὐλογίας, καὶ τοῖς τὰς πόλεις καὶ τὰς κώμας οἰκοῦσιν εὐπαιδίαν, πολυπαιδίαν, ποιμνίων καὶ βουκολίων πολυγονίαν, καὶ τὴν ἀπὸ γῆς εὐκαρπίαν, τὴν ἐν εἰρήνῃ διαγωγὴν, τὴν ἐν πολέμοις νίκην· καὶ τὰ τούτοις προσόμοια. Ταῖς δὲ σωματικαῖς καὶ πνευματικὴν εὐλογίαν προστέθεικεν· « Ἀναστήσαι σε Κύριος ἑαυτῷ λαὸν ἅγιον, ὃν τρόπον ὤμοσε τοῖς πατράσι σου. » Καὶ (28) τοῦτον δὲ προστέθεικε τὸν διορισμόν· « Ἐὰν εἰσακούσῃς (29) τῆς φωνῆς Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, καὶ πορευθῇς ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ. » Ταῦτα γὰρ οἱ μὲν ὁρῶντες, οἱ δὲ ἀκούοντες φοβηθήσονται, C λογιζόμενοι τὴν θείαν κηδεμονίαν ἧς ἀπολαύετε (30). Τὸ μέντοι, « Γενέσθαι εἰς κεφαλὴν, καὶ μὴ εἰς οὐρὰν, » ἄρχοντα λέγει καὶ μὴ δουλεύοντα. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγε· « Καὶ ἔσῃ τότε ἐπάνω, καὶ οὐχ ὑποκάτω. » Εἶτα πάλιν ἐπιφέρει τὰς ἀρὰς τἀναντία τῶν προρρηθεισῶν ἐχούσας εὐλογιῶν, ἀγονίαν (31), δυσκληρίαν, ἔνδειαν, νόσους, ταλαιπωρίαν, λιμὸν, λοιμὸν, πόλεμον, ἧτταν, ἀνομβρίαν, γῆς ἀκαρπίαν. Τοῦτο γὰρ « ἡ σιδηρᾶ γῆ » δηλοῖ, καὶ « ὁ χαλκοῦς οὐρανός. » Ἔπειτα τὰ ἐν πολιορκίᾳ γινόμενα· « Γυναῖκα λήψῃ, καὶ ἀνὴρ ἕτερος ἥξει (32) καὶ ἄξει αὐτήν [33]· οἰκίαν οἰκοδομήσεις, καὶ οὐκ ἐνοικήσεις ἐν αὐτῇ· ἀμπελῶνα φυτεύσεις, καὶ οὐ τρυγήσεις αὐτόν· ὁ μόσχος σου ἐσφαγμένος ἐναντίον σου, καὶ μὴ φάγῃ (33) ἐξ αὐτοῦ· » καὶ τὰ ἑξῆς (34) τὴν αὐτὴν ἔχει (35) διάνοιαν [34]. D Προστίθησι δὲ καὶ ἑλκῶν ἀπειλὰς, καὶ παθημάτων διαφορὰς, καὶ ἀνδραποδισμοὺς, καὶ (36) τὸ πάντων

[u] Deut. xxviii, 9. [v] ibid. [x] ibid. 13. [y] ibid., 23. [z] ibid. 30, 31.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[32] cat. p. 1586, τοῖς et deinde ἀφῃρημένοις. [33] cat. p. 1596, ἀνὴρ ἕτ. ἕξει αὐτήν. [34] ἑξῆς δὲ τὴν αὐτὴν τούτοις ἔχ. διάνοιαν.

NOTÆ.

(24) *Ὡς ἁμαρτίᾳ.* Cod. τῆς ἁμαρτίας.
(25) Cod. υἱεων, omisso accentu, pro υἱέων.
(26) *Ἐκέλευσε.* Des. in cod, et apud. Pic
(27) *Γένοιτο.* Non repetitur utroque loco.
(28) *Καί.* Des. utroque loco.
(29) Cod. et Pic. εἰσακούσῃ.
(30) Cod. ἀπολάβεται.
(31) Uterque ἀγωνίαν
(32) *Ἥξει — αὐτήν.* Cod omittit ἥξει καί. Pic. λήψεται αὐτήν.
(33) *Μὴ φάγῃ.* Uterque οὐ φάγεις.
(34) *Ἑξῆς* Cod. addit δέ.
(35) *Ἔχει.* Cod. præm. τούτοις.
(36) *Καί.* Des. utroque loco.

Digitized by Google

χιλεπώτατον· « Ὁ προσήλυτος, φησὶν, ὅττις ἔστι σοι (37), ἀναβήσεται ἐπὶ σὲ ἄνω, σὺ δὲ καταβήσῃ κάτω. » Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τῶν ἐθνῶν τὴν εὐσέβειαν, καὶ τὴν αὐτῶν (38) ἀπιστίαν[35] προεῖπεν αὐτοῖς, καὶ τὴν ὑπὸ Ἀσσυρίων, καὶ Βαβυλωνίων, καὶ Μακεδόνων, καὶ τὸ τελευταῖον τῆς ὑπὸ Ῥωμαίων γεγενημένης πολιορκίας (39) τὰς (40) συμφορὰς[36]. « Φαγῇ γὰρ, ἔφη, τὰ ἔκγονα (41) τῆς κοιλίας σου, κρέα (42) υἱῶν σου καὶ θυγατέρων σου, ὅσα ἔδωκέ σοι Κύριος ὁ Θεός σου (43), ἐν τῇ στενοχωρίᾳ σου[37], καὶ ἐν τῇ θλίψει σου, ᾗ θλίψει σε ὁ ἐχθρός σου· » καὶ τὰ ἄλλα ὅσα μετὰ τὴν πεῖραν ὁ προφήτης Ἱερεμίας ἔφη τοὺς θρήνους συγγράφων. Ἠπείλησε δὲ οὐ μόνον ταύτας, ἀλλὰ καὶ ἑτέρας πολλαπλασίας ἐποίσειν αὐτοῖς τιμωρίας, τὰς θείας παραβαίνουσιν ἐντολάς. Ἠπείλησεν αὐτοῖς καὶ τὴν Αἰγυπτίων δουλείαν, ἧς πεῖραν λαβόντες ἔναυλον εἶχον τὴν μνήμην. « Οἱ γὰρ ἐξανδραποδίζοντές σε, φησὶν, ἐκεῖνοί σε ἀποδώσονται. »

A vissimum est: « Advena, inquit, qui est apud te, ascendet supra te: tu vero descendes deorsum [a]. » Obscure per hæc innuit cultum divinum inter gentes, et ipsorum Judæorum incredulitatem prædixit ipsis, et futuræ ab Assyriis, Babyloniis, Macedonibus, et tandem a Romanis obsidionis calamitates: « Comedes enim, inquit, filios ventris tui, carnem filiorum tuorum ac filiarum tuarum, quæ tibi donaverit Deus, tempore angustiæ et afflictionis tuæ qua te affliget inimicus tuus [b]; » et reliqua alia, quæ post eventum rei Jeremias propheta retulit in lamentationibus ab eo scriptis. Nec solum comminatus est ista, sed et alia omnium generum supplicia se illaturum ipsis transgredientibus mandata divina. Sed comminatus etiam est eis servitutem Ægyptiacam, quam erant experti, cujusve recentem habebant memoriam: « Qui enim te mancipaverint ait, te vendent. »

B

ΕΡΩΤ. ΛΕ'.

Ταύτας (44) τὰς ἀρὰς, καὶ τὰς εὐλογίας τοῖς τοιούτων οὐκ ἐδεδώκει πατράσιν. Ἔχει τοίνυν ἡ βίβλος αὕτη καινήν τινα παρὰ τὰς ἄλλας διδασκαλίαν.

Ἐπεσημήνατο τοῦτο καὶ ὁ προφήτης. Ἐπληρωκὼς γὰρ τὸν περὶ τῶν ἀρῶν καὶ τῶν εὐλογιῶν λόγον, ἐπήγαγεν· « Οὗτοι οἱ λόγοι τῆς διαθήκης, ἧς ἐνετείλατο[38] Κύριος τῷ Μωσῇ στῆσαι τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ ἐν γῇ Μωάβ, πλὴν τῆς διαθήκης ἧς διέθετο αὐτοῖς ἐν Χωρήβ. » Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν αὐτοὺς εἰσάγειν (45) εἰς ἣν ἐπηγγείλατο γῆν, ἀναγκαίως καὶ ταῖς τῶν ἀγαθῶν ἐπαγγελίαις προτρέπει, καὶ ταῖς τῶν τιμωριῶν ἀπειλαῖς καταπλήττει, καὶ πάντα κινεῖ πόρον εἰς τὴν τῶν ψυχῶν αὐτῶν ἰατρείαν.

C

284 INTERR. XXXV

Maledictiones istas et benedictiones patribus eorum non dederat. Habet igitur liber iste præter cæteros novam quamdam doctrinam.

Hoc etiam propheta notavit. Nam completo sermone de maledictionibus et benedictionibus, subjunxit: « Hæc sunt verba testamenti, quod mandavit Dominus Mosi, ut constitueret cum filiis Israel in terra Moab, præter fœdus quod pepigerat cum ipsis in monte Horeb [c]. » Introducturus enim illos in terram promissam, opportune bonorum pollicitationibus blanditur, et pœnarum comminationibus terrefacit eos, omnem denique movet lapidem, ut eorum sanet animos.

ΕΡΩΤ. ΛϚ'.

Τί δήποτε πλείους τῶν εὐλογιῶν αἱ ἀραί;

Τοὺς πονηροὺς οἰκέτας οὐ τοσοῦτον ὠφελοῦσιν αἱ τῆς ἐλευθερίας ἐπαγγελίαι, ὅσον τῶν μαστίγων αἱ ἀπειλαί.

INTERR. XXXVI.

Cur plures sunt maledictiones quam benedictiones?

Improbi servi non tam moventur promissionibus libertatis, quam plagarum comminationibus.

ΕΡΩΤ. ΑΖ'.

Πῶς νοητέον τὸ, « Οὐκ ἔδωκε Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῖν καρδίαν[39] εἰδέναι, καὶ ὀφθαλμοὺς βλέπειν, καὶ ὦτα ἀκούειν, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης; »

Ὡς τὸ, « Παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς ἀδόκιμον νοῦν· » καὶ, « Παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς πάθη ἀτιμίας· » καὶ, « Ἐσκλήρυνε Κύριος[40] τὴν καρδίαν Φαραώ. » Ἀγα-

INTERR. XXXVII.

Quomodo intelligendum est illud: « Non dedit Dominus Deus vobis cor ad intelligendum, nec oculos ad videndum, neque aures ad audiendum, usque ad hodiernum diem [d]? »

Intelligi debet sicut illud: « Tradidit illos in reprobum sensum; » et: « Tradidit eos in passiones ignominiæ [e]; » et: « Induravit Dominus Deus cor

D

[a] Deut. xxviii, 43. [b] ibid. 53. [c] Deut. xxix, 1. [d] ibid. 4. [e] Rom. i, 26, 28.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[35] cat. p. 1598. ad ἀπιστίαν ponitur punctum, omisso commate post αὐτοῖς. [36] τὴν ὑπὸ Ῥωμαίων γεγενημένην πολιορκίαν, καὶ τῆς πολιορκίας τὰς συμφοράς. [37] ὅσα — στενοχ. σου om. [38] cat. p. 1603. ὅσα ἐνετείλατο. [39] ὑμῶν καρδ. [40] Κύριος om.

NOTÆ.

(37) *Ὅστις ἔστι σοι.* Uterque ὃς ἐστιν ἐν σοί. Ita quoque οἱ Ο'.

(38) Cod. αὐτήν.

(39) *Τῆς — γεγενημένης πολιορκίας.* In cod. et apud Pic. hæc in accus. exprimuntur.

(40) *Τὰς συμφοράς.* Uterque præm. καὶ τῆς πολιορκίας.

(41) Uterque ἔγγονα.

(42) Uterque, κρέας.

(43) *Κύριος ὁ Θεός σου.* Hæc inseruntur in cod. Alex. et Oxon.

(44) *Ταύτας.* Cod. Διὰ ταῦτας. Rectius apud Pic. Διατί ταύτας, κ. λ.

(45) Cod. et Pic. εἰσάξειν.

Digitized by Google

Pharaonis [f]. » Bonorum enim auctor est Deus, malorum autem minime. Nam quid sit agendum ostendit, et contraria dissuadet, non tamen cogit animum humanum, sed libero arbitrio cedit. At quoniam contraria **285** permittit, quæ prohibere posset, non tamen prohibet ne vi et necessitate quadam fieri videatur quod agitur (quod enim a virtute procedit, tum laudatur quando voluntarium est), permissionem talem causam appellavit. Huic simile est quod in Evangeliis divinis dictum est : « Excæcavit oculos eorum, et cor induravit [g]. » Itaque omnem lapidem movit, ut salutem consequerentur, edendo miracula, mutilata membra curando, nutriendo in deserto, et elementis imperando. Non igitur causa est incredulitatis eorum. Quamobrem vero testimonium propheticum evangelista citavit? Ut manifestum faceret Deum nihil horum ignorasse, sed multo ante prædixisse. « Auditu enim, inquit, audietis, et non intelligetis : respicientes respicietis, et non videbitis [h]. » Sic intelligi debet quod hoc loco positum est : « Non dedit Dominus vobis cor ad intelligendum, nec oculos ad videndum, neque aures ad audiendum, usque ad hodiernum diem [i]. » Si vero Deus non concessit illis facultatem videndi, audiendi, aut ratiocinandi, cur maledicit illis, et plectit non sponte delinquentes? Atqui superfluum puto de hoc prolixius disputare. Perspiciunt enim etiam stupidi, quod is qui talem doctrinam proponit, non adimat visum, sed ducat et illustret, ac rectam viam ostendat : quod quidem constat ex sequentibus : « Non enim vobis solis propono fœdus istud, et maledictionem hanc, sed etiam his qui vobiscum ambulant hodie in conspectu Domini Dei vestri, et his quoque qui non adsunt **286** vobiscum hodie [j]. » Porro qui posterorum curam habet, quomodo potest præsentes, et eos qui legem excipiunt, negligere? Cur vero leges præscribebat intelligere non valentibus? Hoc porro sciendum est, sæpenumero prophetas uti humano more loquendi tanquam notiore. Solent enim nonnulli servos aut discipulos objurgantes dicere : Excæcavit Deus animum tuum, aut surdas tibi reddidit aures. Tale quidpiam agit hic propheta, et usitatis verbis stupiditatem eorum increpat.

A θῶν γὰρ αἴτιος ὁ Θεὸς, κακῶν δὲ ἀναίτιος. Ἐπιδείκνυσι γὰρ τὸ πρακτέον· καὶ ἀποτρέπει μὲν τῶν ἐναντίων, οὐ βιάζεται δὲ τῶν ἀνθρώπων τὴν γνώμην, ἀλλὰ τῷ αὐτεξουσίῳ παραχωρεῖ. Ἐπειδὴ δὲ συγχωρεῖ γενέσθαι τἀναντία κωλῦσαι δυνάμενος, οὐκ ἀνέχεται δὲ κωλύειν, ἵνα μὴ βίᾳ καὶ ἀνάγκῃ γένηται τὸ πραττόμενον (τὸ γὰρ ἐθελούσιον τῆς ἀρετῆς ἀξιέπαινον), τὴν συγχώρησιν αἰτίαν ἐκάλεσε. Τούτῳ ἔοικε τὸ ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις εἰρημένον· « Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν. » Καὶ μὴν πάντα πόρον ἐκίνησεν, ὥστε αὐτοὺς ἀπολαῦσαι τῆς σωτηρίας· θαυματουργῶν, τὰ πεπηρωμένα μέλη θεραπεύων, ἐν ἐρήμῳ τρέφων, τοῖς στοιχείοις κελεύων. Οὐ τοίνυν αὐτὸς τῆς ἐκείνων αἴτιος ἀπιστίας. Τί δήποτε τοίνυν B ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν προφητικὴν τέθεικε μαρτυρίαν; Ἵνα δείξῃ ὡς οὐδὲν τούτων ἠγνόησεν ὁ Δεσπότης Θεός· ἀλλὰ πόρρωθεν αὐτὰ προηγόρευσεν. « Ἀκοῇ γὰρ, φησὶν, ἀκούσετε (46), καὶ οὐ μὴ συνῆτε (47), καὶ βλέποντες βλέψετε (48), καὶ οὐ μὴ ἴδητε. » Οὕτω νοητέον καὶ τὸ ἐνταῦθα κείμενον· « Οὐκ ἔδωκε (49) Κύριος [a] ὑμῖν καρδίαν εἰδέναι, καὶ ὀφθαλμοὺς βλέπειν, καὶ ὦτα ἀκούειν, ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης. » Εἰ δὲ αὐτοῖς (50) οὐκ ἔδωκε τὸ βλέπειν, καὶ τὸ ἀκούειν, καὶ τὸ λογίζεσθαι, τί δήποτε καὶ ἐπαρᾶται, καὶ τιμωρεῖται τοὺς οὐχ ἑκόντας παρανομήσαντας; Ἀλλὰ περιττὸν οἶμαι περὶ τούτου μηκύνειν. Δῆλον γὰρ καὶ τοῖς ἄγαν ἀνοήτοις, ὡς ὁ τοιαύτην (51) διδασκαλίαν προτενεγκὼν, οὐκ ἀφαιρεῖται τὸ βλέπειν, ἀλλὰ ποδηγεῖ, καὶ φωτίζει, καὶ τὴν εὐθεῖαν ὁδὸν ἐπιδείκνυσι. Διδάσκει δὲ τοῦτο καὶ τὰ ἑξῆς· « Οὐχ ὑμῖν C γὰρ μόνοις ἐγὼ διατίθεμαι τὴν διαθήκην ταύτην [b] (52), καὶ τὴν ἀρὰν ταύτην, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὀδεύουσι [c] μεθ' ὑμῶν σήμερον ἔναντι Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, καὶ τοῖς μὴ οὖσιν ὧδε μεθ' ὑμῶν σήμερον. » Ὁ δὲ καὶ τῶν μελλόντων ἔσεσθαι προμηθούμενος, πῶς ἂν τῶν παρόντων καὶ (53) δεχομένων τὸν νόμον ἠμέλησε; Τί δήποτε δὲ καὶ ἐνομοθέτει τοῖς συνιέναι μὴ δυναμένοις; Ἰστέον δὲ καὶ τοῦτο, ὡς καὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις πολλάκις οἱ προφῆται κέχρηνται λόγοις, ὡς μᾶλλον γνωριμωτέροις. Εἰώθασι δέ τινες καὶ οἰκέτας ἐγκαλοῦντες, καὶ μαθητὰς, λέγειν· Ἐτύφλωσεν ὁ Θεὸς τὴν καρδίαν σου, ἐκώφωσεν ὁ Θεὸς (54) τὰ ὦτά σου. Τοιοῦτόν τι καὶ ἐνταῦθα ὁ προφήτης πεποίηκε, D καὶ διὰ τῶν συνήθων λόγων τῆς ἀνοίας αὐτῶν κατηγόρησε.

[f] Exod. x, 20. [g] Joan. xii, 40. [h] Isa. vi, 9. [i] Deut. xxix, 4. [j] ibid. 14, 15.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[a] Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. [b] ταύτην. [c] τοῖς ὧδε οὖσι.

NOTÆ.

(46) Cod. et Pic. ἀκούσητε, quæ est lectio cod. Alex. l. c.
(47) Uterque συνεῖτε.
(48) Uterque βλέψητε.
(49) Uterque οὐ δέδωκεν.
(50) Cod. αὐτός.
(51) Cod. τοσαύτην.
(52) *Ὀδεύουσι*. Lectio recepta est, ὧδε οὖσι. Nostram omisit Bosius.
(53) *Καὶ*. Des. in cod. et apud Pic.
(54) *Ὁ Θεός*. Itidem desid.

Digitized by Google

ΕΡΩΤ. ΛΗ'. A INTERR. XXXVIII.

Πῶς νοητέον, « Ἐάν τις ἀκούσῃ τὰ ῥήματα τῆς ἀρᾶς ταύτης, καὶ ἐπιφημίσηται ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, λέγων· Ὅσιά μοι γένοιτο, ὅτι ἐν τῇ ἀποπλανήσει τῆς καρδίας μου πορεύσομαι; »

Τὸν [44] κατὰ τῶν θείων θρασυνόμενον ἐντολῶν ὁ λόγος διέγραψε. Πολλοὶ μὲν γὰρ διὰ ῥᾳθυμίαν τὸν θεῖον παραβαίνουσι νόμον. Πολλοὶ δὲ δι' αὐθάδειαν καὶ τῦφον καταφρονοῦσι τῶν ἐντολῶν. Τοῦτον ἐνταῦθα δεδήλωκεν, ὡς τὴν ἐναντίαν ὁδὸν προαιρούμενον, καὶ τὴν πλανῶσαν τῆς εὐθείας προκρίνοντα. Τούτῳ τὸν ἔσχατον ἠπείλησεν ὄλεθρον· ὥστε καὶ τοῖς ὁρῶσι, καὶ τοῖς ἀκούουσιν, ἀσεβείας [45] (55) γενέσθαι παράδειγμα. Διδάσκων δὲ αὐτοὺς ὡς οὐδὲν ἀγνοεῖ τῶν λάθρα γιγνομένων, ἐπήγαγε· « Τὰ κρυπτὰ Κυρίῳ τῷ Θεῷ ὑμῶν [46] (56), τὰ δὲ φανερὰ ὑμῖν B καὶ τοῖς τέκνοις ὑμῶν. » Ὥσπερ, φησὶν, ὑμεῖς γινώσκετε τὰ προφανῶς γιγνόμενα, οὕτως ἐμοὶ δῆλα καὶ αὐτὰ τῶν λογισμῶν τὰ κινήματα. Εἰσάγει δὲ καὶ τὸν περὶ μετανοίας λόγον. « Ἐὰν γὰρ, φησὶν, τὰς θείας παραβεβηκὼς ἐντολὰς ταύταις (57) ταῖς ἀραῖς περιπέσῃς, καὶ δορυάλωτος γενόμενος τὸν τῆς δουλείας δέξῃ ζυγόν· εἶτα σώφρονι χρησάμενος λογισμῷ, τὰς τῆς δουλείας αἰτίας ἐπιζητήσῃς, καὶ ἐξιλεώσῃ τὸν νομοθέτην, οἰκτῳ χρώμενος ἐπανάξει σε, καὶ τὴν πατρῴαν ἀποδώσει σοι γῆν. » Καὶ τοῦτο πολλάκις γεγένηται, καὶ διδάσκει σαφῶς καὶ τῶν Κριτῶν ἡ βίβλος, καὶ τῶν Βασιλειῶν, καὶ τῶν Παραλειπομένων ἡ ἱστορία (58). Ὕστερον μέντοι κατὰ τοῦ Σωτῆρος λυττήσαντες εἰς ἅπασαν μὲν γῆν καὶ θάλατταν διεσπάρησαν· τετρακοσίων δὲ διεληλυθότων C ἐτῶν (59), οὐκ ἔτυχον ἀνακλήσεως. Ἐπέδειξε δὲ καὶ τῆς τῶν νόμων φυλακῆς τὴν εὐκολίαν· « Ἡ ἐντολὴ γάρ, φησὶν, αὕτη, ἣν ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, οὐχ ὑπέρογκος, οὐδὲ μακράν ἐστιν ἀπὸ σοῦ· οὐκ ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστι, λέγων· Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ λήψεται ἡμῖν αὐτὴν, καὶ ἀκούσαντες αὐτὴν ποιήσομεν; οὐδὲ πέραν τῆς θαλάσσης, λέγων· Τίς διαπεράσει εἰς τὸ πέραν τῆς θαλάσσης, καὶ λήψεται ἡμῖν αὐτὴν, καὶ ἀκουστὴν ἡμῖν ποιήσει αὐτὴν [47], καὶ ποιήσομεν; » Οὔτε πτερῶν σοι, φησὶ, χρεία εἰς πτῆσιν, οὔτε πλοίων εἰς ἀποδημίαν, ἵνα διδαχθῇς τὸ πρακτέον· « Ἀλλ' ἐγγύς σου τὸ ῥῆμα σφόδρα ἐν τῷ στόματί σου, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ταῖς χερσί σου ποιεῖν αὐτό. » Δηλοῖ δὲ διὰ μὲν τοῦ στόματος, τὴν τῶν θείων λογίων μελέτην· D

Quid est hoc : « Si quis audierit verba maledictionis hujus, et benedixerit sibi in corde suo dicens : Sancta mihi fiant, nempe in seductione cordis mei ambulabo [k] ? »

Hic sermo describit eum qui se contumacem reddit adversus mandata divina. Multi enim per ignaviam * committunt in legem divinam. Plures etiam per contumaciam et superbiam spernunt mandata. Talem nobis hic ob oculos ponit, velut adversariam viam eligentem, et erroneam rectæ viæ præferentem ; cui quidem extremum comminatus est interitum, ut omnibus tum videntibus tum audientibus sit impietatis exemplum. Docens autem eos, quod nihil eorum ignoret quæ clam fiunt, subdidit : « Abscondita Domino Deo vestro, manifesta vero vobis et filiis vestris [l]. » Sicut vos, inquit, cognoscitis quæ conspicue geruntur, ita mihi patent vel ipsi cogitationum motus. Deinde subjungit de pœnitentia **287** sermonem. « Si enim, inquit, mandata divina transgressus in maledictiones incideris, et in captivitatem redactus subieris jugum servitutis : ac postea resipiscens et in servitutis causas inquirens legislatorem tibi propitium reddideris : ille misericordia motus reducet te, et restituet tibi terram paternam [m]. » Quod quidem sæpenumero factum est, ut clarissime patet ex libro Judicum, et historia Regnorum, ac Paralipomenis. Postea vero qui debacchati fuerant in Salvatorem, per universam terram et mare dispersi sunt : et cum quadringenti anni effluxerint, non revocati sunt. Observandarum quoque legum facilitatem ostendit : « Mandatum enim, ait, quod ego præcipio tibi hodie, non supra te est, nec procul positum ; non in cœlo, ut dicas : Quis ascendet in cœlum, et accipiet illud pro nobis, et audientes illud faciemus? neque trans mare positum, ut dicas : Quis poterit trajicere mare, et illud ad nos adducere : et audiendum dabit nobis illud, et faciemus [n]? » Non est tibi opus alis ad volandum, aut navibus ad peregrinandum, ut discas quid agere debeas. « Sed admodum propinquum tibi est verbum in ore tuo, in corde tuo, et in manibus tuis, ut facias illud [o]. » Indicat autem per os, eloquiorum divinorum meditationem ; per cor vero, promptitudinem animi ; per manus, executio-

[k] Deut. xxix, 19. [l] ibid. 29. [m] Deut. xxx, 1-5. [n] ibid. 11-13. [o] ibid. 14.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[44] Qu. 54 quinque constat partibus. 1.) Initium usque ad παράδειγμα exstat in cat. p. 1600, ad Deut. xxix, 6-21. 2.) διδάσκων — κινήματα vid. ib. p. 1609, ad vers. 29. 3.) εἰσάγει — ἀναλήσεως, p. 287, vid. ib. ad cap. xxx, 1-3. 4.) ἐπέδειξε — πρακτέον vid. ib. p. 1611, ad vers. 11-13. 5.) ἀλλ' ἐγγὺς et rel. vid. ib. ad vers. 14. [45] cat. p. 1607. εὐσεβείας. [46] ἡμῶν. [47] cat. p. 1611. καὶ ἀκ. ἡμ. ποιήσ. αὐτὴν om.

NOTÆ.

(55) *Ἀσεβείας*. Cod. εὐσεβείας.

(56) *Ὑμῶν*. et paucis interpos. ὑμῖν. sunt lectiones cod. Oxon. pro ἡμῶν et ἡμῖν.

(57) *Ταύταις*. Deest in cod. et edit. Pici.

(58) *Ἡ ἱστορία*. Uterque αἱ ἱστορίαι.

(59) *Τετρακοσίων — ἐτῶν*. Ad h. l. pertinet observatio Garnerii Auct. p. 185, quam suo loco ex hibebimus integram.

Digitized by Google

nem mandatorum. Hoc etiam testimonio usus est divinus Paulus : « Si enim confessus fueris ore tuo Dominum Jesum, **388** et credideris in corde tuo quod Deus eum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem [p]. » Proposuit quoque observationis legum et transgressionis præmia, vitam et mortem.

A διὰ δὲ τῆς καρδίας, τὴν τῆς ψυχῆς προθυμίαν· διὰ δὲ τῶν χειρῶν, τὴν πρᾶξιν τῶν ἐντολῶν. Ταύτῃ τῇ μαρτυρίᾳ καὶ ὁ θεῖος ἐχρήσατο Παῦλος· « Ἐὰν γὰρ, φησὶν, ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ. Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην· στόματι δὲ ὁμολογεῖται (60) εἰς σωτηρίαν. » Τέθεικε δὲ καὶ τῆς τῶν νόμων φυλακῆς καὶ τῆς παραβάσεως τὰ ἆθλα, καὶ τὴν ζωὴν, καὶ τὸν θάνατον.

INTERR. XXXIX.

Quare post septennium librum hunc illis legi præcepit legislator [q] ?

Non fuerat illis otium, cum bellum gererent, et urbes obsiderent, et inde post victoriam terram dividerent per tribus, per populos, per familias, et in singulos, deinde ædificarent, terram colerent, et alia peragerent, quæ facere oportet eos qui terræ peregrinæ dominium adipiscuntur. Idcirco anno septimo, cum his curis essent liberati, hanc fieri lectionem præcepit.

ΕΡΩΤ. ΛΘ'.

Τί δήποτε μετὰ ἑπτὰ ἔτη προσέταξεν ὁ νομοθέτης ταύτην αὐτοῖς ἀναγνωσθῆναι τὴν βίβλον ;

B Οὐκ [58] ἦγον σχολὴν πολεμοῦντες, καὶ τὰς πόλεις πολιορκοῦντες· καὶ μέντοι, καὶ μετὰ τὴν νίκην, κατὰ φυλὰς τὴν γῆν μεριζόμενοι, καὶ κατὰ δήμους, καὶ [59] πατριὰς, καὶ καθ' ἕνα· εἶτα οἰκοδομοῦντες, καὶ γεωργοῦντες, καὶ τ' ἄλλα ποιοῦντες, ὅσα πράττειν ἀνάγκη τοὺς (61) ξένης γῆς τὴν δεσποτείαν παρειληφότας. Τούτου χάριν τῷ ἑβδόμῳ ἔτει, μετὰ τὴν τούτων ἀπαλλαγὴν, γενέσθαι προσέταξε τὴν ἀνάγνωσιν.

INTERR. XL.

Qua de causa jussus est contestari cœlum et terram ?

Non quod hæc animata sint, et ratione prædita : sed quia creaturas omnes comprehendunt. Hoc idem fecit Isaias propheta : « Audi enim, inquit, C cœlum, et ausculta, terra, quia Dominus locutus est [r]. » Itidem et divinus Jeremias : « Obstupuit enim, ait, cœlum propter hoc, et inhorruit terra vehementius, inquit Dominus [s]. » Quoniam enim vocavit ea in testimonium comminationis, merito post transgressionem legum inhorruisse dicuntur, et obstupuisse : sic Jacob et Laban [t] tumulum vocaverunt *tumulum testimonii ;* et Abraham patriarcha, et Abimelech rex Gerarorum [u], **389** *puteum juramenti :* eo quod illic cum jurejurando iniissent fœdera.

ΕΡΩΤ. Μ'.

Διατί τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν διαμαρτύρεσθαι προσετάχθη ;

Οὐκ ἐπειδὴ ἔμψυχα ταῦτα καὶ λογικὰ, ἀλλ' ὅτι πάντων ἐστὶ τῶν κτισμάτων περιεκτικά. Τοῦτο καὶ Ἡσαΐας ὁ προφήτης πεποίηκεν· « Ἄκουε γὰρ, φησὶν, οὐρανὲ, καὶ ἐνωτίζου, γῆ, ὅτι Κύριος ἐλάλησε. » Τοῦτο καὶ ὁ θεῖος Ἱερεμίας· « Ἐξέστη γὰρ, φησὶν, ὁ οὐρανὸς ἐπὶ (62) τούτῳ, καὶ ἔφριξεν ἐπιπλεῖον ἡ γῆ, λέγει Κύριος. » Ἐπειδὴ γὰρ εἰς μαρτυρίαν αὐτὰ τῆς ἀπειλῆς ὁ νομοθέτης ἐκάλεσεν, εἰκότως μετὰ τὴν τῶν νόμων παράβασιν, καὶ φρίξαι λέγεται, καὶ ἐκστῆναι. Οὕτω καὶ Ἰακὼβ καὶ ὁ Λάβαν τὸν βουνὸν ὠνόμασαν *βουνὸν τῆς μαρτυρίας*· καὶ Ἀβραὰμ ὁ πατριάρχης, καὶ Ἀβιμέλεχ τῶν Γεράρων ὁ βασιλεὺς, *φρέαρ τοῦ ὅρκου*· ὡς ἐκεῖ μεθ' ὅρκου ποιησάμενοι τὰς συνθήκας.

INTERR. XLI.

Quid est hoc : « Ego ad iram provocabo vos per non gentem, et per gentem insipientem exacerbabo vos [v] ? »

Non una gens erant, sed infinitæ, illi qui Salvatori Christo crediderant. Et hæ quondam insipientes erant et stultæ, ut beatus Paulus ait : « Eramus enim aliquando etiam nos stulti, increduli, errantes, inservientes desideriis et voluptatibus

ΕΡΩΤ. ΜΑ'.

Πῶς νοητέον τὸ, « Ἐγὼ παραζηλώσω ὑμᾶς ἐπ' οὐκ ἔθνει [50], ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργῶ ὑμᾶς [51] ; »

D Οὐκ ἔθνος ἦν οἱ τῷ Σωτῆρι Χριστῷ πεπιστευκότες, ἀλλὰ μυρία. Καὶ ταῦτα δέ ποτε ἀσύνετα ἦν, καὶ ἀνόητα, ἧ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος· « Ἦμεν γάρ ποτε καὶ ἡμεῖς ἀνόητοι, ἀπειθεῖς, πλανώμενοι, δουλεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, » καὶ τὰ ἑξῆς.

[p] Rom. x, 9, 10. [q] Deut. xxxi, 10 seqq. [r] Isa. i, 2. [s] Jerem. ii, 12. [t] Gen. xxxi, 47. [u] Gen. xxi, 31. [v] Deut. xxxii, 21.

VARIÆ LECTIONES EX CATENA LIPSIENSI.

[58] Qu. 39 in cat. p. 1617, ad Deut. xxxi, 9-11 ponitur post qu. 40, quæ exstat p. 1614, ad cap. xxx, 16-19. [59] Cat. p. 1617. δήμ. καὶ om. [50] Cat. p. 1636. ἐπ' ἔθνει om. [51] παροργ. αὐτούς.

NOTÆ.

(60) Cod. et Pic. ὁμολογεῖτε.
(61) *Τοὺς*. Cod. et Pic. τῆς.
(62) *Ἐπὶ*. Des. in cod.

Digitized by Google

Ὥσπερ τοίνυν, φησίν, ὑμεῖς τὸν ἕνα καταλιπόντες θεὸν, πολλοὺς ψευδωνύμους προτετιμήκατε· οὕτως ἐγὼ τὸν ἕνα λαὸν ἀπορρίψας, πᾶσι τοῖς ἔθνεσι παρέξω τὴν σωτηρίαν. Ἀλλ' ὑμεῖς (63) μὲν, τοὺς οὐκ ὄντας τετιμηκότες θεοὺς οὐκ ἀπεφήνατε θεούς. Ἐγὼ δὲ τὰ ἀσύνετα ἔθνη θείας ἐμπλήσω σοφίας· ὑμεῖς δὲ ὁρῶντες τῷ φθόνῳ τακήσεσθε.

A variis [x], » et quæ sequuntur. Quemadmodum ergo vos, uno Deo relicto, plures falsos deos antepositis : sic ego relicto uno populo conferam omnibus gentibus salutem. Sed vos quidem, cum eos qui vere non erant dii coluistis, eos tamen deos efficere non potuistis. At ego gentes insipientes implebo spiritu sapientiæ : vos autem videntes contabescetis invidia,

ΕΡΩΤ. ΜΒ' [52].

INTERR. XLII.

Πῶς νοητέον τὸ, « Εὐφράνθητε, ἔθνη, μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐνισχυσάτωσαν αὐτοὺς πάντες ἄγγελοι Θεοῦ [53] (64);

Quomodo debet hoc intelligi : « Lætamini, gentes, cum populo ejus, et corroborent eos omnes angeli Dei [y] ? »

[30] cod. C. πατρῶν ὑμῶν. [31] *Μαρτύρεται — ὑμῶν.* Rec. lectio l. c. est μαρτυρῆσαι Κυρίῳ Θεῷ ὑμῶν. [32] *Ὑμῶν.* Præstat lectio ἡμῶν, quam etiam secutus est Hervetus. [33] *Ἀπὸ — ὑμῶν.* Rec. lectio est τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν. cod. C. ἀδελφῶν. [34] sq. ἀλλ' ὡς — ἀλλοφύλοις. cod. ὡς βαρβάροις ἀλλοφύλοις. [35] *Ὑμᾶς.* cod. C. ὑμῖν. [36] *Καὶ — ἠξίωσαν.* Des. in cod. C. [37] *Ὤχησαν.* cod. C. κατῴκησαν. [38] *Ἀνθ' ὧν — ἀσέβειαν.* Hæc in edit. Compl. adduntur, neglecta tamen voce ἀσέβειαν. [39] *Ἀσέβειαν.* Abest a cod. C. [40] *Ἀπέκαμψεν.* Jubent quidem quæ præcedunt ut legamus ἀπεκάλυψεν· nolumus tamen quidquam mutare, et fere dubitamus anne potius præcedens ἀνεκάλυψεν commutandum sit cum ἀνέκαμψεν; Hoc enim, si omittitur vox ἀσέβειαν, longe melius exprimit Hebr. illud הַפְרִיעַ II Paral. xxviii, 19. [41] *Αὐτῷ.* Omissum est ἢ. [42] *Ἀποστῆναι.* cod. C. præm. τοῦ. [43] *Κατισχύουσιν.* cod. C. κατισχύουσιν.

Digitized by Google

esset opus, et donec sanctificati essent sacerdotes, A quoniam Levitæ prompto et alacri animo sunt sanctificati præ sacerdotibus. Hoc autem nunc quoque invenimus fieri. Nam cum abest presbyter, et urget necessitas, necesse habet etiam diaconus ei qui opus habet exhibere baptismum. Rex autem cum valde pius esset, etiam eos qui habitabant in civitatibus decem tribuum, convocavit ad festum. Et aliqui quidem irridebant eos qui convocabant, aliqui vero ibant obedientes. Plurima autem congregata multitudine, celebratum est festum Paschatis. Rursus autem sacerdotibus non sufficientibus, Levitæ immolabant hostias multitudini, et sacerdotibus offerebant sanguinem, illi autem effundebant ad basin altaris. Repente autem vocati, priusquam B essent expiati, hostiarum fuerunt participes. Hoc etiam docet historia, quod maxima pars populi ab Ephraim, et Manasse, et Issachar, et Zabulon, non fuerint sanctificati : sed comederint hoc Pascha præter divinam Scripturam. Veniam autem sunt consecuti propter pietatem regis. Adjecerunt autem festivitati alios totidem dies, cum principes liberaliter hostias præbuissent. Dixit autem P tale festum non fuisse factum a diebus Salomonis. Hinc incitati, et templa dæmonum diruerunt, et lucos exciderunt, **597** et cum iis etiam altaria, quæ in locis excelsis Deo erant dedicata, funditus diruerunt. Curam quoque gessit ordinis sacerdotalis, et eum confirmavit ac roboravit, qui factus fuerat a suo progenitore. Et effecit ut populus daret sacerdotibus primitias secundum legem. Deinde subjunxit scriptor Q quod, post hæc verba et hanc veritatem, venerit Sennacherim rex Assyriorum. Significat autem oratio quod, etiam viros pios probans Deus universorum, permittat ut incidant in calamitates, auxilium vero ferens dissipet res adversas. Rex autem in Deo habens fiduciam, et quæ poterat ex se conferens, primum obstruxit fontes ante civitatem, ne si quis obsidendo premeret civitatem, aquæ haberet copiam. Deinde murorum septa muniit, et turres in altum excitavit, et etiam alterum ædificavit propugnaculum. Sed neque his, neque armis confidit : verum dixit ad multitudinem : « Estote strenui et fortes : ne timeatis, neque terreamini a facie regis Assyriorum, et a facie universæ gentis quæ est cum eo, quoniam nobiscum plures sunt quam cum eo. Cum eo sunt brachia carnea : nobiscum est Dominus Deus noster, ut servet nos, et nostrum bellum gerat R. » Per hæc autem nos etiam docuit Dei auxilium esse inexpugnabile, et humanam naturam esse caducam, et interitui obnoxiam. Cætera autem continet etiam

ξενοι. Εἰς ἐσχάτην δὲ πονηρίαν ἐλάσας, « Καὶ τὰ ἱερὰ κατέκοψε σκεύη, καὶ τοῦ θείου ναοῦ [44] τὰς θύρας ἀπέκλεισε, καὶ ἐποίησεν ἑαυτῷ θυσιαστήρια ἐν πάσῃ γωνίᾳ ἐν Ἱερουσαλήμ. » Καὶ τὰ ἐξῆς δὲ τὴν αὐτὴν ἔχει κατηγορίαν. Τοῦτον ἀποθανόντα τῆς μετὰ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων ταφῆς οὐκ ἠξίωσαν. Ἐζεκίας δὲ ὁ τούτου υἱὸς τὴν ἀκροτάτην κατώρθωσεν ἀρετήν. « Ἐποίησε γὰρ, φησὶν, Ἐζεκίας τὸ εὐθὲς ἐνώπιον Κυρίου, κατὰ πάντα ὅσα ἐποίησε Δαβὶδ ὁ πατὴρ αὐτοῦ. » Καὶ πρῶτον ἀνέῳξε τὰς θύρας τοῦ οἴκου Κυρίου, καὶ ἀπεσκεύασεν αὐτάς. Εἶτα τοὺς ἱερεῖς καὶ τοὺς Λευίτας ἁγιάσας, ἐκκαθῆραι [45] παρηγγύησε τὸν θεῖον ναόν [46]. « Οἱ δὲ παραυτίκα ἐξέβαλον, φησὶ, πᾶσαν τὴν ἀκαθαρσίαν, τὴν εὑρεθεῖσαν ἐν οἴκῳ Κυρίου, εἰς [47] τὴν αὐλὴν οἴκου Κυρίου· καὶ ἐδέξαντο οἱ Λευῖται ἐξενεγκεῖν εἰς τὸν χειμάῤῥουν Κέδρων ἔξω. » Ἔπειτα τούτων γεγενημένων τὰς νενομισμένας θυσίας προσήνεγκεν, οὐχ ὑπὲρ μόνων τῶν δύο φυλῶν, ἀλλ' ὑπὲρ τῶν δώδεκα [48]. « Ἐξιλάσατο γὰρ, φησὶ, περὶ παντὸς Ἰσραὴλ, ὅτι περὶ [49] παντὸς Ἰσραὴλ εἶπεν ὁ βασιλεὺς προσενεχθῆναι τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ τὰ περὶ ἁμαρτίας· καὶ ἔστησε τοὺς Λευίτας ἐν οἴκῳ Κυρίου, αἰνοῦντας ἐν κυμβάλοις, καὶ ἐν κινύραις, καὶ ἐν ναύλαις, κατὰ τὴν ἐντολὴν Δαβὶδ τοῦ βασιλέως, καὶ Γὰδ τοῦ ὁρῶντος τῷ βασιλεῖ, καὶ Νάθαν τοῦ προφήτου· ὅτι δι' ἐντολὴν Κυρίου τὸ πρόσταγμα ἦν [50] ἐν χειρὶ τῶν προφητῶν αὐτοῦ. » Τοῦτο διελέγχει τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀφροσύνην, οἳ τὸν μέγαν Δαβὶδ προφήτην καλεῖν οὐκ ἀνέχονται. Ἐνταῦθα γὰρ ἡ Γραφὴ τῶν τριῶν μνημονεύουσα [51] ἐπήγαγεν, « Ὅτι δι' ἐντολὴν Κυρίου τὸ πρόσταγμα ἐν χειρὶ τῶν προφητῶν αὐτοῦ. » Μετ' ὀλίγα δὲ ὁ λόγος αἰνίττεται, ὅτι καὶ ὁ Ἀσὰφ ὑμνοποιὸς ἐγεγόνει. « Εἶπε γὰρ, φησὶν, Ἐζεκίας ὁ βασιλεὺς, καὶ οἱ ἄρχοντες, τοῖς Λευίταις, τοῦ ὑμνεῖν τὸν Κύριον ἐν λόγοις Δαβὶδ, καὶ Ἀσὰφ τοῦ προφήτου. » Διδάσκει δὲ ἡμᾶς πάλιν ἡ ἱστορία, ὅτι [52] τῶν ἱερέων οὐκ ἀποχρώντων ἀποδεῖραι τὴν ὁλοκαύτωσιν, ἀντελάβοντο αὐτῶν οἱ ἀδελφοὶ αὐτῶν οἱ Λευῖται, ἕως οὗ συνετελέσθη τὸ ἔργον, καὶ ἕως οὗ ἡγιάσθησαν οἱ ἱερεῖς, ὅτι οἱ Λευῖται προθύμως ἡγιάσθησαν παρὰ τοὺς ἱερεῖς. Τοῦτο δὲ καὶ νῦν ἔστιν εὑρεῖν γιγνόμενον. Πρεσβυτέρου γὰρ οὐ παρόντος, καὶ τῆς χρείας κατεπειγούσης, ἀναγκάζεται καὶ διάκονος προσφέρειν τῷ δεομένῳ τὸ βάπτισμα. Ὁ μέντοι βασιλεὺς ἅγαν ὢν εὐσεβὴς, καὶ τοὺς ἐν ταῖς πόλεσι τῶν δέκα φυλῶν οἰκοῦντας εἰς τὴν ἑορτὴν συνεκάλεσε. Καί τινες μὲν ἐκωμῴδουν τοὺς συγκαλοῦντας, τινὲς δὲ ὑπακούοντες ἦσαν [53]. Πλείστου δὲ πλήθους συναθροισθέντος, ἐπετελέσθη τοῦ Πάσχα ἡ ἑορτή. Πάλιν μέντοι οὐκ ἐξαρκούντων τῶν ἱερέων, οἱ Λευῖται ἔθυον τῷ πλήθει τὰ θύματα,

P II Paral. xxx, 26. Q II Paral. xxxii, 1 seqq. R ibid. 7, 8. ibid. 25, 26.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[44] cod. C. νεώ. [45] cod. C. ἐκκαθάραι. [46] cod. C. νεών. [47] *Εἰς*. In versione τῶν Ο' l. c. præcedit καὶ, quod tamen h. l. et in edit. Compl. jure omissum est, cum sensum alienum in textum inferat. [48] cod. C. δυοκαίδεκα [49] *Περὶ*. Abest a cod. C. [50] *Ἦν*. Abest a cod. C. [51] cod. C. μνημονεύσασα. [52] cod. ὡς. [53] cod. C. ἦσαν.

Digitized by Google

καὶ τοῖς ἱερεῦσι τὸ αἷμα προσέφερον· οἱ δὲ τοῦ [84] θυσιαστηρίου προσέχεον βάσει. Ἐξαπίνης δὲ κληθέντες πρὶν ἁγνισθῆναι τῶν ἱερείων μετέλαβον. Τοῦτο καὶ ἡ ἱστορία διδάσκει, ὅτι τὸ πλεῖστον τοῦ λαοῦ, ἀπὸ Ἐφραΐμ, καὶ Μανασσῆ, καὶ Ἰσάχαρ, καὶ Ζαβουλών, οὐχ ἡγιάσθησαν, ἀλλ' ἔφαγον τὸ Φασὲκ τοῦτο παρὰ τὴν θείαν [85] Γραφήν. Ἔτυχον δὲ συγγνώμης διὰ τὴν τοῦ βασιλέως εὐσέβειαν. Προέθεσαν δὲ τῇ ἑορτῇ ἑτέρας ἰσαρίθμους ἡμέρας, τῶν ἀρχόντων παρεσχηκότων φιλοτίμως τὰ θύματα. Ἔφη δὲ τοιαύτην ἑορτὴν ἐκ τῶν ἡμερῶν Σολομῶντος μὴ γεγενῆσθαι. Ἐντεῦθεν ὁρμήσαντες, καὶ τὰ τεμένη τῶν εἰδώλων κατέλυσαν, καὶ τὰ ἄλση ἐξέτεμον, καὶ μετὰ τούτων [86] τὰ ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ἀνατεθέντα τῷ Θεῷ θυσιαστήρια ἐκ βάθρων ἀνέσπασαν. Ἐφρόντισε δὲ καὶ τῆς ἱερατικῆς τάξεως, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ προγόνου γεγενημένην ἐκράτυνε, καὶ τὸν λαὸν παρεσκεύασε τὰς κατὰ νόμον ἀπαρχὰς ἀποδοῦναι τοῖς ἱερεῦσιν. Εἶτα ὁ συγγραφεὺς ἐπήγαγεν, ὡς μετὰ τοὺς λόγους τούτους, καὶ τὴν ἀλήθειαν ταύτην, ἦλθε Σεναχηρεὶμ [87] ὁ βασιλεὺς Ἀσσυρίων. Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος, ὅτι καὶ τοὺς θεοσεβεῖς ἄνδρας δοκιμάζων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, συμφοραῖς παραπεσεῖν [88] συγχωρεῖ, εἶτα ἐπικουρῶν διαλύει τὰ σκυθρωπά. Ὁ δὲ βασιλεὺς τῷ Θεῷ θαῤῥῶν, καὶ τὰ παρ' αὐτοῦ [89] συνεισφέρων, πρῶτον [90] τὰς πρὸ τῆς πόλεως πηγὰς ἐνέφραξεν· ἵνα μὴ προσεδρεύων πολιορκῇ ἔχων τὴν ἀφθονίαν τοῦ ὕδατος. Ἔπειτα τοὺς περιβόλους ὠχύρωσε, καὶ τοὺς πύργους εἰς ὕψος ἀνέστησε, καὶ προτείχισμα προσῳκοδόμησεν ἕτερον. Ἀλλ' οὔτε τούτοις, οὔτε τοῖς ὅπλοις ἐθάῤῥησεν, ἀλλὰ πρὸς τὸ πλῆθος ἔφη· « Ἀνδρίζεσθε, καὶ ἰσχύσατε· μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ πτοηθῆτε ἀπὸ προσώπου τοῦ βασιλέως Ἀσσυρίων, καὶ ἀπὸ προσώπου παντὸς ἔθνους τοῦ μετ' αὐτοῦ, ὅτι μεθ' ἡμῶν πλείους ὑπὲρ τοὺς μετ' αὐτοῦ. Μετ' αὐτοῦ [91] βραχίονες σάρκινοι, μεθ' ἡμῶν [92] Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν, τοῦ σῶσαι ἡμᾶς, καὶ τοῦ πολεμεῖν τὸν πόλεμον ἡμῶν. » Διὰ δὲ τούτων ἐδίδαξε [93] καὶ τῆς θείας ἐπικουρίας τὸ ἄμαχον, καὶ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως τὸ πρόσκαιρον καὶ ἐπίκηρον. Τὰ δὲ λοιπὰ καὶ ἡ τετάρτη τῶν Βασιλειῶν ἔχει. Ἐπιμέμφεται δὲ αὐτῷ ἡ ἱστορία, ὅτι καὶ τοσαύτην [94] νίκην νενικηκὼς, καὶ τῆς ἀῤῥωστίας ἀπαλλαγεὶς παραδόξως, οὐ κατὰ τὸ ἀνταπόδομα ὁ ἀνταπέδωκεν αὐτῷ Κύριος, ἀνταπέδωκεν [95] αὐτῷ Ἐζεκίας, « ἀλλ' ὑψώθη ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ὀργὴ ἐπὶ Ἰούδα, καὶ ἐπὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐπ' αὐτόν. Καὶ ἐταπεινώθη Ἐζεκίας ἀπὸ τοῦ ὕψους τῆς καρδίας αὐτοῦ, αὐτὸς καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἱερουσαλήμ. Καὶ οὐκ ἦλθεν ἐπ' αὐτοὺς ὀργὴ Κυρίου ἐν ταῖς ἡμέραις Ἐζεκίου. » Ἀληθὴς ἄρα ὁ λόγος ἐκεῖνος, ὅτι « Ὁ

A quartus liber Regnorum. Eum autem repreliendit historia quod, etiam tantam assecutus victoriam, et ab infirmitate liberatus admirabiliter, non secundum retributionem quam dedit ei Dominus, retribuerit ei Ezechias, « sed elatum fuit cor ejus, et super ipsum facta est ira, et super Judam **598** et Hierosolymam. Et humiliatus est Ezechias ab elatione cordis sui, ipse, et qui habitabant in Hierosolyma. Et non venit super ipsos ira Domini in diebus Ezechiæ. » Vera est ergo illa sententia : « Qui seipsum exaltat, humiliabitur, et qui seipsum humiliat, exaltabitur [a]. » Hic igitur ob pietatem suam tristia non spectavit, sed ante incursum hostium excessit e vita. Geon autem, ut ante dictum est, Siloen vocat. Quod vero miserit ad eum rex B Babyloniorum, propter solem, qui decem gradibus retrocesserat, historia docet. Cum enim commemorasset de divitiis quas congregarat, et de thesauris quos congesserat, subjecit : « Et prospere egit Ezechias in omnibus operibus suis. Attamen in legatis principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, ut interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eum Dominus, ut tentaret eum, et nota fierent quæ erant in corde ejus [t]. » Declarat autem hic sermo, melius esse in Domino gloriari. Nam cum oporteret eum divinæ potentiæ opera enarrare, thesauros ostentavit, qui stabile nihil habent. Illud porro, « ut tentaret eum, et nota fierent quæ erant in corde ejus, » significat quod vo- C luerit patefacere cogitationes ejus. Non enim ignorat ipse cogitationes hominum, qui omnium solus corda novit : sed aliis ea revelat quæ occulta sunt. Cæterum sepulturam adeptus est splendidam. Deposuerunt enim eum magno cum honore et gloria. Jam vero Manassæ impietatem Regnorum quoque liber edocuit. Quippe qui non solum impios reges superavit, **599** sed etiam gentes, inquit, [u], quas sustulit Dominus a facie filiorum Israel. Luit autem etiam pœnas impietatis. Traditus enim est regi Assyriorum, vinctusque in Babylonem adductus. Sed huic tamen misericordiæ fontes abyssus benignitatis impertiit : « Postquam enim, ait, coangustatus est Manasses, oravit Dominum Deum suum, et humiliatus est valde coram Deo patrum suorum. Et de- D precatus est eum, et exaudivit vocem ejus, reduxitque eum Hierosolymam in regnum suum : et cognovit Manasses quod Dominus ipse esset Deus [v]. » Usque adeo volentibus prodest castigatio. Quæ enim regnans non habuit, hæc serviens obtinuit. Postquam nimirum liberatus fuit a servitute, « Abstulit, inquit, deos alienos, et simulacrum de domo Domini,

[a] Luc. XIV, 11. [t] II Paral. XXXII, 30, 31. [u] II Par. XXXIII, 9. [v] ibid. 12, 13.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[84] *Τοῦ.* cod. C. præm. τῇ. [85] *Θείαν.* Abest a cod. C. [86] *Τούτων.* cod. C. τοῦτο [87] cod. C. Σενναχερείμ. [88] *Παραπεσεῖν.* cod. C. περιπεσεῖν. [89] *Αὐτοῦ.* cod. C. ἑαυτοῦ. [90] *Πρῶτον.* cod. C. præm. καί. [91] *Μετ' αὐτοῦ.* Des. in cod. C. ante βραχίονες. [92] *Ἡμῶν.* cod. C. add. δέ. [93] cod. C. ἔδειξεν. [94] cod. C. τοιαύτην. [95] cod. C. ἔδωκεν.

Digitized by Google

aras quoque omnes quas fecerat in monte domus Domini, in Hierosolyma, et projecit extra urbem : et instauravit altare, Domini, et immolavit super illo sacrificium eucharisticum [x]. » Quinetiam populum ad pietatem instituit : « Præcepit enim, inquit, * Judæ Manasses, ut serviret Domino Deo Israel [y]. » Sed imperfectionem populi rursus declarat narratio. Addit enim quod adhuc populus immolaverit in excelsis. Quod autem Deo immolaverint in excelsis, manifeste hoc loco historia docet, cum addit : « Sed incassum Domino Deo suo [z]. » Quæ porro ad Ammonem et Josiam spectant, in Regnorum libro quarto exposuimus. Sed quærendum quomodo, cum intus esset arca in Sancto sanctorum, Levitis Josias sanctificationem indixerit, ut **600** arcam sanctam inferrent in domum Domini. Hoc enim sequentia quoque significant : « Et posuerunt arcam sanctam in domo quam ædificavit Salomo filius David, regis Israel [a]. » Ego vero existimo, vel Assyrium, cum urbem cepisset Manassæ tempore, arcam foras extulisse, vel aliquem regum impiorum, qui post Ezechiam regnarunt, sive Manassen, sive Ammonem : postea Josiam, re comperta, suo loco restituisse. Rursum posthæc historia Asaphum, Æmanem, et Idithunum prophetas nuncupavit : « Juxta præcepta, inquit, Davidis, et Asaphi, et Æmanis, et Idithuni, prophetarum regis [b]. » Κερεσελμ autem [c] divinationis genus esse arbitror : quippe quod cum ventriloquis, et vatibus, et theraphim conjunctum est. Tanta autem regis istius virtus erat, ut lamentationem quoque Jeremias conscripserit, eamque cantoribus et cantatricibus dederit, ut eam canerent singulis annis memoriam celebrantes. Quæ ad reliquos vero reges pertinent, Jeremias propheta pluribus edocuit. Nos vero, qui librum etiam illum, divina favente gratia, exposuimus, hunc iterum exponere supervacaneum duximus. Quod autem pluribus ex libris propheticis hæc longo tempore collegerit historiographus, libri ipsius finis ostendit, cum mentionem facit Cyri regis Persarum, et reditus captivorum.

A ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται, καὶ ὁ [66] ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. » Οὗτος μέντοι διὰ τὴν εὐσέβειαν αὐτόπτης οὐκ ἐγένετο τῶν λυπηρῶν, ἀλλὰ πρὸ τῆς ἐφόδου τῶν πολεμίων τοῦ βίου τὸ τέλος κατέλαβε. Γηὼν [67] δὲ, ὡς προείρηται [68], τὸν Σιλωὰμ καλεῖ. Ὅτι μέντοι διὰ τὸ ἀναστρέψαι τὸν ἥλιον τοὺς δέκα ἀναβαθμοὺς, ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν τῶν Βαβυλωνίων ὁ βασιλεὺς, ἡ ἱστορία διδάσκει. Διηγησαμένη γὰρ ὃν συνήγαγε πλοῦτον, καὶ ὅσους κατεσκεύασε θησαυροὺς, ἐπήγαγε· « Καὶ εὐωδώθη Ἐζεκίας ἐν πᾶσι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ. Καὶ οὕτως ἐν τοῖς πρεσβευταῖς τῶν ἀρχόντων τῶν ἀπὸ Βαβυλῶνος, τοῖς ἀποσταλεῖσι πρὸς αὐτὸν πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ τὸ τέρας ὃ ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ἐγκατέλιπεν αὐτὸν [69] Κύριος, τοῦ πειρᾶσαι αὐτὸν εἰδέναι τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ B αὐτοῦ. » Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος, ὅτι ἄμεινον ἐν Κυρίῳ καυχᾶσθαι. Δέον γὰρ αὐτὸν τὰ περὶ τῆς θείας δυνάμεως ἐξηγήσασθαι [70], τοὺς θησαυροὺς ἐπέδειξε, τοὺς οὐδὲν μόνιμον ἔχοντας. Τὸ δὲ « πειρᾶσαι αὐτὸν εἰδέναι τὰ ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, » τοῦτο σημαίνει, ὅτι ἠθέλησε γυμνῶσαι τοὺς λογισμοὺς αὐτοῦ. Οὐ γὰρ αὐτὸς ἀγνοεῖ τῶν ἀνθρώπων τὰ ἐνθυμήματα ὁ ἑπιστάμενος καρδίας μονώτατος· ἀλλὰ τοῖς ἄλλοις ἀποκαλύπτει τὰ κεκρυμμένα. Ἀπήλαυσε δὲ καὶ ἐπιταφίων λαμπρῶν. Μετὰ πολλῆς γὰρ αὐτὸν τιμῆς καὶ δόξης κατέθηκαν. Τοῦ Μανασσῆ δὲ τὴν ἀσέβειαν καὶ ἡ τῶν Βασιλειῶν ἐδίδαξε βίβλος. Οὐ γὰρ μόνον τοὺς δυσσεβεῖς βασιλεῖς ὑπερηκόντισεν· ἀλλὰ καὶ τὰ ἔθνη, φησὶν, ἃ ἐξῆρε Κύριος ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ. Ἔτισε δὲ καὶ δίκας τῆς ἀσεβείας. C Παρεδόθη γὰρ τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀσσυρίων, καὶ ἀπήχθη πεπεδημένος εἰς Βαβυλῶνα. Ἀλλὰ τῆς φιλανθρωπίας ἡ ἄβυσσος μετέδωκε καὶ τούτῳ τῶν τοῦ ἐλέους κρουνῶν· « Ὡς γὰρ ἐθλίβη, φησὶ, Μανασσῆς, ἐδεήθη τοῦ προσώπου Κυρίου τοῦ Θεοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐταπεινώθη σφόδρα ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ τῶν πατέρων αὐτοῦ. Καὶ προσηύξατο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐπήκουσε τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ ἐπέστρεψεν αὐτὸν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐπὶ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ· καὶ ἔγνω Μανασσῆς, ὅτι Κύριος αὐτός ἐστιν ὁ Θεός. » Τοσοῦτον ἡ παιδεία τοὺς βουλομένους ὠνίνησι. Ἃ γὰρ βασιλεύων οὐκ εἶχε, ταῦτα δουλεύων ἐκτήσατο. Τῆς γὰρ δουλείας ἀπαλλαγεὶς, « περιεῖλε, φησὶ, τοὺς θεοὺς τοὺς ἀλλοτρίους, καὶ τὸ γλυπτὸν ἐξ οἴκου Κυρίου [71], καὶ πάντα τὰ θυσιαστήρια, ἃ ᾠκοδόμησεν ἐν ὄρει οἴκου Κυρίου, καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ· καὶ ἐξέβαλεν ἔξω τῆς πόλεως, καὶ κατώρθωσε θυσιαστήριον Κυρίου, καὶ ἔθυσεν ἐπ' αὐτῷ θυσίαν σωτηρίου καὶ αἰνέσεως. » Ἐδίδαξε δὲ καὶ τὸν λαὸν εὐσεβεῖν. « Εἶπε γὰρ, φησὶ, Μανασσῆς τῷ Ἰούδα, δουλεύειν Κυρίῳ τῷ Θεῷ Ἰσραήλ. » Τὸ δὲ ἀτελὲς τοῦ λαοῦ πάλιν ὁ λόγος δεδήλωκεν. Ἐπήγαγε γὰρ, ὅτι ἔτι ὁ λαὸς ἐπὶ τῶν ὑψηλῶν ἐθυσίαζεν. Ὅτι [72] δὲ τῷ Θεῷ ἐν τοῖς ὑψηλοῖς ἔθυον, σαφῶς ἐνταῦθα ἡ ἱστορία δεδήλωκεν· ἐπήγαγε γάρ· « Πλὴν εἰς κενὸν [73] Κυρίῳ τῷ Θεῷ αὐτῶν. » Τὰ δὲ κατὰ τὸν Ἀμὼν καὶ Ἰωσίαν ἐν τῇ τετάρτῃ τῶν Βασιλειῶν ἡρμηνεύσαμεν [74]. Ζητητέον δὲ, πῶς ἔνδον οὔσης τῆς κιβωτοῦ ἐν τῷ Ἁγίῳ τῶν ἁγίων, τοῖς Λευίταις [75] ὁ Ἰωσίας ἁγνισθῆναι προσέταξε, τοῦ δοῦναι τὴν κιβωτὸν τὴν ἁγίαν ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου. Καὶ τὰ ἑξῆς δὲ τοῦτο δηλοῖ· « Καὶ ἔθηκαν τὴν κιβωτὸν τὴν ἁγίαν ἐν τῷ οἴκῳ,

[x] II Par. xxxiii, 15,16. [y] ibid. 16. [z] ibid. 17. [a] II Par. xxxv, 3. [b] ibid. 15. [c] ibid. 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[66] *Καὶ ὁ — ὑψωθήσεται.* Des. in cod. C. [67] cod. C. Γιών. [68] *Ὡς προείρηται.* Vid. p. 455. quæst. 2. Des. in cod. C. [69] *Αὐτόν.* Des. in cod. C. [70] cod. C. διηγήσασθαι. [71] *Κυρίου.* cod. C. add. ἡν. [72] *Ὅτι.* cod. C. præm. πλήν. [73] *Εἰς κενόν.* Abest a vers. Græca l. c. in cod. Alex. et Vatic. Occurrit autem in edit. Ald., et glossematis præ se fert speciem. [74] *Ἡρμηνεύσαμεν.* Vid. p. 549 seqq. [75] *Τοῖς Λευίταις.* Abest a cod. C.

Digitized by Google

ὃν ᾠκοδόμησε Σολομὼν, ὁ υἱὸς Δαβὶδ τοῦ βασιλέως Ἰσραήλ. » Ἐγὼ δὲ οἶμαι, ἢ τὸν Ἀσσύριον ἐπὶ τοῦ Μανασσῆ τὴν πόλιν ἐλόντα ἐξαγαγεῖν τὴν κιβωτὸν ἔνδοθεν· ἢ τινα τῶν δυσσεβῶν βασιλέων, τῶν μετὰ τὸν Ἐζεκίαν βεβασιλευκότων, ἢ τὸν Μανασσὴν, ἢ τὸν Ἀμών· εἶτα τοῦτο τὸν Ἰωσίαν μεμαθηκότα εἰς τὸν οἰκεῖον ἀποκαταστῆσαι τόπον. Πάλιν μέντοι ἡ ἱστορία τὸν Ἀσὰφ, καὶ Αἰμὰν, καὶ Ἰδιθοὺμ προφήτας ἐκάλεσε. « Κατὰ τὰς ἐντολὰς, φησὶ, Δαβὶδ, καὶ Ἀσὰφ, καὶ Αἰμὰν, καὶ Ἰδιθοὺμ, τῶν προφητῶν τοῦ βασιλέως. » Τὸ δὲ *Κερσελμ*[76] εἶδος εἶναι μαντείας ὑπολαμβάνω· τοῖς γὰρ ἐγγαστριμύθοις, καὶ τοῖς γνώσταις, καὶ τοῖς θεραφὶμ συνῆπται. Τοσαύτη δὲ ἦν τοῦδε τοῦ βασιλέως ἡ ἀρετὴ, ὅτι καὶ θρῆνον ὁ προφήτης Ἱερεμίας συνέγραψε, καὶ τοῦτον τοῖς ᾠδοῖς δέδωκε, καὶ ταῖς ᾀδούσαις, ὥστε τοῦτον ᾄδειν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἐπιτελοῦντας τὴν μνήμην. Τὰ δὲ κατὰ τοὺς λοιποὺς βασιλεῖς ὁ προφήτης Ἱερεμίας διὰ πλειόνων ἐδίδαξεν. Ἡμεῖς δὲ διὰ τῆς θείας χάριτος[77] κἀκείνην τὴν βίβλον ἑρμηνεύσαντες αὖθις ἑρμηνεῦσαι ταύτην[78] περιττὸν ὑπειλήφαμεν. Ὅτι δὲ ἐκ πολλῶν προφητικῶν βίβλων ταῦτα ὁ ἱστοριογράφος μετὰ πολὺν χρόνον συνήγαγε, τὸ τέλος τῆς βίβλου ἐκδιδάσκει· μέμνηται γὰρ Κύρου τοῦ Περσῶν βασιλέως, καὶ τῆς ἐπανόδου τῶν αἰχμαλώτων.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[76] *Τὸ δὲ Κερσελμ* κ. τ. λ. Hæc pertinent ad ea quæ II Paral. xxxv, 19, in vers. Gr. addita sunt. [77] *Τῆς θείας χάριτος.* Cod. C. τὴν θείαν χάριν. [78] *Ταύτην.* Cod. C. τὰ αὐτά.

ΤΟΥ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΥΡΟΥ

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΟΥΣ ΨΑΛΜΟΥΣ.

—

BEATI THEODORETI

EPISCOPI CYRENSIS

INTERPRETATIO IN PSALMOS.

(*Ab Antonio Caraffa in Latinum sermonem conversa.*)

—

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

Ἐμοὶ μὲν πρὸ τῶν ἄλλων θείων λογίων καταθύμιον ἦν τοῦ μεγάλου Δαβὶδ ἑρμηνεῦσαι τὴν προφητείαν· ἐπειδὴ καὶ τῆς εὐσεβείας οἱ τρόφιμοι, καὶ ἀστοὶ καὶ χωρικοὶ[1], διαφερόντως ταύτῃ προσέχειν ἐσπουδάκασιν ἅπαντες. Οὐχ ἥκιστα δὲ[2] οἱ τὸν ἀσκητικὸν ἀσπαζόμενοι βίον νύκτωρ ταύτην καὶ μεθ' ἡμέραν διὰ τῆς[3] γλώττης προφέρουσι· τὸν[4] τῶν ὅλων ὑμνοῦντες Θεὸν, καὶ τὰ τοῦ σώματος κατευνάζοντες πάθη. Τῇ γὰρ ἡδονῇ τῆς μελῳδίας

A

601 PRÆFATIO.

Mihi quidem præ cæteris divinis oraculis bonum visum est magni Davidis prophetiam interpretari : quandoquidem religionis studiosi, tum qui urbes, tum qui agros incolunt, præcipuam operam huic parti navant **602** omnes. In primis vero qui monasticam vitam agunt, dies noctesque Davidicos versus in ore habent, Deum rerum omnium auctorem decantantes, et corporis motus compescentes. Divina enim gratia, temperans utilitatem carminis

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[1] *Καὶ χωρικοὶ.* Codex *secundus* inter tres illos *Augustanos*, quibus ad hunc Commentarium in Psalmos uti licuit, habet χωρητικοὶ, pro χωριτικοὶ, ut puto. Ibidem καὶ omissum. [2] *Δέ.* cod. 2 addit καί. [3] *Τῆς.* Abest a cod. 2. [4] *Τόν.* cod. 2 præmittit καί.

Digitized by Google

suavitate, gratam admodum et amabilem doctrinam hominibus proposuit. Licet videre plerosque homines, aut nullam, aut levem de aliis divinis libris mentionem facere : sed de spiritualibus divini Davidis canticis multos sæpenumero, et in domibus, et in compitis, et in viis * meminisse, cantusque modulatione seipsos demulcere, et per hanc animi delectationem utilitatem consequi. Propterea igitur hanc primam volebam prophetiam exponere, atque ingeniosis mercatoribus eam quæ in profundo est utilitatem proponere ; ut canentes simul, et eorum quæ canuntur sententiam inspicientes, duplicem fructum percipiant. Sed hoc nostrum desiderium non siverunt ad finem pervenire ii qui a nobis aliorum sacrorum voluminum explanationes efflagitarunt. Namque detulerunt nobis nonnulli interpretationem Cantici canticorum ; aliqui vero viri desideriorum prophetiam desideraverunt cognoscere ; alii divini Ezechielis, alii duodecim prophetarum prædictiones obscuritate involutas, enucleari sibi et declarari flagitarunt. Postquam igitur dedit nobis universorum Deus, qui cæcos sapientiam docet, et mysteria detegit, qui dedit os homini, fecitque surdum et mutum, **603** perspicacem et oculis captum, ut commentarios in hæc ipsius divina eloquia ad finem perduceremus : age, divina invocata gratia, quæ cæcis, ut ait propheta, per viam quam ignorarunt, et per semitas quas nescierunt, iter præbet ; facitque ut qui jam diu obsurduerant, divinos sermones audiant, atque oculis tenebris et nubibus obductis visum suppeditat ; hujus etiam prophetiæ expositionem bono animo aggrediamur. Nemo autem hunc nostrum laborem superfluum existimet, eo quod et alii ante nos hanc eamdem provinciam susceperunt. Cum enim in varios incidissem commentarios, qui partim in allegoriam cum multa satietate abibant, partim vero prophetiam quibusdam historiis sic adaptabant, ut Judæis potius interpretatio suffragaretur, quam fidei alumnis : solertis esse putavi id quod apud hos et illos immodicum est fugere ; quæcunque quidem priscis historiis conveniebant, his hæc accommodare etiam nunc : prædictiones autem de Domino Christo, et de Ecclesia e gentibus conflanda, nec non de evangelica republica, deque apostolicis prædicationibus, non aliis quibusdam ascribere, quod Judæi facere solent, qui malitiæ assueti sunt, et suæ * incredulitatis excusationem texunt. Satis enim est rerum ipsarum testimonium, ut ad veritatem interpretationis deducat eos qui illam

A τὴν ὠφέλειαν ἡ θεία χάρις κεράσασα, τριπόθητόν τε καὶ ἀξιέραστον τοῖς ἀνθρώποις διδασκαλίαν προτέθεικε. Καὶ ἔστιν ἰδεῖν τῶν μὲν ἄλλων θείων Γραφῶν ἢ οὐδαμῶς, ἢ ὀλίγα, τῶν ἀνθρώπων μεμνημένους τοὺς πλείστους· τῶν δὲ πνευματικῶν τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ κρουμάτων πολλοὺς πολλάκις κἀν ταῖς οἰκίαις, κἀν ταῖς ἀγυιαῖς [5], κἀν ταῖς ὁδοῖς ἀπομεμνημένους, καὶ τῇ τοῦ μέλους [6] ἁρμονίᾳ σφᾶς αὐτοὺς καταθέλγοντας, καὶ διὰ ταύτης τῆς θυμηδείας καρπουμένους τὴν ὠφέλειαν. Διὰ ταῦτα μὲν οὖν πρώτην ταύτην ἐβουλόμην ἑρμηνεῦσαι τὴν προφητείαν, καὶ τὴν ἐν τῷ βυθῷ ὠφέλειαν προθεῖναι τοῖς φρονίμοις ἐμπόροις· ἵν' ἅδοντες ὁμοῦ καὶ τὴν διάνοιαν τῶν ᾀδομένων ὁρῶντες, διπλοῦν θερίζωνται κέρδος. Ἀλλὰ ταύτην ἡμῶν πέρας λαβεῖν τὴν προ-
B θυμίαν [7] οὐκ εἴασαν οἱ τῶν ἄλλων θείων Γραφῶν παρ' ἡμῶν [8] τὰς ἑρμηνείας αἰτήσαντες. Οἱ μὲν γὰρ τοῦ Ἄσματος τῶν ᾀσμάτων ἐπήγγειλαν τὴν σαφήνειαν, οἱ δὲ τοῦ ἀνδρὸς τῶν ἐπιθυμιῶν [9] ἐπεθύμησαν διαγνῶναι τὴν προφητείαν· ἄλλοι δὲ τοῦ θεσπεσίου Ἰεζεκιὴλ, καὶ ἕτεροι τῶν δώδεκα προφητῶν τὰς τῇ ἀσαφείᾳ κεκρυμμένας προρρήσεις σαφεῖς αὐτοῖς γενέσθαι καὶ δήλας ἐζήτησαν. Ἐπειδὴ τοίνυν δέδωκεν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, ὁ σοφίζων τοὺς τυφλοὺς, καὶ ἀποκαλύπτων μυστήρια, ὁ δοὺς στόμα ἀνθρώπῳ, καὶ ποιήσας δύσκωφον καὶ κωφὸν, καὶ βλέποντα καὶ τυφλὸν [10], τούτων αὐτοῦ τῶν θείων λόγων συμπεράναι [11] τὴν ἑρμηνείαν· φέρε τὴν θείαν ἐπικαλεσάμενοι χάριν, τὴν ἄγουσαν τυφλοὺς, κατὰ τὴν
C προφητείαν, ἐν ὁδῷ ᾗ οὐκ ᾔδεισαν, καὶ τρίβους, ἃς οὐκ ἐπίσταντο [12], ὁδεῦσαι παρασκευάζουσαν, καὶ τοῖς πάλαι κωφοῖς τὸ τῶν θείων λογίων ἐπαΐειν παρέχουσαν [13], καὶ τοῖς ἐν σκότῳ καὶ ὁμίχλῃ διάγουσιν ὀφθαλμοῖς χορηγοῦσαν τὸ βλέπειν, καὶ τῆσδε τῆς προφητείας κατατολμήσωμεν. Ἀλλὰ μηδεὶς περιττὸν ἡμῶν τοῦτον ἡγείσθω τὸν πόνον, τῷ καὶ ἄλλους πρὸ ἡμῶν τήνδε προθεῖναι τὴν ἑρμηνείαν. Διαφόροις γὰρ ἐντυχὼν ὑπομνήμασι, καὶ τοὺς μὲν εἰς ἀλληγορίαν μετὰ πολλῆς χωρήσαντας ἁπλησταίας εὗρον, τοὺς δέ τισιν ἱστορίαις τὴν προφητείαν ἁρμόσαντας, ὡς Ἰουδαίοις μᾶλλον τὴν ἑρμηνείαν συνηγορεῖν, ἢ τοῖς τροφίμοις τῆς πίστεως [14]· πανούργου [15] νενόμικα καὶ τούτων κἀκείνων τὴν ἀμετρίαν φυγεῖν [16]· ὅσα
D μὲν ταῖς παλαιαῖς προσῆκεν [17] ἱστορίαις, ταύταις ταῦτα προσαρμόσαι καὶ νῦν· τὰς δὲ περὶ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ προρρήσεις, καὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας, καὶ τῆς εὐαγγελικῆς πολιτείας, καὶ τῶν ἀποστολικῶν κηρυγμάτων, μὴ ἑτέροις ἀναθεῖναί τισιν, ὅπερ Ἰουδαίοις φίλον ποιεῖν κακουργίᾳ συζῶσι, καὶ τῆς σφῶν ἀπιστίας ἀπολογίαν ὑφαίνουσιν. Ἱκανὴ

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[5] *Ἀγυιαῖς*. cod. 2 ἀγοραῖς. [6] *Μέλους*. cod. 2 μεγίστου. [7] *Πέρας — προθυμ.* cod. 2 τὴν προθυμίαν περιλαβεῖν. [8] *Παρ' ἡμῶν*. Abest a cod 2. [9] *Τοῦ — ἐπιθυμιῶν*. Hæc ad Danielem se referre e Dan. IX, 23 colligimus. [10] *Ὁ δοὺς — τυφλόν*. Des. in cod. 2. [11] *Τῶν — συμπεράναι*. cod. 2 συμπεράναι τῶν θείων λογίων. [12] *Οὐκ ἐπίσταντο*. cod. 2 οὐχ ὁρῶσιν. [13] *Παρέχουσαν*. cod. 2 παρασκευάσασαν. [14] *Τοὺς μὲν — τροφίμους τῆς πίστεως*. Nimii allegoriarum studii, Apollinarium, summi autem in Judæos favoris, Theodorum Mopsuestenum accusare videtur. Conf. Fabricii *Biblioth. Gr.* vol. IX, p. 160; Garnerii *Auct.* p. 184. [15] *Πανούργου*. cod. 2 προῦργου. [16] *Φυγεῖν*. cod. 2 φυγών. [17] *Προσῆκεν*. Abest a cod. 2.

Digitized by Google

γὰρ καὶ τῶν πραγμάτων ἡ μαρτυρία ποδηγῆσαι πρὸς τὴν ἀλήθειαν τῆς ἑρμηνείας τοὺς ταύτην ἐφιεμένους εὑρεῖν. Οὗ δὴ χάριν οὐδὲ λίαν ἐπίπονος ἡμῖν ἡ τῆς προῤῥήσεως ἑρμηνεία· δήλην γὰρ ταύτην ποιεῖ τῶν πραγμάτων ἡ θεωρία. Σπουδάσομεν [18] δὲ ὡς οἷόν τε φυγεῖν μὲν τοῦ λόγου τὸ μῆκος, σύντομον δὲ προθεῖναι τοῖς βουλομένοις τὴν ὠφέλειαν. Πρότερον δέ γε τῶν ψαλμῶν δηλώσαντες τὸν σκοπὸν, οὕτω τῆς ἑρμηνείας ἁψόμεθα.

reperire desiderant. Unde non admodum laboriosa erit nobis prædictionis expositio: siquidem **604** hanc manifestam reddit rerum contemplatio. Studebimus autem, quoad in nobis erit, orationis prolixitatem vitare, compendiosamque volentibus proponere utilitatem. Ac priore loco psalmorum scopum declarantes, inde ad interpretationem veniemus.

Ἰστέον μέντοι, ὡς ἴδιον προφητείας οὐ μόνον τὰ ἐσόμενα [19] προαγορεύειν, ἀλλὰ καὶ τὰ παρόντα, καὶ τὰ ἤδη γεγενημένα λέγειν· καὶ γὰρ ὁ θεσπέσιος Μωσῆς τὰ πάλαι καὶ πρόπαλαι ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων κτισθέντα, καὶ τὸ εἶναι λαβόντα, σαφῶς ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν, οὐ παρ' ἀνθρώπων ταύτην τὴν διδασκαλίαν δεξάμενος, ἀλλ' ἐκ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος. Προεῖπε δὲ καὶ τὰ παρόντα, ὡς τῷ Φαραὼ τὰς ἐπενεχθείσας παιδείας, καὶ τῷ Ἰσραὴλ τοῦ μάννα τὴν χορηγίαν, καὶ τῶν κρεῶν τὴν μετάληψιν. Προεθέσπισε δὲ καὶ τὰ ἐσόμενα, τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τὴν παρουσίαν, τὴν Ἰουδαίων διασποράν, τὴν τῶν ἐθνῶν σωτηρίαν. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος Δαβὶδ, μετὰ τοῦτον πρῶτος προφητείαν συγγράψας, καὶ τῶν ἤδη γεγενημένων παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων εὐεργεσιῶν ποιεῖται τὴν μνήμην, καὶ τὰ μακροῖς ὕστερον χρόνοις ἐσόμενα προσημαίνει. Οὐ μόνον δὲ προαγορευτικοῖς [20] κέχρηται λόγοις, ἀλλὰ καὶ παραινετικοῖς καὶ νομοθετικοῖς· καὶ νῦν μὲν ἠθικὴν, νῦν δὲ δογματικὴν προσφέρει διδασκαλίαν· καὶ ποτὲ μὲν τὰς Ἰουδαίων ὀλοφύρεται συμφορὰς, ποτὲ δὲ τὴν τῶν ἐθνῶν σωτηρίαν προᾴδει. Πολλαχοῦ δὲ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ καὶ τὸ πάθος, καὶ τὴν ἀνάστασιν προθεσπίζει· καὶ τῇ ποικιλίᾳ τῆς προφητείας πολλὴν τοῖς προσέχειν ἐθέλουσι προσφέρει τὴν ἡδονήν [21]. Τοὺς δὲ ψαλμοὺς οὐχ ἅπαντας αὐτοῦ τινες ἔφασαν εἶναι τοῦ Δαβὶδ [22], ἀλλὰ καὶ ἑτέρων. Ὅθεν καὶ [23] τὰς ἐπιγραφὰς οὕτω νενοηκότες, τοὺς μὲν τῷ Ἰδιθοὺμ, τοὺς δὲ τῷ Αἰθὰμ [24], ἄλλους δὲ τοῖς υἱοῖς Κορὲ, καὶ ἑτέρους τῷ Ἀσὰφ ἀνέθεσαν, προφήτας καὶ αὐτοὺς ἐκ τῆς τῶν Παραλειπομένων ἱστορίας εἶναι μεμαθηκότες. Ἐγὼ δὲ περὶ τούτων μὲν οὐδὲν ἰσχυρίζομαι. Ποίαν γάρ μοι προστίθησιν ὠφέλειαν, εἴτε τούτου πάντες, εἴτ' [25] ἐκείνων εἴ τινες, δήλου γε ὄντος, ὡς ἐκ τῆς τοῦ θείου Πνεύματος ἐνεργείας συνεγράφησαν [26] ἅπαντες; καὶ τὸν θεσπέσιον γὰρ Δαβὶδ προφήτην ἴσμεν, κἀκείνους προφήτας τῶν Παραλειπομένων ἡ ἱστορία καλεῖ. Προφήτου δὲ ἴδιον, τὸ τὴν γλῶτταν ὑπουργὸν παρέχειν τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι, κατὰ τὴν ἐν τοῖς Ψαλμοῖς φερομένην φωνὴν, « Ἡ γλῶσσά μου, φησὶ, κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. » Κρατείτω [27] δὲ ὅμως τῶν πλειόνων ἡ ψῆφος· τοῦ Δαβὶδ δὲ οἱ πλείους τῶν συγγραφέων τούτους ἔφασαν εἶναι [28].

Sciendum est igitur, prophetiæ proprium esse, non solum futura prædicere, verum etiam et præsentia et præterita narrare: quandoquidem divinus Moses, quæcunque a prima origine a Deo universorum condita sunt, et ex ejus voluntate exsistunt, manifestissime nobis aperuit, non ab hominibus hanc doctrinam, sed a gratia Spiritus sancti edoctus. Prædixit etiam præsentia, sicut Pharaoni castigationes inflictas, et Israeli exhibitionem mannæ, carniumque participationem, Vaticinatus est etiam futura, Domini Christi adventum, Judæorum dispersionem, et gentium salutem. Sic etiam divinus David, qui primus post hanc prophetiam conscripsit, et beneficiorum a Deo universorum olim collatorum meminit, et longis post sæculis futura præmonstrat. Non solum autem verbis utitur hominis vaticinantis, sed etiam monitoris et legislatoris: et modo moralem doctrinam affert, modo dogmaticam: et Judæorum interdum calamitates deplorat, interdum gentium salutem præcinit. Passim vero Domini Christi tum passionem, tum resurrectionem vaticinatur, et prædictionis varietate, **605** iis qui attendere volunt, plurimum affert voluptatis. Psalmos autem non omnes ipsius Davidis quidam esse dixerunt, sed quosdam aliorum. Unde et inscriptiones sic interpretati, alios Idithumo ascripserunt, alios Æthamo, nonnullos filiis Core, et alios Asapho, quos etiam prophetas fuisse ex historia Paralipomenon didicerant. Ego autem de his sane nihil affirmo. Quid enim mea refert, sive hujus omnes, sive illorum aliqui sint, cum constet divini Spiritus afflatu universos esse conscriptos? Et enim non ignoramus et divinum Davidem prophetam fuisse, et illos itidem prophetas in Paralipomenon historia nuncupari. Prophetæ autem, est linguam præbere ministram gratiæ sancti Spiritus, ut legitur in Psalmis: « Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis [a]. » Vincat tamen plurium sententia: plures enim scriptores Davidis eos esse asserunt.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τὰς ἐπιγραφὰς τῶν Ψαλμῶν ψευδεῖς τινες ἀπεκάλεσαν, ἀναγκαῖον ἡγοῦμαι καὶ περὶ

Quoniam autem etiam inscriptiones Psalmorum quidam falsas esse dixerunt, necessarium puto

[a] Psal. XLIV, 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[18] cod. 2 σπουδάσωμεν. [19] *Ἐσόμενα.* cod. 2 μέλλοντα. [20] cod. 2 προσαγορευτικοῖς. [21] *Προσφέρει.* cod. 2 παρέχει. [22] *Τοῦ Δαβίδ.* Abest a cod. 1 et 2. [23] *Ἑτέρων. Ὅθεν καί.* Des. in cod. 2. [24] cod. 2 Ἐθάμ. [25] *Εἴτε.* cod. 2 addit καί. [26] *Συνεγράφησαν.* cod. 2 προεγράφησαν. [27] *Κρατείτω.* cod. 1 κρείττων. [28] Vid. supra, p. 562.

Digitized by Google

etiam de his pauca disserere. Mihi quidem temeritas videtur invertere inscriptiones, quæ jam olim Ptolemæi, qui post Alexandrum in Ægypto regnavit, temporibus circumferebantur, quasque Septuaginta omnes seniores in Græcam **606** linguam transtulere, sicut reliquam omnem sacram Scripturam. Annis autem ante interpretationem istam centum et quinquaginta, mirabilis Esdras cœlestis gratiæ plenus, sacros libros descripsit, qui partim per Judæorum incuriam, partim vero per impietatem Babyloniorum, dudum fuerant depravati. Quod si et hic a Spiritu sancto afflatus horum voluminum memoriam renovavit, et illi non sine divino afflatu eadem in Græcum sermonem consensione maxima converterunt, atque inter cætera divina scripta etiam inscriptiones interpretati sunt : rem equidem nimiæ temeritatis et confidentiæ plenam arbitror, falsas illas affirmare, et cogitationes nostras sancti Spiritus efficacia sapientores ducere. Hoc autem apertius ostendet singulorum Psalmorum explanatio.

Διάψαλμα etiam variis modis exposuerunt. Nonnulli enim intermissionem operationis Spiritus sancti suspicati sunt esse : alii vaticinationis commutationem : quidam vero cantus vicissitudinem. Unus autem, Aquilæ interpretationem secutus, pro διάψαλμα posuit *semper*, cum præcedente versu id cohærere pronuntians. Verbi gratia, in tertio psalmo, post illa verba : « Voce mea ad Dominum clamavi, et exaudivit me de monte sancto suo [b], » invenimus adjunctum διάψαλμα. Aquila vero sic conjunxit : « Et exaudivit me de monte sancto suo semper. » Et sic deinceps anteriori versiculo ascribit, **607** *semper*, unam efficiens sententiam. Ego autem, cum et Septuaginta et alios omnes divinæ Scripturæ interpretes diapsalmate usos esse inveniam, injustum arbitror, tot talesque despicere viros, et unius tantum sententiæ adhærere. Quamobrem cantus mutationem significare arbitror *diapsalmatis* scripturam. Cum enim magnus David choris institutis, Deo hymnodiam offerret, non illi quidem aliquem fructum quærens, sed utilitatem populo concilians, palam est eum hoc fecisse, ut cum aliqua convenientia et chori concinerent, et ii qui instrumentis utebantur, sonum ederent consonantem. Quinetiam et cantiones ipsæ multas habent modorum vices, et lyræ quoque et citharæ suas habent pulsuum varietates : atque in tibiis etiam multa hujus generis discrimina observantur. Διάψαλμα igitur videtur mihi innuere, ut dixi, cantu de his pauca disserere. Ἐμοὶ δοκεῖ τολμηρὸν εἶναι τὰς ἀνέκαθεν ἐμφερομένας ἐπὶ Πτολεμαίου, τοῦ τῆς Αἰγύπτου μετὰ τὸν Ἀλέξανδρον βασιλεύσαντος, ἀνατρέπειν ἐπιγραφάς, ἃς οἱ ἑβδομήκοντα πάντες πρεσβύτεροι [59] μετέθεσαν εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν, ὡς καὶ τὴν ἄλλην ἅπασαν θείαν Γραφήν. Πρὸ πεντήκοντα δὲ καὶ ἑκατὸν τῆς ἑρμηνείας ἐνιαυτῶν [59a], θείας ἀναπλησθεὶς χάριτος ὁ θαυμάσιος Ἔσδρας τὰς ἱερὰς ἀνέγραψε βίβλους, ὑπὸ τῆς τῶν Ἰουδαίων ἀμελείας, καὶ τῆς τῶν Βαβυλωνίων δυσσεβείας, πάλαι διαφθαρείσας. Εἰ δὲ κἀκεῖνος ὑπὸ τοῦ παναγίου [60] Πνεύματος τὴν τούτων ἀνενεώσατο μνήμην, καὶ οὗτοι, μὴ δίχα τῆς θείας ἐπιπνοίας, μετὰ πολλῆς συμφωνίας μετήνεγκαν ταύτας εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν, πρὸς δὲ ταῖς ἄλλαις θείαις Γραφαῖς καὶ τὰς ἐπιγραφὰς ἡρμηνεύκασιν· τολμηρὸν οἶμαι καὶ λίαν θρασὺ, ψευδεῖς ταύτας προσαγορεύειν, καὶ τοὺς οἰκείους λογισμοὺς τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας σοφωτέρους ὑπολαμβάνειν. Τοῦτο δὲ δείξει σαφέστερον καὶ ἡ κατὰ μέρος τῶν Ψαλμῶν ἑρμηνεία.

Καὶ τὸ *διάψαλμα* δὲ διαφόρως ἡρμήνευσαν. Οἱ μὲν γὰρ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας παῦλαν ὑπέλαβον εἶναι, οἱ δὲ προφητείας ἐναλλαγὴν, οἱ δὲ τοῦ μέλους μεταβολήν. Εἷς δὲ, τῇ τοῦ Ἀκύλα [61] χρησάμενος ἑρμηνείᾳ, τὸ *ἀεὶ* τέθεικεν ἀντὶ τοῦ *διαψάλματος*, τῷ ἡγουμένῳ στίχῳ τοῦτο συνάπτεσθαι φήσας. Οἷον ἐν τῷ τρίτῳ ψαλμῷ μετὰ τὸ, « Φωνῇ μου πρὸς Κύριον ἐκέκραξα, καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ, » προσκείμενον εὑρίσκομεν τὸ *διάψαλμα*. Ὁ δὲ Ἀκύλας οὕτως συνῆψε [62], « Καὶ ἐπήκουσέ μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ ἀεὶ. » Καὶ οὕτω δὲ ἐφεξῆς τῷ ἡγουμένῳ στίχῳ [63] συνάπτει, μίαν διάνοιαν ἐργαζόμενος. Ἐγὼ δὲ καὶ [64] τοὺς Ἑβδομήκοντα, καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας [65] τῆς θείας Γραφῆς ἑρμηνευτὰς τῷ διαψάλματι κεχρημένους εὑρίσκων, οὐ δίκαιον ἡγοῦμαι τοσούτων μὲν καὶ τοιούτων καταφρονῆσαι, ἑνὸς δὲ μόνου διανοίᾳ [66] πιστεῦσαι. Οὗ δὴ χάριν μέλους ἐναλλαγὴν ὑπολαμβάνω [67] σημαίνειν τοῦ *διαψάλματος* τὴν γραφήν [68]. Ἐπειδὴ γὰρ [69] χοροὺς συστησάμενος [70] ὁ μέγας Δαβὶδ τῷ Θεῷ τὴν ὑμνῳδίαν προσέφερεν, οὐκ αὐτῷ [71] χρείαν τινὰ πληρῶν, ἀλλὰ τῷ λαῷ προξενῶν ὠφέλειαν, δηλονότι [72] μετά τινος ἁρμοδίας [73] καὶ τοὺς χορεύειν, καὶ τοὺς τοῖς ὀργάνοις κεχρημένους σύμφωνον παρεσκεύασε παρέχεσθαι τὴν ἠχήν. Πολλὰς δὲ καὶ τὰ ᾄσματα τοῦ μέλους ἔχει μεταβολὰς, καὶ αἱ λύραι [74] δὲ, καὶ μέντοι καὶ κιθάραι, τῶν κρουμάτων ἐναλλαγάς· ἔστι δὲ καὶ ἐπὶ τῶν αὐλῶν πολλὴν [75] τοιαύτην ἰδεῖν διαφοράν. Τὸ τοίνυν *διάψαλμα* δοκεῖ μοι σημαίνειν,

[b] Psal. XLIV, 4.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[59] *Πρεσβύτεροι.* Des. in cod. 1, 2. [59a] *Πρὸ — ἐνιαυτῶν.* cod. 2 habet, πρὸ δὲ ἑκατὸν πεντήκοντα ἐνιαυτῶν τῆς ἑρμηνείας. [60] cod. 2 ἁγίου. [61] *Ἀκύλα.* cod. 2 Ἀκύλου. [62] *Οὕτως συνῆψε.* cod. 2 οὕτω συνέγραψε. [63] Post στίχῳ in cod. 1 sequitur ἀεὶ, in cod. 2 τὸ ἀεί. Hanc lectionem habuit Caraffa, ut ex ejus versione colligimus. [64] *Καί.* Des. in cod. 2. [65] *Ἅπαντας.* Abest a cod. 2. [66] *Διανοίᾳ.* cod. 1 et 2 διάνοιαν. [67] *Ὑπολαμβάνω.* cod. 2 ἡγοῦμαι. [68] *Γραφήν.* cod. 2 ἐπιγραφήν. [69] *Γάρ.* Abest a cod. 1. [70] *Συστησάμενος.* cod. 1 et 2 στησάμενος. [71] *Οὐκ αὐτῷ.* cod. 1 οὐχ αὐτῷ. [72] *Δηλονότι.* cod. 1 δῆλον ὅτι. [73] cod. 1, 2 ἁρμονίας. [74] *Αὐλαί.* cod. 1, αὐλαί. [75] *Πολλήν.* cod. 1, 2 πάλιν.

Digitized by Google

ὡς ἔφην, τὴν τοῦ μέλους μεταβολήν. Τὸ δὲ ἀκριβὲς τῆς ἑρμηνείας οἶδεν ὁ τοιαυτην[46] τεθεικὼς τὴν ἐπιγραφήν, καὶ εἴ τις κατ' ἐκεῖνον τοῦ θείου Πνεύματος τὴν αἴγλην ἐδέξατο. Εἰδέναι δὲ προσήκει τοὺς φιλοπόνως τοῖς Ψαλμοῖς ἐντυγχάνοντας, ὡς τοῦ χρόνου τὴν τάξιν οὐ διασώζουσιν· ἀλλ' οἱ μὲν τὰς πρεσβυτέρας περιέχοντες ἱστορίας ἔστιν ὅτε τὴν δευτέραν ἔλαχον τάξιν, οἱ δέ γε τὰς νεωτέρας, ἐτάχθησαν πρότεροι. Καὶ γὰρ ὁ τρίτος ψαλμὸς τοῦ κατὰ τὸν Ἀβεσσαλὼμ διηγήματος τὴν ἐπιγραφὴν ἔχει, ὁ δέ γε ἑκατοστὸς τεσσαρακοστὸς πρῶτος τοῦ Σαούλ. Ὅπῳ δὲ προγενέστερα τὰ κατὰ τὸν Σαοὺλ τῶν κατὰ τὸν Ἀβεσσαλὼμ[47], παντί που δῆλον τῷ τὴν ἱστορίαν ἐπισταμένῳ. Οἶμαι δὲ αὐτὸν μὲν τὸν θεῖον Δαβὶδ τοὺς Ψαλμοὺς εἰρηκέναι· τινὰς δὲ τῶν ὕστερον γενομένων τὴν τούτων ποιήσασθαι σύνταξιν. Ταῦτα δὲ ἐπεσημηνάμην, ἵνα μὴ διακόπτω τὴν ἑρμηνείαν περὶ τούτων μεταξὺ γράφειν ἀναγκαζόμενος. Ἐνταῦθα τοίνυν τὴν προθεωρίαν συμπεράναντες, σὺν Θεῷ φάναι, τῆς κατὰ μέρος ἑρμηνείας ἀψώμεθα.

A tus vicissitudinem. Exactam vero interpretationis significationem novit ille qui hanc posuit inscriptionem, et si quis alius, sicut ille divini Spiritus lumen accepit. Sciendum est autem iis qui studiose Psalmos lectitant, hos temporis ordinem non servare : sed quosdam ex illis, qui antiquiores continent historias, secundum aliquando locum sortitos esse; qui vero recentiores, priore loco positos esse. Tertius enim psalmus **608** titulum habet narrationis de Absalomo : centesimus vero quadragesimus primus de Saule. Quanto autem antiquiora sint quæ de Saule feruntur, iis quæ de Absalomo, omnino perspicuum est ei qui historiam novit. Puto equidem ipsum divinum Davidem Psalmos dixisse, sed quosdam ex posterioribus eos sic ordinasse. Hæc autem idcirco præmisi, ne expositionem interrumpam, si in explanando versatus de his scribere cogar. Hic ergo præfandi finem facientes, singulorum psalmorum expositionem, Deo duce, aggrediamur.

B

ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΤΟΥ Α' ΨΑΛΜΟΥ.

Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις[48].

609 INTERPRETATIO PRIMI PSALMI.

Sine titulo est apud Hæbreos.

α'. « Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. » Ἐντεῦθεν[49] ῥᾴδιον συνιδεῖν, ὡς πάλαι παρ' Ἑβραίοις τὰς ἐπιγραφὰς εὑρόντες οἱ τὰς θείας ἡρμηνευκότες Γραφὰς, ταύτας μετέθεσαν[50] εἰς τὴν Ἑλλάδα φωνήν. Τοῦτον γὰρ καὶ τὸν μετ' αὐτὸν ψαλμὸν ἀνεπιγράφους εὑρόντες ἀνεπιγράφους κατέλιπον[51]· οὐ τολμήσαντές τι προσθεῖναι παρ' ἑαυτῶν τοῖς λογίοις τοῦ Πνεύματος. Τινὲς μέντοι τῶν τὰς ὑποθέσεις τῶν ψαλμῶν συγγεγραφότων ἠθικὴν τοῦτον ἔφασαν τὸν ψαλμὸν περιέχειν διδασκαλίαν· ἐμοὶ δὲ οὐχ ἧττον δογματικὸς ἢ ἠθικὸς ἔδοξεν εἶναι. Περιέχει γὰρ οὐχ ἁμαρτωλῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀσεβῶν κατηγορίαν, καὶ παραινεῖ τοῖς θείοις λόγοις[52] προσέχειν διηνεκῶς· ἐξ ὧν οὐκ ἠθικὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ δογματικὴν ὠφέλειαν καρπούμεθα. Ἁρμοδίως δὲ[53] λίαν ὁ μέγας Δαβὶδ μακαρισμὸν τῆς οἰκείας αὐτοῦ προτέθεικε συγγραφῆς[54], τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν ὁμοῦ καὶ Δεσπότην μιμούμενος[55], τὸν Σωτῆρα λέγω Χριστόν· ὅστις[56] πρὸς τοὺς ἱεροὺς μαθητὰς[57] διδασκαλίας[58] ἀπὸ μακαρισμῶν ἤρξατο, « Μακάριοι, λέγων, οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. » Υἱὸς δὲ τοῦ Δαβὶδ ὁ Δεσπότης Χριστὸς ὡς ἄνθρωπος κατὰ τὴν τῶν ἱερῶν[59] Εὐαγγελίων φωνήν· « Βίβλος γὰρ γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ[60]. » Κύριος δὲ αὐτοῦ καὶ ποιητὴς, ὡς Θεός. Αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ φωνή· « Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου, Κάθου ἐκ δεξιῶν μου. »

Vers. 1. « Beatus vir, qui non incessit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra perniciosorum non sedit. » Hinc facile est cognoscere, quod antiquitus, cum apud Hæbreos inscriptiones invenissent qui divinas Scripturas interpretati sunt, eas in linguam Græcam transtulerint. Hunc enim psalmum, et eum qui proxime sequitur, sine inscriptione nacti, sine inscriptione reliquerunt; non audentes a se ipsis aliquid adjungere verbis Spiritus sancti. Quidam tamen ex illis qui psalmorum argumenta conscripsere, dixerunt hunc psalmum continere doctrinam de moribus. Mihi vero visus est non minus dogmaticus esse, quam moralis. Complectitur enim non peccatorum modo, sed etiam impiorum reprehensionem, et admonet ut haud intermisso studio divinis sermonibus operam navemus, ex quibus utilitatem consequimur, quæ non ad mores solum pertineat, verum etiam ad dogmata spectet. Aptissime autem magnus David præposuit scriptioni suæ beatitudinem, suum ipsius filium simul et Dominum imitatus, Christum, inquam, Salvatorem, qui cum sacris discipulis colloquens, doctrinam a beatitudinibus exorsus est dicens : « Beati pauperes **610** spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum [c]. » Christus autem filius est Davidis, ut homo, secundum sacrorum Evangeliorum sermonem : « Liber generationis Jesu Christi filii Davidis filii Abrahami [d]. » Est au-

C

D

[c] Matth. v, 3. [d] Matth. i, 1.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[46] *Τοιαύτην.* cod. uterque ταύτην. [47] *Διηγήματος — τοῦ Ἀβεσσαλώμ.* Des. in cod. 2. [48] *Ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.* Des. in codd. nostris. [49] *Ἐντεῦθεν.* codd. 1 et 2 præmittunt καί. [50] *Μετέθεσαν.* cod. 2 κατέθεσαν. [51] *Κατέλιπον.* cod. 2 præm. καί. [52] *Λόγοις.* Abest a cod. 2. [53] *Δέ.* Deest ibid. [54] *Τῆς — συγγραφῆς.* cod. 1 τῆς οἰκείας συγγραφῆς προτέθεικε. cod. 2 προτέθεικε τῆς συγγραφῆς, omisso οἰκείας. [55] *Ὁμοῦ — μιμούμενος.* Des. in cod. 2. [56] *Ὅστις.* cod. 1 ὃς τῆς. [57] *Μαθητάς.* cod. 1 et 2 ἀποστόλους. [58] *Διδασκαλίας.* Abest a cod. 2. [59] *Ἱερῶν.* Des. in cod. 2. [60] *Υἱοῦ Ἀβραάμ.* cod. 1 et 2 præm. υἱοῦ Δαβίδ.

Digitized by Google

tem Dominus et conditor ipsius, ut Deus. Illius est enim hæc vox : « Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis [e]. » Beatum igitur prædicat illum hominem qui neque cum impiis viam communicat, neque firmum consilium peccatorum amplectitur (hoc enim stationem vocavit), et qui fugit stabilem perniciosorum corruptionem. Nomen autem *Beati* divina appellatio est : quod testatur divinus Apostolus, exclamans : « Beatus et solus potens, rex regnantium, et Dominus dominantium [f]. » Homines autem, ut aliarum, sic etiam hujus appellationis participes fecit Deus Dominus, utpote qui vocatur fidelis. « Fidelis enim, inquit, est Deus, per quem vocati estis in societatem filii ejus [g]. » Et beatus Moses : « Deus, ait, fidelis est, nec est iniquitas in ipso [h]. » Vocavit etiam homines fideles, quotquot sine ulla dubitatione ipsius sermones accipiunt. Sic etiam, cum sit et vocetur Deus, communicavit munificus largitor hanc suam appellationem cum hominibus, et clamat : « Ego dixi, Dii estis, et filii Excelsi omnes : vos autem ut homines moriemini [i]. » Hoc nomen igitur *beatus*, est fructus **611** qui ex perfectione virtutis percipitur. Nam sicut unumquodque ex humanæ vitæ institutis suum habet finem, ut ars athletica respicit coronas oleaginas, militaris vero victorias tropæaque ; et medicina sanitatem, morborumque expulsionem, et mercatura nummorum cumulum et divitiarum affluentiam : sic etiam scientia virtutis habet suum fructum et finem, nimirum divinam beatitudinem. Nemo autem videns in hoc loco virum tantummodo beatum dici, arbitretur feminarum genus ab hac beatitudine excludi. Neque enim Dominus Christus, cum formaret beatitudines tanquam de maribus loquens, negavit mulieribus acquisitionem virtutis. Sermo enim cum viris comprehendit etiam feminas : quandoquidem caput mulieris est vir, quemadmodum ait divinus Apostolus [j]. Conjunguntur autem cum capite corporis membra, gaudentque cum caput coronatur. Sic etiam nos, cum aliquo sermocinantes, ipsumque nominantes charum caput, non separamus illud a cæteris artubus : sed a parte totum appellamus. Non temere autem fecit mentionem primum viæ, deinde stationis, denique cathedræ : sed quia probe novit quo pacto cogitatio mentis, sive prava, sive recta sit, motionem quamdam primo sustineat, deinde statum, postremo firmamentum quoddam stabile. Admonet igitur ut neque in mente aliquam impiam cogitationem admittamus, neque ad actum

A Μακαρίζει τοίνυν τὸν μήτε τοῖς ἀσεβέσιν ὁδοῦ κοινωνήσαντα, μήτε βεβαίαν τῶν ἁμαρτωλῶν δεξάμενον τὴν βουλήν· τοῦτο γὰρ δὴ στάσιν ἐκάλεσε· καὶ τὴν μόνιμον τῶν λοιμῶν φυγόντα διαφθοράν. Τὸ δὲ *μακάριος*[61] ὄνομα θεία μὲν ὑπάρχει προσηγορία· καὶ μάρτυς ὁ θεῖος Ἀπόστολος βοῶν· « Ὁ μακάριος καὶ μόνος δυνάστης, ὁ βασιλεὺς τῶν βασιλευόντων, καὶ Κύριος τῶν κυριευόντων. » Μετέδωκε δὲ καὶ ταύτης[62] τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων, ὁ Δεσπότης Θεός· καὶ γὰρ πιστὸς καλούμενος· « Πιστὸς γάρ, φησὶν, ὁ Θεὸς, δι' οὗ ἐκλήθητε εἰς κοινωνίαν τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ. » Καὶ ὁ μακάριος Μωσῆς, « Θεὸς, φησὶ, πιστὸς, καὶ οὐκ ἔστιν ἀδικία ἐν αὐτῷ. » Ἐκάλεσε καὶ τῶν ἀνθρώπων πιστοὺς τοὺς ἀναμφιβόλως δεχομένους αὐτοῦ τοὺς λόγους[63]. Οὕτω Θεὸς B ὢν καὶ καλούμενος μετέδωκε καὶ ταύτης τῆς κλήσεως τοῖς ἀνθρώποις[64] ὁ μεγαλόδωρος, καὶ βοᾷ· « Ἐγὼ εἶπον[65], Θεοί ἐστε καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες, ὑμεῖς δὲ ὡς ἄνθρωποι ἀποθνήσκετε. » Τὸ οὖν *μακάριος* ὄνομα τῆς κατ' ἀρετὴν τελειώσεως[66] ὑπάρχει καρπός. Ὥσπερ γὰρ καὶ ἕκαστον τῶν κατὰ τὸν βίον ἐπιτηδευμάτων εἰς τὸ τέλος[67] ὁρᾷ· ἀθλητικὴ μὲν οὖν εἰς τοὺς ἐκ κοτίνου στεφάνους, στρατηγική τε εἰς νίκας καὶ τρόπαια, καὶ μέντοι καὶ ἰατρικὴ εἰς ὑγίειαν καὶ νόσων ἀπαλλαγὴν, καὶ ἐμπορικὴ εἰς συλλογὴν χρημάτων καὶ πλούτου περιουσίαν· οὕτως καὶ ἡ τῆς ἀρετῆς ἐπιστήμη καρπὸν ἔχει καὶ τέλος τὸν θεῖον μακαρισμόν. Μηδεὶς δὲ ἄνδρα μόνον ὁρῶν ἐνταῦθα μακαριζόμενον, ἐστερῆσθαι νομίσῃ τοῦδε τοῦ μακαρισμοῦ τῶν γυναικῶν τὸ γένος. Οὐδὲ γὰρ ὁ Δε- C σπότης Χριστὸς ἀῤῥενικῶς τοὺς μακαρισμοὺς σχηματίσας ἀπηγόρευσε ταῖς γυναιξὶ κτῆσιν[68] τῆς ἀρετῆς. Συμπεριλαμβάνει γὰρ τοῖς ἀνδράσι καὶ τὰς γυναῖκας ὁ λόγος· κεφαλὴ γὰρ γυναικὸς ὁ ἀνὴρ, ᾗ[69] φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος. Συνάπτεται δὲ τῇ κεφαλῇ τὰ μέλη τοῦ σώματος, καὶ κεφαλῆς στεφανουμένης ἀγάλλεται[70]· οὕτω καὶ πρός τινα διαλεγόμενοι, καὶ φίλην αὐτὸν κεφαλὴν ὀνομάζοντες, οὐ χωρίζομεν τῶν μορίων τοῦ σώματος, ἀλλ' ἀπὸ μέρους τὸ πᾶν προσφθεγγόμεθα. Οὐχ ἁπλῶς δὲ πρῶτον ὁδοῦ, εἶτα στάσεως, εἶτα καθέδρας ἐμνημόνευσεν· ἀλλ' εἰδὼς ἀκριβῶς, ὡς κίνησιν μὲν πρῶτον ὁ λογισμὸς ὑπομένει, εἴτε φαῦλος, εἴτε σπουδαῖος εἴη· εἶτα στάσιν, εἶτά τινα ἕδραίαν βεβαίωσιν. Παραινεῖ τοίνυν, D μήτε τῷ νῷ παραδέξασθαι δυσσεβῆ τινα ἔννοιαν, μήτε ἐπὶ πρᾶξιν ὁδεῦσαι παράνομον. Ἀσεβεῖς δὲ φίλον τῇ θείᾳ Γραφῇ καλεῖν τοὺς ἀθέτην, ἢ πολυθεΐαν θρησκεύοντας· ἁμαρτωλοὺς δὲ, τοὺς παρανομίᾳ συζῆν προαιρουμένους, καὶ βίον διεφθαρμένον

[e] Psal. cix, 1. [f] I Tim. vi, 15. [g] I Cor. i, 9. [h] Deut. xxxii, 4. [i] Psal. lxxxi, 6, 7. [j] I Cor. xi, 3.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[61] *Τὸ δὲ μακάριος* κ. λ. Hæc et pauca eorum quæ sequuntur, exhibet Corderii Catena in Psalmos, t. I, p. 6. [62] *Ταύτης*. Apud Cord. l. c. est τούτου. [63] *Δεχομένους — λόγους*. cod. 1 αὐτὸν δεχομένους. cod. 2 αὐτοῦ δεχομένους τοὺς λόγους. [64] *Τοῖς ἀνθρώποις*. Abest. a cod. 2. [65] cod. 2 εἶπα. [66] *Τὸ οὖν μακάριος — καὶ τὰ τούτων συνέδρια*. Hæc in cod. quodam Florentino tribuuntur Basilio M., sed perperam. Vid. Cel. Bandinii Catalogum codd. mss. Bibliothecæ Mediceæ Laurent. t. I, p. 90. [66*] *Τελειώσεως*. Codex Flor. habet πολιτείας. Corderius autem legit τελειότητος. [67] *Εἰς τὸ τέλος*. cod. noster 1 et 2, nec non cod. Florent. habent εἴς τι τέλος· [68] *Κτῆσιν*. codd. 1 et 2 præmittunt τήν. [69] *Ἥ*. Des. in cod. 2. [70] Post ἀγάλλεται in cod. 1 sequitur πρόσωπον.

Digitized by Google

ασπαζομένους· λοιμοὺς δὲ, τοὺς μὴ μόνον σφᾶς αὐτοὺς λυμαινομένους, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τῆς λύμης μεταδιδόντας, κατὰ τὴν ἐπισκήπτουσαν καὶ ἀνθρώποις καὶ κτήνεσι νόσον, ἧς μεταλαγχάνουσιν οἱ τοῖς νοσοῦσι πελάζοντες. Διὸ φεύγειν ὁ λόγος παρακελεύεται καὶ τὰ τούτων συνέδρια. Ἐπειδὴ δὲ οὐκ ἀπόχρη εἰς ἀρετῆς τελείωσιν τῆς κακίας φυγή· « Ἔκκλινον γάρ, φησὶν, ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν· » καὶ ὁ μακάριος [71] Ἡσαΐας· « Παύσασθε, φησὶν, ἀπὸ τῶν πονηριῶν ὑμῶν, μάθετε ποιεῖν καλόν· » μάλα εἰκότως ἐπήγαγεν ὁ μακάριος [72] Δαβὶδ·

A progrediamur iniquum. Solet autem sacra Scriptura impios nominare eos qui vel nullum * deum, vel deos multos colunt; peccatores **612** vero eos qui iniquitati assuescere elegerunt, et vitam corruptam amant; perniciosos demum eos qui non solum se ipsos labefactant, sed etiam cum cæteris labem communicant; instar morbi qui et homines et pecudes invadit, cujus participes etiam fiunt qui ægrotantibus appropinquant. Quamobrem sermo jubet ut etiam horum consortia fugiamus. Quoniam autem non sufficit ad virtutis perfectionem malitiæ fuga: « Declina enim, inquit, a malo, et fac bonum [k], » et beatus Isaias: « Quiescite, ait, ab iniquitatibus vestris, et discite facere bonum [l]; » congruenter admodum subjunxit beatus David:

β'. « Ἀλλ' ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. » Προσήκει [73] δὲ οὐ μόνον τὰ προειρημένα βδελύξασθαι· ἀλλὰ καὶ τῷ θείῳ νόμῳ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν προσέχειν, κἀκεῖνα θέλειν ἃ ὁ θεῖος νόμος ὑπαγορεύει, καὶ κατὰ τὸν ἐκείνου σκοπὸν τὸν οἰκεῖον βίον εὐθύνειν. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ τῶν ὅλων Θεὸς διὰ Μωσέως ἐνομοθέτησε λέγων· « Ἔσται τὰ ῥήματα τοῦ νόμου τούτου διὰ παντὸς ἐν τῷ στόματί σου, καὶ μελέτησεις ἐν αὐτοῖς καθήμενος, καὶ διανιστάμενος, καὶ κοιταζόμενος [74], καὶ πορευόμενος ἐν ὁδῷ· καὶ ἀπαρτήσεις αὐτὰ [75] τῆς χειρός σου, καὶ ἔσται ἀσάλευτα πρὸ ὀφθαλμῶν σου. » Εἶτα δείκνυσι τὸν καρπὸν τὸν ἐντεῦθεν φυόμενον.

ζ'. « Τὰ λόγια Κυρίου λόγια ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον ἐν [64] τῇ γῇ [65], κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως. » Τὸ *ἑπταπλασίως* [66] ἀντὶ τοῦ πολλαπλασίως τέθεικε· τοῦτο γὰρ σύνηθες τῇ Θείᾳ [67] Γραφῇ.

η'. « Σὺ, Κύριε, φυλάξεις [68] ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις [69] ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. » Ὑπὸ [70] γὰρ τῆς σῆς φρουρούμενοι [71] χάριτος οὐ μόνον τῆς παρούσης γενεᾶς τὰς πάγας διαφευξόμεθα, ἀλλὰ καὶ τῆς αἰωνίου σωτηρίας τευξόμεθα.

θ'. « Κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσι, κατὰ τὸ ὕψος σου ἐπολυώρησας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων [72]. » Οἱ μὲν οὖν δυσσεβείᾳ συζῶντες, τὴν Θείαν [73] καταλιπόντες ὁδὸν, τῇδε κἀκεῖσε περιπλανῶνται, κυκλοῦν καὶ οἱονεὶ πολιορκεῖν τοὺς ἐπιεικεστέρους πειρώμενοι. Σὺ δὲ ἀπὸ τοῦ τῆς φύσεως ὕψους φαινόμενος τῆς σῆς ἀξιοῖς κηδεμονίας τοὺς ὑπ' ἐκείνων πολεμουμένους, νῦν μὲν ψυχαγωγῶν ἐν ταῖς θλίψεσι, μετὰ βραχὺ δὲ τελείαν τὴν [74] σωτηρίαν δωρούμενος [75].

[g] Exod. v, 2. [h] IV Reg. xviii, 29, 35. [i] Dan. iii, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[57] cod. 2 *Τῆς—δεσποτείας.* [58] Ὧ. cod. 1 2 præm. ἐν. [59] *Ὁ Θεός.* Uterque præm. ἐστίν. [60] cod. Flor. παρόψομαι. [61] *Αὐτούς.* cod. 1. τούς. [62] cod. Flor. αὐτοῖς. [63] cod. 1 ἐκφανές. [64] *Δοκ. ἐν τῇ γῇ.* Interpretes Græcos latuit significatio vocis עֲלִיל *catinus.* Vid. Montf. l. c. p. 490. [65] *Ἐν.* Abest a cod. 3. [66] *Τὸ ἑπταπλ.* Des. in cod. 1. [67] *Θείᾳ.* Abest a cod. 1 et 2. [68] cod. 2 φυλάξοις. cod. 3 φυλάξαις. [69] cod. 2 διατηρήσοις. cod. 3 διατηρήσαις. [70] *Ὑπό.* Cod. ἀπό. [71] Cod. 2 φρουρούμενος. [72] *Κατὰ — ἀνθρώπων.* Hæc a textu Hebr. psal. xii, 9, nimis aliena sunt. Melior est Symm. interpretatio, ὅταν ὑψωθῶσιν οἱ εὐτελεῖς τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. [73] *Θείαν.* cod. 3 εὐθείαν. [74] *Τὴν.* Abest a cod. 2. [75] Huc pertinet scholion addito Theodoreti nomine in Bosii edit. τῶν Ο', ad h. l. allatum, quod tamen nec in codd. nostris, nec apud Cord. exstat.

Digitized by Google

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΙΒ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » Καὶ τοῦτον εἰς ἑαυτὸν ἤνεγκεν[76] τὸν ψαλμὸν[77] ὁ μέγας Δαβὶδ, οὐ μὴν ὑπὸ τοῦ Σαοὺλ διωκόμενος, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ Ἀβεσσαλὼμ πολεμούμενος. Τὰ μὲν γὰρ κατὰ τὸν Σαοὺλ πρὸ τῆς ἁμαρτίας ἦν, καὶ διὰ τοῦτο μετὰ πολλῆς ἐλέγετο παῤῥησίας[78]. Τὰ δέ γε κατὰ τὸν Ἀβεσσαλὼμ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν· διὰ[79] τοῦτο κλαυθμὸς καὶ στεναγμὸς[80] τοῖς λόγοις ἐγκέκραται. « Ἕως πότε, Κύριε, ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος; » Τὴν[81] ἀναβολὴν τῆς βοηθείας *ἐπιλησμονὴν* προσηγόρευσε[82]. Παρακαλεῖ δὲ μὴ εἰς τέλος ἐπιλησθῆναι· τουτέστι μὴ παντελῶς τῆς θείας γυμνωθῆναι προνοίας. « Ἕως πότε ἀποστρέφεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ; » Ἐκ μεταφορᾶς τῶν ὀργιζομένων[83], καὶ τοὺς προσκεκρουκότας ὁρᾷν οὐ βουλομένων, τέθεικε τοῦτο τὸ ῥητόν. Διὸ μετ' ὀλίγα λέγει· « Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με, » οὔτε πρόσωπον νοῶν τὸ πρόσωπον, οὔτε ἀποστροφὴν τὴν ἀποστροφήν· ἀλλ' ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων πάλιν σχηματίζει τὸν λόγον[84].

β'. « Ἕως τίνος θήσομαι βουλὰς ἐν ψυχῇ μου, οδύνας ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας καὶ νυκτός; » Νύκτωρ[85] καὶ μεθ' ἡμέραν τρυχόμενος διατελῶ, καὶ τοὺς λογισμοὺς στρέφων τε καὶ ἀνελίττων, ποτὲ μὲν ἀπολαύσεσθαι[86] φιλανθρωπίας ἐλπίζω[87], ποτὲ δὲ ἀμφιβάλλω[88] εἰ τεύξομαι· ἄλλοτε δὲ ἀπαγορεύω τὰς χρηστοτέρας ἐλπίδας.

γ'. « Ἕως πότε ὑψωθήσεται ὁ ἐχθρός μου ἐπ' ἐμέ; » Ταῦτα καὶ ἡμῖν ἁρμόττει λέγειν ὑπὸ τοῦ διαβόλου πολεμουμένοις, καὶ τὴν θείαν ἀεὶ συμμαχίαν καλεῖν. Καὶ γὰρ ὁ θειότατος[89] Δαβὶδ ἠνιᾶτο τοὺς πολεμίους ἐπικρατεστέρους ὁρῶν[90].

δ'. « Ἐπίβλεψον, εἰσάκουσόν μου, Κύριε ὁ Θεός μου, φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον. » Τῇ νυκτὶ τῶν συμφορῶν περιεχόμενος, οἷόν τινι ὕπνῳ τῇ ἀθυμίᾳ κατέχομαι. Εἰ δὲ φανείη τῆς σῆς ἐπικουρίας τὸ φῶς, καὶ τὴν νύκτα σκεδάσει τῶν συμφορῶν, καὶ τὸν ὕπνον παύσει τῆς ἀθυμίας. Εἰ δὲ ἀναβάλλοις τὴν βοήθειαν, δέδια μὴ εἰς θάνατον ὁ ὕπνος μεταπέσῃ, ἰσχυροτέρας τῆς λύπης γενομένης τῶν λογισμῶν[91].

ε'. « Μή ποτε εἴπῃ ὁ ἐχθρός μου, Ἰσχυσα πρὸς αὐτόν. Οἱ θλίβοντές με ἀγαλλιάσονται, ἐὰν σαλευθῶ. » Μή με τοῖς δυσμενέσιν ἀποφήνῃς ἐπίχαρτον· πάντων γάρ μοι τῶν ἀνιαρῶν ἀνιαρώτατον τοῦτο.

ς'. « Ἐγὼ δὲ ἐπὶ[92] τῷ ἐλέει σου ἤλπισα. » Καὶ ἐντεῦθεν δῆλον, ὡς μετὰ τὴν ἁμαρτίαν τοῦτον εἴρηκε τὸν ψαλμόν. Οὐ γὰρ δικαιοσύνῃ, ἀλλ' ἐλέῳ

A

677 INTERP. PSALMI. XII.

Vers. 1. « In finem, Psalmus Davidi. » Hunc quoque psalmum de se ipso magnus David protulit, non Saulem fugiens, verum ab Absalomo bello petitus. Ea enim quæ ad Saulem attinent, ante peccatum acciderant, et hac de causa magna cum fiducia dicebantur. Ea vero quæ ad Absalomum spectant, post peccatum exstitere, et propterea luctus et gemitus immistus est verbis. « Usquequo, Domine, oblivisceris mei in finem? » Procrastinationem auxilii *oblivionem* appellavit : obsecrat autem ne obliviscatur in finem, hoc est, ne omnino divina providentia destituatur. « Usquequo avertis faciem tuam a me? » Per metaphoram ab iis qui excandescunt, eosque qui offenderunt videre nolunt, desumptam, hoc dixit. Ideo paulo post dicit : « Respice in me, et miserere mei. » Neque faciem ut faciem intelligit, neque aversionem ut aversionem; sed ab humanis rebus rursus orationem format.

B

Vers. 2. « Quandiu ponam consilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem et noctem? » Noctes diesque vexor, et cogitationes volvens ac revolvens, aliquando quidem benignitatem adipisci spero, aliquando vero ambigo an compos futurus sim : interdum vero penitus **678** abjicio spem meliorem.

Vers. 3. « Usquequo exaltabitur inimicus meus super me? » Hæc et nobis qui a diabolo bello petimur, dicere convenit, divinamque opem semper implorare. Nam et divinus David hostes potentiores videns mœrebat.

C

Vers. 4. « Respice, et exaudi me, Domine Deus mi : illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte. » Nocte calamitatum circumdatus, veluti quodam somno mœrore detineor. Si vero tui auxilii lux effulserit, et calamitatum noctem dissipabit, et mœstitiæ somnum sedabit. Si autem opem differas, timeo ne in mortem somnus incidat, cum tristitia potentior cogitationibus facta fuerit.

Vers. 5. « Ne quando dicat inimicus meus, Prævalui adversus eum. Qui tribulant me, exsultabunt, si motus fuero. » Ne inimicis ridiculum me ostendas, hoc enim mihi omnium gravium gravissimum est.

D

Vers. 6. « Ego autem in misericordia tua speravi. » Et hinc manifestum est eum post peccatum hunc psalmum dixisse. Non enim justitiæ, sed be-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[76] *Ἤνεγκε.* cod. 3 εἶπεν. [77] *Τὸν ψαλμόν.* Des. in cod. 1 et 2. [78] *Καὶ παῤῥησίας.* Des. apud Cord. p. 233. [79] *Διά.* cod. 1 præm. καί. cod. 3 διά τοι. [80] cod. 2 et Cord. l. c. κλαυθμοὺς καὶ στεναγμούς. [81] *Τὸν*, κ. τ. λ. In cod. Flor. alia horum loco leguntur, parum diversa ab illis quæ deinde ad v. 2 sequuntur. [82] cod. 3 ἐπιλησμοσύνην ὠνόμασεν. [83] *Ὀργιζομένων.* cod. 2 ἀγωνιζομένων. [84] *Οὔτε — λόγον.* Des. in cod. 3. [85] cod. 2 νυκτός. [86] cod. 2 ἀπολαύσασθαι. cod. 3 ἀπολαῦσαι. [87] cod. 2 et 3 ἐλπίζων. [88] *ἀμφιβάλλω — ἄλλοτε δέ.* Des. in cod. 2. [89] cod. 2 θεῖος. [90] *Ταῦτα — ὁρῶν.* Hæc in cod. Flor. tribuuntur Theodoro Antioch. [91] *Λογισμῶν.* cod. 2 συμφορῶν. [92] *Ἐπί.* cod. 2 ἐν.

Digitized by Google

nignitati confidit, seque in ea spem omnem reposuisse dicit : « Exsultabit ' cor meum in salutari tuo. » Nunc quidem spem in misericordia habeo; salutis vero compos factus, et a mœrore discedam, et cum omni animi delectatione hymnos recitabo. Hoc enim subjunxit : « Cantabo Domino, qui bona retribuit mihi, et psallam nomini Domini **679** altissimi. » Etsi enim inexplicabilem tuam ignoro naturam, tamen mihi nomen tuum sufficit ad colendum et decantandum, omneque justum auxilium postulandum. Credo enim me consecuturum esse, etiamsi hoc solum invocavero.

INTERP. PSALMI XIII.

VERS. 1. « In finem, Psalmus Davidi. » Etiam hic psalmus *in finem* nos transmittit, quoniam de futuris prædicit. Argumentum autem est hoc. Sennacherib Assyriorum rex aliquando Judæam bello infestavit, multasque civitates cepit, has quidem pactione, has vero obsidione : sperans porro et Hierosolyma potiri, misit Rapsacen ad Ezechiam, qui tunc temporis Judæis imperabat, exsecrationibus sermonibusque impiis contra Deum utentem. « Dicite enim, aiebat, Ezechiæ : Ne te decipiat Deus tuus, cui tu ipse confidis fore ut liberet Hierosolymam e manu mea. Ubi est deus Emath et Arphad ? et ubi est deus civitatis Sepharim ? num potuerunt liberare e manu mea , ut Dominus Hierosolymam e manu mea eripiat i ? » Verum hæc quidem ille. Ezechias vero magnum ejus exercitum et insanos sermones despiciens, propriaque utens pietate, divinam imploravit opem, et statim hanc consecutus est. Nam justus judex et illius impietatem exsecratus, et istius pietatem **680** amplexus, per unum angelum centum octoginta quinque millia Assyriorum perdidit, alios vero in fugam convertit, atque inopinatam salutem obsessis præbuit : « Dixit insipiens in corde suo : Non est Deus. » Exordium psalmi sermonibus Sennacherib et Rapsacis valde congruit. [Illi enim, quasi Deus non esset defensor Judææ, deceptum esse aiebant Ezechiam. Erant autem eorum qui cum Sennacheribo militabant, studia corrupta, nimirum vita ac mores, ut ne vel unum quidem inter illos Deus reperiret, qui virtutem coleret. Omnia enim in pravitatem declinaverant. Quid vero ? Nonne ex ipso rerum eventu cognoscent Dei potentiam, qui absumunt plebem ejus sicut escam panis, et devorant ? Sane cognoscent omnes ex operibus eum

i IV Reg. XVIII, 29 seqq.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΙΓ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » Καὶ οὗτος ἡμᾶς[95] ὁ ψαλμὸς εἰς τὸ τέλος παραπέμπει, ἐπειδὴ περὶ μελλόντων[96] προαγορεύει. Ἡ δὲ ὑπόθεσίς ἐστιν[97] αὕτη. Ἐπεστράτευσε Σενναχηρεὶμ τῶν Ἀσσυρίων ὁ βασιλεὺς τῇ Ἰουδαίᾳ ποτὲ, καὶ πολλὰς πόλεις εἶλε, τὰς μὲν ὁμολογίᾳ, τὰς δὲ πολιορκίᾳ. Ἐλπίσας δὲ καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ περιέσεσθαι, ἀπέστειλε Ῥαψάκην πρὸς Ἐζεκίαν[98] τὸν τηνικαῦτα κρατοῦντα τῶν Ἰουδαίων[99], βλασφήμοις κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ δυσσεβέσι χρώμενον[1] λόγοις. « Εἴπατε γὰρ, ἔλεγεν, Ἐζεκίᾳ· Μή σε ἀπατάτω ὁ Θεός σου, ἐφ' ᾧ σὺ πέποιθας ἐπ' αὐτῷ, ὅτι ῥύσεται τὴν Ἰερουσαλὴμ ἐκ χειρός μου. Ποῦ ὁ θεὸς Ἐμὰθ καὶ Ἀρφάδ; Καὶ ποῦ ὁ θεὸς τῆς πόλεως Σεφαρείμ; μὴ ἠδυνήθησαν ῥύσασθαι ἐκ χειρός[2] μου, ὅτι ῥύσεται Κύριος τὴν Ἰερουσαλὴμ ἐκ χειρός μου; » Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ταῦτα. Ὁ δὲ Ἐζεκίας, καὶ τῆς μεγίστης αὐτοῦ στρατείας, καὶ τῆς τῶν λόγων μανίας καταφρονήσας, τῇ οἰκείᾳ χρώμενος εὐσεβείᾳ, τὴν θείαν ἐπεκαλέσατο συμμαχίαν, καὶ παραυτίκα ταύτης ἀπῆλαυσεν. Ὁ γὰρ δίκαιος κριτὴς κἀκείνου τὴν ἀσέβειαν βδελυξάμενος, καὶ τούτου τὴν εὐσέβειαν ἀποδεξάμενος, δι' ἑνὸς ἀγγέλου ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας τῶν Ἀσσυρίων ἀνεῖλε· τοὺς δὲ ἄλλους ἔτρεψεν εἰς φυγὴν, καὶ τοῖς πολιορκουμένοις τὴν παράδοξον σωτηρίαν ἐπόρισεν[3]. « Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός. » Σφόδρα τοῖς τοῦ Σενναχηρεὶμ καὶ τοῦ Ῥαψάκου λόγοις συμβαίνει τοῦ ψαλμοῦ τὸ προοίμιον. [4 Ἐκεῖνοι γὰρ ὡς μὴ ὄντος τοῦ Θεοῦ προϊσταμένου τῆς Ἰουδαίας, ἀπατᾶσθαι ἔλεγον τὸν Ἐζεκίαν. Ἦν δὲ τοῖς ἀμφὶ τὸν Σεναχηρεὶμ καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα διεφθαρμένα, ἦγουν ὁ βίος καὶ ἡ πολιτεία, ὡς μηδὲ τὸν Θεὸν εὑρεῖν ἐν αὐτοῖς ἕνα τοῦν τῆς ἀρετῆς ἐπιμελούμενον. Πάντα γὰρ εἰς φαυλότητα ἐξέκλιναν. Τί δέ; Οὐκ ἔργοις θαῤῥεῖ, καὶ τούτῳ πεποιθέναι φησίν. « Ἀγαλλιάσεται ἡ καρδία μου ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου. » Νῦν μὲν τὰς ἐλπίδας εἰς τὸν ἔλεον ἔχω· τῆς δὲ σωτηρίας ἀπολαύσας, καὶ τῆς ἀθυμίας ἀπαλλαγήσομαι, καὶ μετὰ θυμηδίας ἁπάσης τὴν ὑμνῳδίαν ποιήσομαι. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν· « Ἄσω τῷ Κυρίῳ τῷ εὐεργετήσαντί με, καὶ ψαλῶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ ὑψίστου[93]. » Εἰ γὰρ καὶ τὴν ἄῤῥητον οὐκ ἐπίσταμαι φύσιν, ἀλλ' οὖν ἀπόχρῃ μοι τὸ ὄνομά σου εἰς τὸ προσκυνεῖν καὶ ὑμνεῖν, καὶ πᾶσαν δικαίαν ἐπικουρίαν αἰτεῖν. Πιστεύω γὰρ ὡς τεύξομαι καὶ τοῦτο μόνον καλῶν[94].

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΙΓ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » Καὶ οὗτος ἡμᾶς[95] ὁ ψαλμὸς εἰς τὸ τέλος παραπέμπει, ἐπειδὴ περὶ μελλόντων[96] προαγορεύει. Ἡ δὲ ὑπόθεσίς ἐστιν[97] αὕτη. Ἐπεστράτευσε Σενναχηρεὶμ τῶν Ἀσσυρίων ὁ βασιλεὺς τῇ Ἰουδαίᾳ ποτὲ, καὶ πολλὰς πόλεις εἶλε, τὰς μὲν ὁμολογίᾳ, τὰς δὲ πολιορκίᾳ. Ἐλπίσας δὲ καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ περιέσεσθαι, ἀπέστειλε Ῥαψάκην πρὸς Ἐζεκίαν[98] τὸν τηνικαῦτα κρατοῦντα τῶν Ἰουδαίων[99], βλασφήμοις κατὰ τοῦ Θεοῦ καὶ δυσσεβέσι χρώμενον[1] λόγοις. « Εἴπατε γὰρ, ἔλεγεν, Ἐζεκίᾳ· Μή σε ἀπατάτω ὁ Θεός σου, ἐφ' ᾧ σὺ πέποιθας ἐπ' αὐτῷ, ὅτι ῥύσεται τὴν Ἰερουσαλὴμ ἐκ χειρός μου. Ποῦ ὁ θεὸς Ἐμὰθ καὶ Ἀρφάδ; Καὶ ποῦ ὁ θεὸς τῆς πόλεως Σεφαρείμ; μὴ ἠδυνήθησαν ῥύσασθαι ἐκ χειρός[2] μου, ὅτι ῥύσεται Κύριος τὴν Ἰερουσαλὴμ ἐκ χειρός μου; » Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ταῦτα. Ὁ δὲ Ἐζεκίας, καὶ τῆς μεγίστης αὐτοῦ στρατείας, καὶ τῆς τῶν λόγων μανίας καταφρονήσας, τῇ οἰκείᾳ χρώμενος εὐσεβείᾳ, τὴν θείαν ἐπεκαλέσατο συμμαχίαν, καὶ παραυτίκα ταύτης ἀπῆλαυσεν. Ὁ γὰρ δίκαιος κριτὴς κἀκείνου τὴν ἀσέβειαν βδελυξάμενος, καὶ τούτου τὴν εὐσέβειαν ἀποδεξάμενος, δι' ἑνὸς ἀγγέλου ἑκατὸν ὀγδοήκοντα πέντε χιλιάδας τῶν Ἀσσυρίων ἀνεῖλε· τοὺς δὲ ἄλλους ἔτρεψεν εἰς φυγὴν, καὶ τοῖς πολιορκουμένοις τὴν παράδοξον σωτηρίαν ἐπόρισεν[3]. « Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ ἔστι Θεός. » Σφόδρα τοῖς τοῦ Σενναχηρεὶμ καὶ τοῦ Ῥαψάκου λόγοις συμβαίνει τοῦ ψαλμοῦ τὸ προοίμιον. [4 Ἐκεῖνοι γὰρ ὡς μὴ ὄντος τοῦ Θεοῦ προϊσταμένου τῆς Ἰουδαίας, ἀπατᾶσθαι ἔλεγον τὸν Ἐζεκίαν. Ἦν δὲ τοῖς ἀμφὶ τὸν Σεναχηρεὶμ καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα διεφθαρμένα, ἦγουν ὁ βίος καὶ ἡ πολιτεία, ὡς μηδὲ τὸν Θεὸν εὑρεῖν ἐν αὐτοῖς ἕνα τοῦν τῆς ἀρετῆς ἐπιμελούμενον. Πάντα γὰρ εἰς φαυλότητα ἐξέκλιναν. Τί δέ; Οὐκ ἔργοις

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[93] *Καὶ — ὑψίστου.* Hæc nonnisi in paucis libris veteribus subjuncta fuerunt, ut e scholio videmus, quod in edit. Rom. ad hunc locum τῶν Ο' adjectum est. Idem scholion in cod. nostro 3 exstat, ubi tamen pro verbis ultimis οὔτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, legitur, οὔτε παρ' Ὠριγένει. [94] *Εἰ γὰρ — καλῶν.* Des. in cod. 2. [95] *Ἡμᾶς.* Abest a cod. 1, 2. [96] *Περὶ μελλόντων.* cod. 1, 2 τὰ μέλλοντα. [97] *Ἐστίν.* cod. 2 ἦν. [98] cod. 2 Ἰεζεκίαν. [99] *Κρατοῦντα τῶν Ἰουδαίων.* Des. in cod. 1. In cod. leg. τῶν Ἰουδαίων βασιλέα. [1] cod. χρώμενος. [2] cod. 2 τῶν χειρῶν. [3] *Καὶ — ἐπόρισεν.* Hæc per compendium exhibet codex 3. [4] Garner. Auct. p. 8 e cod. Vatic. supplevit.

Digitized by Google

αὐτοῖς οὗτοι γνώσονται τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν, οἱ τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀντὶ ἄρτου δαπανῶντες καὶ κατεσθίοντες; Καὶ πάντες γνωρίσουσιν ἀπὸ τῶν πραγμάτων τὸν πολεμοῦντα αὐτοῖς· κἀκεῖθεν ὁ φόβος αὐτοῖς ἐλεύσεται, ὅθεν οὐ προσεδόκησαν. Ποῦ γὰρ ἂν φρήθησαν ὅτι ὑπὸ ἀγγέλου ἀναιρεθήσονται; ὅτι ὁ Θεὸς κήδεται τῶν Ἰουδαίων; καὶ οἱ μυκτηρίσαντες τὴν βουλὴν τοῦ πτωχοῦ καὶ ταπεινόφρονος Ἐζεκίου, Θεῷ μᾶλλον ἢ ὅπλοις θαρρήσαντος, νοήσουσιν, ὅτι ὁ ἑαυτὸν τοῦ Θεοῦ ἀναρτήσας τὴν μὴ καταισχύνουσαν ἐλπίδα ἐκτήσατο. Τίς γὰρ ἄλλος ἢ ὁ Θεὸς καὶ τοὺς ἀπομείναντας ἐν τῇ Σιὼν σώσει, καὶ τὰς ἤδη αἰχμαλωτισθείσας φυλὰς ἐπαναγάγῃ, ὥστε κοινὴν εὐφροσύνην γενέσθαι ταῖς δώδεκα φυλαῖς, ὧν ῥίζα καὶ ἀρχὴ ὁ πατριάρχης Ἰακὼβ ἐχρημάτισεν, ὁ καὶ Ἰσραὴλ μετονομασθείς; Ὥστε ἀπ' αὐτοῦ καὶ ταύτας Ἰακὼβ καὶ Ἰσραὴλ ὀνομάζεσθαι. Καὶ ταῦτα μὲν ὅσον πρὸς ἱστορίαν, τὴν δὲ ἀναγωγὴν ἰσχνοτέραν ἐξετάσωμεν.] « Διεφθάρησαν καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα[8]. » Ὑποβάθρα, φησί, καὶ ῥίζα τῆς ἀσεβείας ἡ τοῦ βίου διαφθορά. Εἰς ἀκολασίαν γὰρ σφᾶς αὐτοὺς καὶ θηριώδη βίον ἐκδεδωκότες, τοῦ Θεοῦ τὴν μνήμην τῆς διανοίας ἐξέβαλον· ἠκολούθησαν δὲ τῇ τοῦ ἡγουμένου παραπληξίᾳ καὶ οἱ ὑπήκοοι. [[9] Οἱ μὲν πάντη τὸ θεῖον ἀρνησάμενοι, καὶ μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἶναι Θεὸν ἀποφηνάμενοι, ὑπόκενον δὲ εἶναι τοὔνομα, καὶ κατὰ μηδεμιᾶς οὐσίας ὑποκείμενον τεταγμένον. Οἱ δὲ, τοὺς μὴ ὄντας ὡς ὄντας θεοὺς ἀναγορεύσαντες, καὶ τὸν μόνον ὄντα παρωσάμενοι· οἱ δὲ εἶναι μὲν τῷ λόγῳ ὑποστησάμενοι, μὴ μὴν δὲ προνοεῖν τῶν ἐπὶ γῆς, μηδὲ ἐφορᾷν τὰ ἀνθρώπινα παραδεδειγμένοι. Ἀθρόως δὴ οὖν οἱ πάντες εἰς ἕνα λόγον ἀρνησίθεον περιετράπησαν, μὴ εἶναι Θεὸν διανοηθέντες· ἐπεὶ δὲ μὴ ἐτόλμων διὰ στόματος τοῦτο φάσκειν· ἐνῆγε γὰρ τοὺς πάντας τὰ φυσικὰ σπέρματα καὶ οἱ περὶ τοῦ Θεοῦ φυσικοὶ λογισμοὶ ἐπὶ τὴν ὁμολογίαν τῆς τοῦ Θεοῦ γνώσεως· διὸ χείλεσι μὲν οὐκ ἐτόλμων ἀρνεῖσθαι, ἀλλ' εἰδέναι προσεποιοῦντο οὐ μόνον ἕνα, ἀλλὰ καὶ μυρίους θεούς. Τῇ γε μὴν καρδίᾳ ἑαυτοὺς ἔπειθον ἀφραίνοντες ἀληθῶς καὶ μωραίνοντες, ὅτι μὴ ἔστιν ἐν τῷ παντὶ Θεός· ἔλεγχος δὲ ἦν τοῦ ἀθέου αὐτῶν λογισμοῦ τὰ ὑπ' αὐτῶν ὁρώμενα· ἀπὸ γὰρ τοῦ καρποῦ τὸ δένδρον ἐπιγινώσκεται. Ὅτε τοίνυν ταῖς πράξεσιν αὐταῖς καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ πᾶσαν αὐτῶν τὴν ψυχὴν διέφθειραν, αὐτῷ σώματι, εἰς πᾶσαν ἐκδεδομένοι φθορὰν, ὡς καὶ ἄῤῥενας ἄῤῥεσιν ἐπιμαίνεσθαι, καὶ πάσαις ἀθεμιτουργίαις καὶ ἀῤῥητοποιΐαις καταφθείρειν ἑαυτούς· βδελυκτούς τε εἶναι δι' αὐτά· πῶς οὐκ ἂν εἴεν πρόδηλοι, ὅτι κἂν μυρίους ἐπιγράφωνται θεοὺς τῷ λόγῳ· κἂν αὐτοὶ

A qui adversus eos dimicat : et inde venict illis tremor, unde futurum non credebant. Qui enim suspicati essent se ab angelo esse perdendos? Deo enim curæ sunt Judæi : et qui deridebant consilium inopis ac modeste de se sentientis Ezechiæ in Deo magis quam in armis spem suam collocantis, intelligent eum qui unius Dei præsidio se committit, habere spem quæ non confundit. Quis enim præter Deum et eos qui in Sione manebant, salvare posset et convertere captivitatem tribuum quæ jam erant in servitutem redactæ, ut esset communis lætitia duodecim tribubus, quarum radix et princeps patriarcha Jacob appellatus est, **681** qui et Israel est cognominatus, ita ut ab eo ipsæ tribus Jacob et Israel nomen acceperint. Et ista quidem B spectant historiam : intelligentiam vero subtiliorem investigemus.] « Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis suis, non est qui faciat bonum. » Fundamentum, inquit, et radix impietatis, vitæ corruptela est. Cum enim se ipsos intemperantiæ atque ferinæ vitæ addixissent, ' Dei memoriam ex animo suo ejecerunt : subditi autem ducis insaniam secuti sunt. [Nonnulli quidem Deum plane negant, nec ullum ejus esse imperium palam profitentur, sicque vanum hoc esse nomen, nec talem unquam substantiam fuisse statuunt. Alii vero deos vocarunt, qui non sunt; eum autem qui solus est, rejecerunt. Alii denique verbis quidem supposuerunt Deum exsistere; eum autem terræ C hujus eorumque quæ ad homines pertinent, curam non gerere, evincere voluerunt. Hi omnes itaque in eumdem atheismi errorem prolapsi sunt, Deum non esse putantes. Quia autem non ausi sunt ore suo hoc profiteri (omnes enim illos naturæ quidam instinctus et naturales ratiocinationes urgebant, ut cognitionem de Deo **682** confiterentur) : ideo labiis quidem non ausi sunt Deum abnegare, sed se scire simularunt, non unum sed innumeros esse deos. Animo itaque suo hi, quos vere amentes et insipidos dixeris, persuasum habebant plane non esse Deum. Atheismi autem eos fuisse reos, patebat ex operibus eorum (e fructu enim dignoscitur arbor), tum ex actionibus, tum e toto vivendi genere. Totam enim animam depra- D varunt, et ipso quoque corpore tradiderunt sese corruptioni, ita ut mares quoque erga mares insano amore exarserint et nefando quovis facinore se polluerint, sicque abominabiles se reddiderint. Nonne itaque satis apertum est eos, licet innumeros deos verbis statuerint, seque Deum qui omnia moderatur, scire et confiteri, ore professi fuerint,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[8] Post χρηστότητα omissa sunt verba textus, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. Hæc ut in textu Hebr. ita quoque in edit. Compl. desunt. [9] Hæc in cod. 3 August. ponuntur post ἐξέβαλον, omissis illis ἠκολούθησαν. — ὑπήκοοι, quæ tamen loco suo moveri non potuerunt. Totus iste locus ejusdem est argumenti cum Eusebii ad h. l. Commentario apud Cord. p. 245, et Montf. in Coll. nova PP. t. I, p. 46 seq. Uterque autem nonnisi pauca exhibuit, quæ, si Eusebii sint, egregie ex hoc codice nostro locupletantur. Nostro hæc vindicare non dubitavimus, tum quia dicendi genus non repugnat, tum quia in codice non ascriptum est Εὐσεβίου ὁμοίως Θεοδωρήτου, ut illis in locis fieri observavimus, ubi Noster aliquid cum isto commune habet.

Digitized by Google

tamen in corde, hoc est, in intellectu suo plane non habuisse veram de Deo notionem ? Talis scilicet fuit hominum ante Salvatoris nostri adventum conditio. *Stultus* autem verissime et juxta rei naturam vocatur, qui Deum negat. Si enim sapientiæ initium est timor Dei, Deum non timere imo despicere oppositum sapientiæ sit, necesse est.]

VERS. 2, 3. « Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat num sit intelligens aut requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum. » Illos **683** quidem hæc et facientes et dicentes non despexit qui in excelsis habitat, et humilia respicit : verum exactam quæstionem ipsarum etiam cogitationum instituens, omnes vidit eadem pariter impietate et iniquitate vitæ detentos. Simile est hoc verbis, quæ ad Abrahamum fuerunt dicta : « Clamor Sodomorum et Gomorrhæ multiplicatus est coram me, et peccata eorum valde magna sunt : descendam, et videbo num secundum clamorem qui venit ad me, consummantur [k]. »

VERS. 4, 5. « Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam sicut escam panis ? Dominum non invocaverunt. Ibi trepidaverunt timore, ubi non erat timor. » Quoniam noluistis, inquit, vos qui devoratis, hoc cognoscere, ex ipso rerum eventu populum meum non facile capi a vobis posse discetis : neque quemadmodum panem qui comeditur, ipsum devorabitis providentiam meam contemnentes. Hoc enim est quod dicit : « Deum non invocaverunt. » Propterea vos, qui audacter loquimini et neminem timetis, timori et terrori succumbetis, et in fugam convertemini, nemine vos exterrente ac persequente. Nam hoc istud demonstrat : **684** « Ibi trepidaverunt timore, ubi non erat timor. » Illud autem : « Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem, » pronuntiatione adjuvandum est. Hoc vero, « Dominus de cœlo prospexit super filios hominum, ut videat num sit intelligens, aut requirens Deum, » humano more finxit, ostendens e cœlo Assyriis pœnam immissam fuisse. Patet enim ubique universitatis Deum adesse,

εἰδέναι καὶ ὁμολογεῖν τὸν ἐπὶ πάντων Θεὸν τοῖς χείλεσι φάσκοιεν· ἀλλ' ἐν τῇ καρδίᾳ ἑαυτῶν, τουτέστιν ἐν τῇ διανοίᾳ, οὐδὲ μία τις ἀληθὴς περὶ Θεοῦ ὑπῆρχεν ἔννοια; Τοιοῦτος μὲν οὖν ἐτύγχανε πᾶς ὁ πρὸ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν παρουσίας βίος[7]. Ἄφρων δὲ ἀληθέστατα καὶ φυσικώτατα ὁ ἀρνησίθεος ὠνόμασται. Εἰ γὰρ σοφίας ἀρχὴ φόβος Θεοῦ, ἀφροσύνη καὶ ἀθέτησις τοὐναντίον ἂν γένοιτο τῆς σοφίας[8].]

β', γ'. « Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, τοῦ ἰδεῖν εἰ ἔστι συνιὼν, ἢ ἐκζητῶν τὸν Θεόν. Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός[9]. » Ἐκείνων μέντοι τοιαῦτα καὶ δρώντων καὶ λεγόντων, οὐ περιεῖδεν ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ τὰ ταπεινὰ ἐφορῶν· ἀλλ' ἐξέτασιν ἀκριβῆ καὶ αὐτῶν τῶν λογισμῶν ποιησάμενος, εἶδεν ἅπαντας κατὰ ταὐτὸν[10] τῇ δυσσεβείᾳ καὶ τῇ τοῦ βίου παρανομίᾳ κατεχομένους. Ἔοικε τοῦτο τοῖς πρὸς τὸν Ἀβραὰμ εἰρημένοις· « Κραυγὴ Σοδόμων καὶ Γομόρρας πεπλήθυνται πρός με, καὶ αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν μεγάλαι σφόδρα· καταβὰς οὖν ὄψομαι εἰ κατὰ τὴν κραυγὴν αὐτῶν τὴν ἐρχομένην πρός με συντελοῦνται[11]. »

δ', ε'. « Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, οἱ ἐσθίοντες[12] τὸν λαόν μου ἐν[13] βρώσει ἄρτου; Τὸν Κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο. Ἐκεῖ ἐδειλίασαν φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος[14]. » Οὐκ ἠβουλήθητε, φησὶν, οἱ κατεσθίοντες[15] συνιδεῖν τόδε[16]· δι' αὐτῆς[17] οὖν[18] μαθήσεσθε τῶν πραγμάτων τῆς πείρας, ὡς οὐκ ἔσται[19] ὑμῖν εὐάλωτος ὁ ἐμὸς λαὸς, οὐδὲ καθάπερ ἄρτον τινὰ ἐσθιόμενον δαπανήσετε αὐτὸν, τῆς ἐμῆς προμηθείας καταφρονοῦντες. Τοῦτο γὰρ λέγει· « Τὸν Κύριον οὐκ ἐπεκαλέσαντο. » Οὗ[20] χάριν, οἱ ἀδεῶς φθεγγόμενοι, καὶ μηδένα δειμαίνοντες, φόβῳ καὶ δειλίᾳ περιπεσεῖσθε, καὶ εἰς φυγὴν τραπήσεσθε, μηδενὸς τῶν ἀνθρώπων δεδιττομένου τε καὶ διώκοντος. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ[21] τό· « Ἐκεῖ ἐδειλίασαν φόβῳ, οὗ οὐκ ἦν φόβος. » Τὸ δέ[22]· « Οὐχὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, » καθ' ὑπόκρισιν[23] ἀναγνωστέον. Τὸ δέ· « Ὁ Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων[24], τοῦ ἰδεῖν εἰ ἔστι συνιὼν ἢ ἐκζητῶν τὸν Θεὸν[25], » ἀνθρωπίνως ἐσχημάτισε, δεικνὺς ὡς οὐρανόθεν Ἀσσυρίοις τὴν τιμωρίαν κατέπεμψε. Δῆλον

[k] Gen. XVIII, 20, 21.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[7] *Βίος*. Eusebio quidem est, ut totum hominum genus dicat βίον (vid. Montf. Prælim. ad t. I Coll. novæ PP. p. 38), nec ab hoc loco alienus est iste significatus : nollem tamen ex hoc argumento concludere hunc locum Eusebio esse vindicandum, cum hæc interpretatio vix cadat in verba ista καὶ τῷ λοιπῷ βίῳ, quæ in hoc ipso loco obvia sunt. [8] In Catena nostra sequuntur quæ apud Cord. p. 243, proximo post hæc loco e Didymo allata sunt. Eorum tamen ne minima quidem pars exstat apud Cord. [9] Hoc loco, ut in cod. Alex. et edit. Ald. ac Compl., omissa sunt quæ in cod. Vatic. sequuntur, Τάφος — ὀφθαλμῶν αὐτῶν, quibus inserendis occasionem dedit locus in Epist. ad Rom. III, 13-18. In Hexaplo autem hæc non fuisse testatur scholion quod in edit. Rom. ad h. l. legitur. Conf. Hieron. in Præf. ad l. XVI Comment. in Isaiam. [10] cod. ταυτό. [11] *Συντελοῦνται*. cod. 1 addit, quæ l. c. v. 21 sequuntur, εἰ δὲ μὴ, ἵνα γνῶ. [12] cod. 1, 2 κατεσθίοντες. [13] *Ἐν*. Abest a cod. 3. [14] *Οὗ — φόβος*. Abest quidem a textu Hebr. psal. XIV, 5, recte autem a LXX interpretibus suppletum est e loco parallelo. psal. LIII, 6. [15] *Οἱ κατεσθίοντες*. cod. 3 οἰκοθεν, pro οἰκόθεν. [16] *Τόδε*. codd. tres August. et unus Flor. τὸ δέον. [17] cod. 3 αὐτῶν. [18] *Οὖν*. Abest ab omnibus codd. nostris. [19] cod. 3 ἔστι. [20] *Οὗ*. cod. 1, 2 addunt δή. [21] cod. 3 παραδηλοῖ. [22] *Τὸ δὲ*, κ. τ. λ. Hæc ad v. 2 pertinent. [23] Cord. p. 244 κατ' ἐρώτησιν. [24] *Ἐπὶ — ἀνθρώπων*. Des. in cod. 1. [25] *Ἢ — Θεὸν*. Des. in codd. nostris.

Digitized by Google

γὰρ ὡς πανταχοῦ πάρεστιν ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, καὶ κατέχει τὸν γύρον τῆς γῆς, καὶ τοὺς ἐνοικοῦντας ἐν αὐτῇ ὡσεὶ ἀκρίδας, κατὰ τὴν τοῦ προφήτου φωνήν[26].

ς'. « Ὅτι ὁ Θεὸς[27] ἐν γενεᾷ δικαίων, βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε· ὁ δὲ[28] Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ ἐστι. » Ταῦτα δὲ ποιεῖ τῶν ὅλων ὁ Κύριος διὰ τὴν τοῦ Ἐζεκίου ἀρετὴν, καὶ τὴν εὐσεβῶς ὑπ' ἐκείνου ποιμαινομένην γενεάν· οὗ ὡς εὐτελοῦς ὑμεῖς οἱ δυσσεβεῖς καταφρονήσαντες, ἐκωμῳδήσατε τὴν εἰς ἐμὲ βεβαίαν πεποίθησιν. Ταύτην γὰρ ἐκάλεσε *βουλὴν*, ἀντὶ τοῦ σκοποῦ[29]. Ἐκεῖνος μέντοι καθάπερ ἄγκυραν ἱερὰν τὴν ἐμὴν κατέσχεν ἐλπίδα, καὶ μὴν[30] δὴ καὶ τετύχηκε τῆς σωτηρίας ὡς ἤλπισε. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐπήγαγεν·

ζ'. « Τίς δώσει ἐκ Σιὼν τὸ σωτήριον τοῦ Ἰσραήλ; » Τοῦτο δὲ διπλῆν ἔχει τὴν προφητείαν. Οὐ γὰρ μόνον τὴν τηνικάδε γενομένην τοῖς πολιορκηθεῖσι προαγορεύει σωτηρίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν πολλοῖς ὕστερον χρόνοις τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν γενομένην ἐκεῖθεν σωτήριον ἐπιφάνειαν· « Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι Κύριον τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ λαοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ. » Ἐπειδὴ γὰρ[31] αἱ δέκα φυλαὶ ἤδη[32] ἦσαν ἐξηνδραποδισμέναι, καὶ μέντοι καὶ τῆς Ἰουδαίας πόλεις συχναὶ, ἐπεύχεται κἀκείνους τῆς αὐτῆς τε σωτηρίας τυχεῖν, καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀπολαβεῖν. Τηνικαῦτα ἔσται[33], φησὶ, μείζων ἡ εὐφροσύνη τῷ διπλῆν ἔχοντι τὴν προσηγορίαν[34] λαῷ. Οὐ μόνον γὰρ Ἰακὼβ, ἀλλὰ καὶ Ἰσραὴλ ὠνομάζοντο, καὶ[35] τῆς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῷ προπάτορι τεθείσης[36] ὀνομασίας κληρονομήσαντες.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΙΔ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » Ἐπειδὴ καὶ τοῖς τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκοῦσι προεθέσπισε τὴν σωτηρίαν ὁ πρὸ τούτου ψαλμὸς, καὶ τοῖς δορυαλώτοις ἤδη γεγενημένοις προηγόρευσε τὴν ἀνάκλησιν[37], εἰκότως ἐν τῷδε τῷ ψαλμῷ παραίνεσιν εἰσφέρει, καὶ ὑποτίθεται βίον καθ' ὃν προσῆκον ἦν πολιτεύεσθαι τοὺς ὑπὸ Θεῷ[38] τεταγμένους, καὶ τοσαύτης ῥοπῆς ἀπολαύοντας[39], καὶ σχηματίζει τὸν λόγον εἰς ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν[40]· « Κύριε, τίς παροικήσει ἐν τῷ σκηνώματί σου; καὶ τίς κατασκηνώσει ἐν ὄρει ἁγίῳ σου; » Τίς ἄξιος, ὦ Δέσποτα, τῷ σῷ νεῷ[41] προσ-

et terræ ambitum continere, atque in illa habitantes, veluti locustas, secundum prophetæ vocem [1].

Vers. 6. « Quoniam Dominus in generatione justorum est: consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes ejus est. » Hæc autem facit universorum Deus ob Ezechiæ virtutem, et generationem pie ab ipso custoditam, quo ut vili homine despecto, vos impii irrisistis spem firmam quam in me collocavit. Hanc enim *consilium* vocavit, id est propositum. Ille quidem veluti sacram ancoram spem in me positam apprehendit, atque salutis compos factus fuit ut speravit. Hoc enim subjunxit:

Vers. 7. « Quis dabit ex Sion salutare Israel? » Hic locus duplicem prophetiam habet. Non solam enim salutem quæ tunc obtigit obsessis, prædicit, verum etiam illum qui multis post temporibus illinc exortus est, salutarem Salvatoris nostri adventum vaticinatur: « Cum averterit Dominus captivitatem plebis suæ, exsultabit Jacob, et lætabitur Israel. » Quoniam enim decem **685** tribus jam erant in servitutem redactæ, atque etiam multæ Judæorum civitates, obsecrat ut etiam illi eamdem salutem consequantur, et libertatem recipiant. Tunc, inquit, major erit lætitia populo qui geminam appellationem habet. Non tantum enim Jacob, verum etiam Israel nominabantur, nominationis, quæ a Deo generis eorum principi et auctori imposita fuit, hæredes facti.

INTERP. PSALMI XIV.

Vers. 1. « Psalmus Davidi. » Quoniam proxime præcedens psalmus et salutem habitatoribus Hierosolymæ vaticinatus est, et jam captivis libertatem prædixit; merito in hoc psalmo admonitionem affert, et proponit vitam, secundum quam illos vivere decebat, qui sub Dei erant potestate, talisque auxilii compotes facti: et format orationem per dialogum: « Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo? » Quis dignus est, o Domine, tuo templo assidere, atque in tua **686** civitate vitam degere?

[1] Isa. XL, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[26] *Δῆλον — φωνήν.* Des. in cod. 3. [27] *Ὁ Θεός.* cod. 1, 2 Κύριος. [28] *Ὁ δέ.* Rec. lectio est ὅτι. [29] *Ἀντὶ τοῦ σκοποῦ.* cod. 3 τουτέστι σκοπόν. cod. 1 et 2 ἀντὶ τοῦ σκοπόν. [30] cod. 3 μέν. [31] *γάρ.* cod. 3 δέ. [32] *Ἤδη.* Abest a cod. 3. [33] *Ἔσται.* cod. 3 præm. γάρ. [34] *Προσηγορίαν.* cod. 2 σωτηρίαν. Cord. p. 243. ὀνομασίαν. [35] *Καί.* Abest a cod. 1, 2. [36] *Τεθείσης.* cod. 2 δοθείσης. [37] Garn. Auct. p. 9 ἐπανάκλησιν. [38] cod. 2 τοῦ Θεοῦ. [39] Garn. l. c. ἀπολαύσαντας. [40] Post ἀπόκρισιν hæc sequuntur apud Garn. l. c. Ἀθανάσιος δὲ καὶ Βασίλειος, οἱ μεγάλοι Πατέρες, φασὶν, ὅτι τοῦτον ᾄδει τὸν ψαλμὸν ὁ Δαβὶδ, διδάσκων τί ἂν ἄνθρωπον παρασκευάσοι τῆς μακαρίας ἐκείνης τυχεῖν λήξεως. Διὸ τὸν τέλειον ἡμῖν ὁ λόγος ὑπογράψαι βουλόμενος, τὸν τῶν μακαρισμῶν ἐπιτυγχάνειν μέλλοντα, τάξει τινὶ καὶ ὁδῷ τῶν περὶ αὐτὸν θεωρουμένων χρησάμενος, ἀπὸ τῶν προσεχεστέρων καὶ πρώτων τὴν ἀρχὴν πεποίηται. *Athanasius vero et Basilius magni Patres, aiunt a Davide cantatum esse hunc psalmum, cum docere vellet quid hominem disponat ut beatæ istius sortis compos fiat. Quamobrem virum perfectum nobis describere volens, qui felicem vitam adepturus sit, ordine quodam et via meditationum suarum usus, ab iis quæ præcipua videbantur et prima, exordium facit.* Vid. Cord. p. 257. [41] cod. 2 ναῷ.

Digitized by Google

qualem hunc esse convenit, et quibus studiis uti par est? Nam *tabernaculum* Dei templum appellat, *montem* vero *sanctum* Hierosolymam. Cum sic interrogasset, responsionem subjicit:

VERS. 2. « Qui ingreditur sine macula, et operatur justitiam. » Oportet, inquit, talem esse expertem malitiæ, et ab omni reprehensione liberum, omnemque virtutem studiose consectari. *Justitiam* enim hic perfectam virtutem nominat, cujus species sedulo enumerat.

VERS. 3. « Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non fovit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum. » Nam non tantum linguam a mendacio puram habere illum oportet, verum etiam mentem: a dolo autem et fraude penitus alienum esse, ut ipse nullum damnum proximo inferat. Admodum congruenter vero cordis primum mentionem fecit, deinde linguæ, et tandem actionis: opus enim præcedit sermo, sermonem autem mens. « Et opprobrium non accepit adversus proximos suos. » Si vero aliqui in calamitatem quamdam inciderint, irridere et insultare non decet: verum potius mœstitiæ participem esse, secundum Apostoli legem [m], quæ jubet lugere cum lugentibus.

VERS. 4. « Ad nihilum redactus est in conspectu ejus malignus. » Si quis vero iniquam elegerit vitam, hunc miserrimum censeas, licet secundis ventis feratur, summam habens prosperitatem. Quoniam enim opprobria rejecit, **687** merito hoc apposuit, bonorum virorum et malorum discrimen docens: « Timentes autem Dominum glorificat. » Pium autem est eos observare, atque omni veneratione et honore dignos putare qui res divinas plurimi faciunt.

« Qui jurat proximo, et non decipit. [VERS. 5.] Qui pecuniam suam non dedit ad usuram, et munera contra innocentes non accepit. » Jusjurandum quidem veritas confirmet, et opes avaritia non inquinet: fenus autem hujus est species. Qui autem judicat, munera non accipiat, et puram a muneribus sententiam proferat. Nam munerum acceptio justitiam corrumpit. « Qui facit hæc, non movebitur in æternum. » Hujus autem virtutis præmium est, divina ope continue perfrui, et in multis bonis degere, et æternam vitam exspectare. Hæc non minus nobis quam antiquis congruunt. Quoniam præter antiquam legem etiam novam accepimus, et majori gratia potiti sumus.

* INTERP. PSALMI XV.

VERS. 1. « Tituli inscriptio: Psalmus Davidi. » Hic Domini mortem et resurrectionem prædicit,

A εδρεύειν, καὶ ἐν τῇ πόλει βιοτεύειν τῇ σῇ; ὁποῖον εἶναι τοῦτον προσήκει; ποίοις ἐπιτηδεύμασι κεχρημένον; *Σκήνωμα* γὰρ τὸν τοῦ Θεοῦ προσαγορεύει ναόν· *ὄρος* δὲ *ἅγιον*, τὴν Ἱερουσαλήμ. Οὕτω πυθόμενος δέχεται τὴν ἀπόκρισιν·

β'. « Πορευόμενος ἄμωμος, καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην. » Δεῖ, φησὶ, τὸν τοιοῦτον ἀπηλλάχθαι κακίας, καὶ μώμου παντὸς ἐλεύθερον εἶναι, πᾶσαν δὲ ἀρετὴν ἐπιμελῶς μετιέναι. Τὴν γὰρ *δικαιοσύνην* ἐνταῦθα τὴν τελείαν ἀρετὴν ὀνομάζει· ἀμέλει ταύτης τὰ εἴδη διέξεισι.

γ'. « Λαλῶν ἀλήθειαν ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν γλώσσῃ αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐποίησε τῷ πλησίον αὐτοῦ κακόν [62]. » Χρὴ γὰρ αὐτὸν ψεύδους μὲν ἐλευθέραν ἔχειν μὴ μόνον τὴν γλῶτταν, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν διάνοιαν· δόλου δὲ καὶ διπλόης παντελῶς ἀπηλλάχθαι· ὥστε μηδεμίαν παρ' αὐτοῦ βλάβην εἰς τὸν πέλας χωρεῖν. Μάλα δὲ ἀκολούθως καρδίας ἐμνημόνευσε πρῶτον, εἶτα γλώττης, καὶ τότε τῆς πράξεως· ἔργου γὰρ ἡγεῖται λόγος, λόγου δὲ ὁ νοῦς. « Καὶ ὀνειδισμὸν οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ τοὺς [63] ἐγγίστα αὐτοῦ. » Εἰ δὲ καί τινι συμφορᾷ τινες περιπέσοιεν, ἐπικερτομεῖν οὐ δεῖ καὶ ἐπεμβαίνειν, ἀλλὰ μᾶλλον κοινωνεῖν τῆς ἀθυμίας, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν νόμον, τὸν παρεγγυῶντα κλαίειν μετὰ κλαιόντων.

δ'. « Ἐξουδένωται ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶς [64] πονηρευόμενος. » Εἰ δέ τις [65] τὸν παράνομον ἕλοιτο βίον, τοῦτον ἡγείσθω τρισάθλιον, κἂν ἐξ οὐρίων φέρηται τὴν ἄκραν ἔχων εὐημερίαν. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ ὀνειδίζειν ἐξέβαλεν, εἰκότως [66] τοῦτο προστέθεικεν, ἀγαθῶν ἀνδρῶν καὶ κακῶν διδάσκων διαφοράν· « Τοὺς δὲ φοβουμένους τὸν Κύριον δοξάζει. » Ἅπαντας [67] δὲ τοὺς περὶ πολλοῦ τὰ θεῖα ποιουμένους σέβειν ὅσιον, καὶ πάσης ἀξιοῦν αἰδοῦς καὶ τιμῆς.

« Ὁ ὀμνύων τῷ πλησίον αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀθετῶν. [ε'.] Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δῶρα ἐπ' ἀθῴοις οὐκ ἔλαβε. » Τοὺς μὲν ὅρκους ἡ ἀλήθεια βεβαιούτω, καὶ τὴν εὐπορίαν ἡ πλεονεξία μὴ μολυνέτω [68]. Εἶδος δὲ ταύτης ὁ τόκος. Ἀδωρότατος δὲ ἔστω δικάζων, καὶ καθαρὰν δώρων ἐκφερέτω τὴν ψῆφον. Ἡ γὰρ δωροδοκία διαφθείρει τὸ δίκαιον. « Ὁ ποιῶν ταῦτα οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. » Ταύτης δὲ ἅπαν τῆς ἀρετῆς τὸ τῆς θείας ἐπικουρίας διηνεκῶς ἀπολαύειν, καὶ ἐν πολλοῖς ἀγαθοῖς διαμένειν [69], καὶ τὴν αἰώνιον προσμένειν ζωήν. Ταῦτα οὐχ ἧττον ἡμῖν ἢ τοῖς πάλαι ἁρμόττει· ἐπειδὴ πρὸς τῇ παλαιᾷ καὶ τὴν καινὴν νομοθεσίαν δεδέγμεθα, καὶ μείζονος χάριτος τετυχήκαμεν.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΙΕ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Στηλογραφία, τῷ Δαβίδ. » Ἐνταῦθα προαγορεύει τοῦ Δεσπότου τὸ πάθος καὶ τὴν ἀνάστασιν,

[m] Rom. XII, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[62] *Καὶ — κακόν.* Des. in cod. 3. [63] *Τοὺς.* cod. 3 τούς. [64] *Πᾶς.* Abest a cod. 1 et 2. [65] *Εἰ δέ τις, κ. τ. λ.* Alia horum loco exstant in cod. 3 ascripto Nostri et Eusebii nomine. Inc. Ἐνταῦθα ἐπὶ ἑνὶ πράγματι, κ. λ. Eadem sunt cum illis quæ exstant in Eusebii Comment. ad h. l. in Montf. Collect. nova Patrum, t. I, p. 51. Desunt autem apud Cord. [66] *Εἰκότως.* Abest a cod. 2. [67] *Ἅπαντας, κ. τ. λ.* Hæc Theodoro tribuuntur apud Cord. p. 260. [68] *Μολυνέτω.* cod. 2 κωλυέτω. [69] *Καὶ — διαμένει.* Des. in cod. 3.

Digitized by Google

καὶ τῶν εἰς αὐτὸν πεπιστευκότων τὴν σωτηρίαν. Δηλοῖ δὲ ἡ ἐπιγραφὴ πρὸς τῷ θανάτῳ καὶ τὴν νίκην. Στήλη γὰρ οὐ τάφοις ἐπιτίθεται μόνοις, ἀλλὰ καὶ νικῶσιν ἀνίσταται, καὶ γράμματα δέχεται τὴν νίκην τοὺς ἀγνοοῦντας διδάσκοντα. Τοῦτο τοιγαροῦν σημαίνει[50] ἡ τῆς στηλογραφίας ἐπιγραφή.

« Φύλαξόν με, Κύριε, ὅτι ἐπὶ σοὶ ἤλπισα. [ϛ'.] Εἶπα τῷ Κυρίῳ, Κύριός μου εἶ σύ. » Ἐκ προσώπου[51] τοῦ Σωτῆρος εἴρηται ὁ ψαλμός· εἴρηται δὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπειον[52]· ὥσπερ αὖ[53] τοιαῦτα πολλὰ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις εὑρίσκομεν· τοιοῦτόν ἐστι καὶ τό· « Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω τὸ ποτήριον τοῦτο ἀπ' ἐμοῦ· πλὴν οὐχ ὡς ἐγὼ θέλω, ἀλλ' ὡς σύ. » Καί· « Πορεύομαι[54] πρὸς τὸν Πατέρα μου καὶ Πατέρα ὑμῶν, καὶ Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » Οὕτως εὑρίσκομεν αὐτὸν εὐχόμενον συνεχῶς, καὶ τὰ γόνατα κάμπτοντα. Ὅτι δὲ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ταῦτα, καὶ οὐ τῆς ἀνενδεοῦς θεότητος, ὁ Ἀπόστολος διδάσκει σαφῶς. Λέγει δὲ οὕτως ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ· « Ὃς ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας[55] πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν αὐτὸν ἐκ θανάτου μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων προσενεγκών, καὶ εἰσακουσθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας· καίπερ Υἱὸς ὤν, ἔμαθεν ἀφ' ὧν ἔπαθε τὴν ὑπακοήν, καὶ τελειωθεὶς ἐγένετο πᾶσι τοῖς ὑπακούουσιν αὐτῷ αἴτιος σωτηρίας αἰωνίου. » Ἐτελειώθη δὲ οὐχ ὁ πρὸ τῶν αἰώνων τέλειος Θεὸς Λόγος, ἀλλ' ἡ τοῦ δούλου μορφή, ἀπαθὴς, καὶ ἄφθαρτος, καὶ ἀθάνατος γενομένη. Ταῦτα τοίνυν ἔφη δεδρακέναι τὸν Κύριον ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς, ἡνίκα θνητὸν εἶχε τὸ σῶμα. Τοιγαροῦν ἀνθρώπινα ταῦτα ἅπαντα[56], καὶ οὐ θεοπρεπῆ[57]. Οὕτω τοίνυν καὶ ἐν τῷδε τῷ ψαλμῷ αἰτεῖ φυλαχθῆναι, καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ φυλάττεται. Αἰτεῖ μὲν γὰρ ὡς ἄνθρωπος· δίδωσι δὲ τὴν αἴτησιν ὡς Θεός· εὐδοκοῦντος δηλονότι καὶ συνεργοῦντος[58] τοῦ οἰκείου Πατρός. Τὸ[59] δέ γε· « Εἶπα τῷ Κυρίῳ, Κύριός μου εἶ σύ· » ἔοικε τῷ· « Πορεύομαι πρὸς τὸν Θεόν μου καὶ Θεὸν ὑμῶν. » — « Ὅτι τῶν ἀγαθῶν μου οὐ χρείαν ἔχεις. » Ἀνενδεὴς γὰρ ὑπάρχεις[60], καὶ τῆς ἀνθρωπίνης δικαιοσύνης οὐ χρῄζεις· ἀλλ' ὅτι ἔν τισ ἀγαθὸν δράσοι, αὐτὸς ὀνίναται· σοὶ δὲ κέρδος ἐντεῦθεν[61] οὐδέν. Τοῦτο δὲ ὁ Σύμμαχος ἑτέρως ἡρμήνευσεν· « *Ἀγαθόν μοι οὐκ ἔστιν ἄνευ σου.* Πᾶσα, φησὶ, τῶν ἀγαθῶν ἡ φορὰ διὰ τῆς σῆς ὑπάρχει μοι χάριτος. Ἀμφότερα δὲ ταῦτα[62] τῆς εὐσεβείας ἔχεται. Καὶ ἡμεῖς γὰρ παρὰ τοῦ Θεοῦ[63] τῶν ἀγαθῶν ἀπολαύομεν, καὶ αὐτὸς τῆς ἡμετέρας δικαιοπραγίας οὐ χρῄζει· χάριν μέντοι τῆς ἡμετέρας ὠφελείας ταύτην νομοθετεῖ.

corumque qui in illum crediderunt salutem. Columnæ autem inscriptio præter mortem victoriam etiam demonstrat. Columna enim non sepuleris solis imponitur, verum vincentibus etiam erigitur, litterasque insculptas recipit, quæ nescientes victoriam docent. Hoc itaque inscriptio στηλογραφία significat.

« Conserva me, Domine, quoniam speravi in te. [Vers. 2.] Dixi **688** Domino : Dominus meus es tu. » Ex persona Salvatoris dictus est hic psalmus, sed secundum humanam ejus naturam : sicut alia multa et in sacris Evangeliis invenimus. Et tale est illud : « Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste : verumtamen non ut ego volo, sed ut tu [n]. » Et : « Vado ad Patrem meum et Patrem vestrum, Deum meum et Deum vestrum [o]. » Eodem modo ipsum reperimus continenter deprecantem, et genua flectentem. Humanæ autem naturæ hæc esse, nec ad divinitatem, quæ nulla re indiget, spectare, Apostolus aperte docet. Dicit autem sic in Epistola ad Hebræos : « Qui in diebus carnis suæ preces supplicationesque ad eum qui posset illum salvum facere a morte, cum clamore valido et lacrymis offerens, exauditus est pro sua reverentia. Et quidem cum esset Filius Dei, didicit ex iis quæ passus est obedientiam, et consummatus factus est omnibus obtemperantibus illi causa salutis æternæ [p]. » Consummatus est autem, non Deus Verbum qui ante sæcula perfectus erat, verum forma servi, impatibilis, incorrupta, et immortalis effecta. Hæc igitur ait effecisse Dominum in diebus carnis, cum mortale habuit corpus. Humana itaque sunt hæc omnia, nec Deo convenientia. Sic ergo et in hoc psalmo ut conservetur postulat, et a seipso conservatur. Postulat enim ut homo, petitionem vero concedit ut Deus, concurrente videlicet bona Patris voluntate et opera. **689** Illud autem : « Dixi Domino : Dominus meus es tu, » illi dicto, « Vado ad Deum meum et Deum vestrum [q], » congruit. « Quoniam bonis meis non indiges. » Nam omnibus bonis cum affluas, humana justitia non indiges. Verum quidquid bonum aliquis fecerit, ipse juvatur, tibi vero nullum hinc emolumentum provenit. Hoc autem Symmachus aliter interpretatus est : *Bonum mihi non est sine te.* Omnis, inquit, bonorum abundantia ob tuam gratiam mihi inest. Utraque autem expositio pium habet sensum. Nam et nos a Deo bona recipimus, et ipse nostris justis operibus non eget : propter nostram vero utilitatem hanc legem, ut bene faciamus, constituit.

[n] Matth. xxvi, 39. [o] Joan. xx, 17. [p] Hebr. v, 7-9. [q] Joan. xx, 17.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[50] *Σημαίνει.* cod. 1 et 2 addunt μᾶλλον. [51] *Ἐκ προσώπου*, κ. λ. Ab his verbis incipit Comment. ad v. 1, in cod. 3 ascripto Nostri æque ac Eusebii et Asterii nomine, etsi totus iste locus ad Nostrum pertineat. [52] cod. 2 ἀνθρώπινον. [53] *Αὖ.* Abest a cod. 2. [54] *Πορεύομαι.* Rec. lectio l. c. est *ἀναβαίνω.* [55] cod. 2 ἱκεσίας. [56] *Ἅπαντα.* Abest a cod. 1. [57] *Ὅτι δὲ — θεοπρεπῆ.* Des. in cod. 3. [58] *Συνεργοῦντος.* cod. 2 εὐεργετοῦντος. [59] *Τὸ δέ γε.* Abest a cod. 1. [60] cod. 1, 2 ὑπάρχων, omisso καί. [61] *Ἐντεῦθεν.* Abest a cod. 1. [62] *Ταῦτα.* Abest a codd. nostris. [63] *Θεοῦ.* cod. 1 addit τῶν ὅλων.

Digitized by Google

VERS. 3. « Sanctis qui sunt in terra ejus, mirificavit Dominus omnes voluntates suas in eis. » Apostolos hic innuit, illosque qui per eos crediderunt: quibus dicit perspicua Dei mirabilia facta esse, quoniam omnia, inquit, mea præcepta impleverunt.

A

« VERS. 4. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. » **690** Multi, ait, impetus populorum, et præsidum, regum, et ducum undique consurrexerunt. Cæterum omnibus superiores facti, cum celeritate maxima cursum perfecerunt, et metam contigere. Convenit hoc Apostoli dicto: « Si infirmitate laboro, tunc potens sum [r]. » — « Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, nec memor ero nominum eorum per labia mea. » Hos autem, inquit, qui contra illos irruerunt, ad æterna supplicia condemnabo, et memoriam eorum oblivione obruam, ut ita ipsa etiam nomina penitus ignorentur.

B

VERS. 5. « Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis mei. » Memoria repetenda sunt quæ in secundo psalmo dicta fuere. Ibi enim humano quoque more Pater ad ipsum dicebat: « Postula a me, et dabo tibi gentes hæreditatem tuam, et possessionem tuam terminos terræ [s]. » Et in sacris Evangeliis ipse ad suum Patrem de sacris apostolis ait: « Pater, quos dedisti mihi, tui erant, et tu eos mihi dedisti, et nemo ex eis periit, nisi filius perditionis [t]. » Sed quemadmodum hic humano more loquitur, rogans ut (regnum) accipiat, eodem modo alibi se omnium Dominum esse demonstrat. « Oves enim, ait, meæ vocem meam audiunt, et ego cognosco eas, et sequuntur me, et ego vitam æternam **691** do eis [u]. » Et rursus: « Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient, et fiet unum ovile, et unus pastor [v]. » Et in hoc itaque psalmo secundum hominem dicit: Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis mei, *hæreditatem* nuncupans gentium regnum (*calicem* vero mortem, quam pro nobis sustinuit. Sic enim et in sacris Evangeliis dicebat: « Pater, si fieri potest, transeat a me

C

γ'. « Τοῖς ἁγίοις τοῖς ἐν τῇ γῇ αὐτοῦ [64] ἐθαυμάστωσεν ὁ Κύριος [65], ὅτι [66] πάντα τὰ θελήματα αὐτοῦ [67] ἐν αὐτοῖς. » Τοὺς ἀποστόλους ἐνταῦθα αἰνίττεται, καὶ τοὺς δι' ἐκείνων πεπιστευκότας· οἷς λέγει διαφανῆ γεγενῆσθαι τοῦ Θεοῦ τὰ θαύματα· ἐπειδὴ [68] πάντα μου, φησί, πεπληρώκασι τὰ προστάγματα [69].

δ'. « Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν, μετὰ ταῦτα ἐτάχυναν. » Πολλαὶ, φησὶ, πανταχόθεν [70] ἐπανέστησαν προσβολαὶ δήμων καὶ δημαγωγῶν, βασιλέων [71] καὶ στρατηγῶν. Πλὴν ἁπάντων περιγενόμενοι μετὰ τάχους ὅτι πλείστου [72] τὸν δρόμον ἐτέλεσαν καὶ [73] τὴν νύσσαν κατέλαβον. Ἔοικε δὲ τοῦτο τῷ ἀποστολικῷ ῥητῷ· « Ὅταν ἀσθενήσω [74], τότε δυνατός εἰμι. » — « Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ [75] μὴ μνημονεύσω τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου. » Τούτους δὲ, φησὶ, τοὺς ἐπανισταμένους αὐτοῖς τιμωρίαις παραδώσω, καὶ τὴν μνήμην αὐτῶν κατακρύψω τῇ λήθῃ, ὥστε καὶ αὐτὰς τὰς προσηγορίας παντάπασιν ἀγνοεῖσθαι.

ε'. « Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου. » Ἀναμνησθῆναι [76] προσήκει τῶν ἐν τῷ δευτέρῳ ψαλμῷ εἰρημένων. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἀνθρωπίνως πάλιν πρὸς αὐτὸν ἔλεγεν ὁ Πατήρ· « Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη τὴν κληρονομίαν σου, καὶ τὴν κατάσχεσίν σου τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις αὐτὸς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα ἔφη περὶ τῶν ἱερῶν ἀποστόλων· « Πάτερ, οὓς ἔδωκάς [77] μοι σοὶ ἦσαν, καὶ ἐμοὶ αὐτοὺς δέδωκας· καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν [78] ἀπώλετο, εἰ μὴ ὁ υἱὸς τῆς ἀπωλείας. » Ἀλλ' ὥσπερ ἐνταῦθα ἀνθρωπίνως διαλέγεται λαβεῖν παρακαλῶν· οὕτως [79] ἑτέρωθι δείκνυσιν, ὡς αὐτός ἐστι τῶν ἁπάντων Δεσπότης. « Τὰ πρόβατα γὰρ, φησὶ [80], τὰ ἐμὰ τῆς φωνῆς μου ἀκούει, κἀγὼ γινώσκω αὐτὰ, καὶ ἀκολουθοῦσί μοι, κἀγὼ ζωὴν αἰώνιον δίδωμι αὐτοῖς. » Καὶ πάλιν· « Καὶ ἄλλα δὲ πρόβατα ἔχω, ἃ οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς ποίμνης [81] ταύτης· κἀκεῖνά με δεῖ ἀγαγεῖν, καὶ τῆς φωνῆς μου ἀκούσουσι, καὶ γενήσεται μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. » Καὶ ἐν τῷ παρόντι μέντοι [82] ψαλμῷ ἀνθρωπίνως λέγει· Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου· *κληρονομίαν* μὲν καλῶν τὴν τῶν ἐθνῶν βασιλείαν· *ποτήριον* δὲ, ὃν ὑπὲρ ἡμῶν ὑπέμεινε

[r] II Cor. XII, 10. [s] Psal. II, 7 [t] Joan. XVII, 6, 12. [u] Joan. X, 27, 28. [v] ibid. 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[64] Post αὐτοῦ quidam libri veteres ponunt colon vel comma, quam interpunctionem secutus est Caraſa. [65] *Ὁ Κύριος*. Abest. h. l. a cod. Alex. et Vatic.; legitur autem in edit. Ald. et Compl. Hac lectione usus est Houbigant ad probandam sententiam suam, litteram ultimam vocis יאדירי psal. XVI, 3, per compendium scribendi positam esse pro יהוה [66] *Ὅτι*. Abest a cod. 2, nec legitur apud quemquam interpretum Græc. in Montf. Hexapl. t. I, p. 493. Caraſa quoque hanc vocem neglexit in versione sua. [67] *Αὐτοῦ*. Ita leg. in vers. τῶν Ο', quibus tamen Montf. l. c. tribuit lectionem μου, quam etiam Theodotionis esse affirmat. Præstat quidem lectio μου, sed altera ista pro astruenda sua hypothesi iterum usus est Houbigant, ut probaret, pro חֲפָצַי legendum esse חֶפְצָיו. [68] *Ἐπειδὴ—προστάγματα*. Des. in cod. 1. [69] Cord. p. 273, hæc pauca ad hunc vers. sub Nostri nomine affert: Γῆν δὲ καὶ τὴν Ἐκκλησίαν νοήσεις. Ita quoque Athanasius ad h. l. vocem *terra* explicat. [70] *Πανταχόθεν*. cod. 3 præm. αὐτοῖς, quod in cod. 1, 2 postponitur. [71] *Βασιλέων*. cod. 3 præm. καὶ. [72] cod. 2 πλεῖστον. [73] *Καὶ — κατέλαβον*. Des. in cod. 3. [74] cod. 3 ἀσθενῶ. [75] *Οὐδὲ μὴ μνημονεύσω*. codd. tres οὐδ' οὐ μὴ μνησθῶ. [76] *Ἀναμνησθῆναι*, κ. λ. Hæc in catena quam codex noster 3 complectitur, Eusebio et Theodoreto simul tribuuntur; exstant etiam sub Eusebii nomine in Montf. Collect. nova PP. t. I, p. 54 seq. Reliqui duo codices hæc Nostro vindicant. [77] cod. 1, 2 δέδωκας. [78] *Ἐξ*. Abest a cod. 1. [79] *Οὕτως ἑτέρωθι*. cod. 1 αὐτὸς ἐν ἑτέρῳ. [80] *Φησί*. Abest a cod. 3. [81] *Ποίμνης*. cod. 1, 3 αὐλῆς, quæ est rec. lectio l. c. [82] *Μέντοι*. cod. 1 τοίνυν.

Digitized by Google

θάνατον. Οὕτω γὰρ καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς[83] ἔλεγεν Εὐαγγελίοις· « Πάτερ, εἰ δυνατόν, παρελθέτω τοῦτο τὸ ποτήριον[84] ἀπ' ἐμοῦ. » [Ὡσεὶ[85] σαφέστερον ἔλεγεν· Καὶ τῆς ἐμῆς Ἐκκλησίας, ἥτις ἐστὶν ἡ κληρονομία μου, μερὶς ἐστιν ὁ Κύριος· ὁ αὐτὸς δὲ καὶ τοῦ ποτηρίου μου, τουτέστι τοῦ θανάτου μερὶς γεγενημένος ὁ αὐτός.] « Σὺ εἶ ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν κληρονομίαν μου ἐμοί. » Οὐκ εἶπεν· ὁ διδοὺς, ἀλλ', « Ὁ ἀποκαθιστῶν τὴν[86] κληρονομίαν μου. » Ἐπειδὴ γὰρ εὐθὺς δημιουργηθεὶς ὁ ἄνθρωπος, ἁπάντων ἔλαβε τὴν ἐξουσίαν, καὶ ζωὴν εἶχεν ἀθάνατον· μετὰ δὲ τὴν παράβασιν ἀμφοτέρων ἐξέπεσε, καὶ τῆς δεσποτείας, καὶ τῆς ζωῆς· ἀνθρωπίνως ὁ Δεσπότης ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπείας[87] φύσεως ποιεῖται τὴν αἴτησιν, ἀξιῶν ἀπολαβεῖν τὴν προτέραν ζωήν τε καὶ δεσποτείαν.

A calix iste [x]. ») [Quasi apertius diceret : Et meæ Ecclesiæ, quæ est hæreditas mea, pars est Dominus, qui etiam calicis mei, hoc est mortis, pars, ipsemet factus est.] « Tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi. » Non dixit : qui das, sed, « Qui restitues hæreditatem meam. » Quoniam enim, cum primum conditus fuit homo, omnium potestatem accepit, et æternam habuit vitam, post peccatum autem utrisque excidit (imperio scilicet et vita), Dominus ut homo pro humana natura preces fundit, pristinam vitam et imperium ut recuperet postulans.

ς'. « Σχοινία ἐπέπεσέ[88] μοι ἐν τοῖς κρατίστοις μου· καὶ γὰρ ἡ κληρονομία μου κρατίστη μοί ἐστι. » Ταύτης ἕνεκεν, φησὶ, τῆς κληρονομίας, τὰς παρούσας ἐδεξάμην ἐπιβουλάς· σχοινία γὰρ τὰς ἐπιβουλὰς ὀνομάζει· οὕτως καὶ ἐν ἑτέρῳ λέγει ψαλμῷ· « Σχοινία ἁμαρτωλῶν περιεπλάκησάν μοι, καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην. » Λέγει τοίνυν, ὅτι Ταύτης ἕνεκα τῆς κρατίστης κληρονομίας, καὶ τῆς τῶν ἀνθρώπων χάριν σωτηρίας, τὰς παρούσας ἐπιβουλὰς ὑπομένω.

B Vers. 6. « Funes ceciderunt mihi in præclaris meis, etenim hæreditas mea præclara est mihi. » « Hujus, inquit, hæreditatis causa, præsentes insidias amplexus sum. *Funes* enim insidias nominat. Similiter et in alio psalmo ait : « Funes peccatorum amplexi sunt me, et legis tuæ non sum oblitus [y]. » Dicit igitur, Propter hanc **692** præclaram hæreditatem, atque ob hominum salutem, præsentes insidias sustineo.

[u] Deut. xxxii, 15. [v] Osee iv, 16. [x] Osee x, 11. [y] Matth. xv, 26.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[14] *Κύριον*. Rec. lectio τὸν Θεόν. [15] *Μακάριος*. cod. 2 θεῖος. [16] *Δαμάλει — θρασυνομένῃ*. Hæc des. in cod. 2. [17] *Γάρ*. cod. 3 add. ἔφη. [18] *Οὕτω δὲ καί*. codd. tres Aug. καὶ πάλιν. [19] cod. 2 δεδειγμένη. [20] *Νεῖκο —καλεῖ*. Sed rec. lectio l. c. est νῖκος, *victoria*. [21] *Αὐτῆς*. cod. 1, 2 præm. γάρ. [22] *Τοιγαροῦν — Χριστόν*. Des. in cod. 3. [23] cod. 2 διαγράφει. [24] *Δεσπότην*. Abest a cod. 2. [25] *Ἐξεχύθη*. codd. tres Aug. add. καὶ διεσκορπίσθη. [26] cod. 2 σώματα. [27] *Ὑπὸ — φέρεται*. Des. apud Cord. p. 387. [28] cod. 1, 2 διαιρεθέντες. [29] cod. 2 κατήγαγον. [30] *Ὡς ὁ*. cod. 1, 2 ὡσεί. [31] *Ὅτι ἐκύκλωσαν*. cod. 3 περιεκύκλωσαν, omisso ὅτι. [32] Quæ ad hunc et seq. vers. a Nostro dicta sunt, exstant etiam in Eusebii ad h. l. Commentario, apud Montf. l. c. t. I, p. 83. In cod. Aug. tertio una cum Nostri nomine ascriptum est ὁμοίως Εὐσεβίου. [33] *Τοῦ — στρατοῦ*. cod. 2 εἰς τὴν τῶν ἐθνῶν νεύει στρατόν. Pro τοῦ στρατοῦ. cod. 3 habet τῶν στρατιωτῶν. Ita quoque leg. apud Euseb. l. c. [34] cod. 1, 2 παρέδοσαν. [35] E cod. 3 Aug. suppl. hæc quæ ob ὁμοιοτέλευτα, ut videtur, exciderant. Eadem apud Euseb. l. c. leguntur. [36] *Καλόν*. Abest a cod. 3.

Digitized by Google

καὶ δοῦναι [37] τοῖς κυναρίοις. » Ἀλλ' ὅμως μετὰ τὸ πάθος, οἱ πάλαι κύνες, διὰ πίστεως εἰς τὴν τῶν υἱῶν μεταβεβήκασι τάξιν· οἱ δὲ πάλαι τὴν υἱῶν ἐσχηκότες κηδεμονίαν, τὴν κυνῶν προσηγορίαν ἐδέξαντο, ἅτε δὴ κυνῶν δίκην κατὰ τοῦ Δεσπότου [38] λυττήσαντες. Περὶ τούτων ὁ μακάριος [39] Παῦλος βοᾷ· « Βλέπετε τοὺς κύνας, βλέπετε τοὺς κακοὺς ἐργάτας, βλέπετε τὴν κατατομήν. » Ὁ μέντοι προφητικὸς λόγος κύνας προσαγορεύσας [40] ἔφη· « Συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον [41] με. » Εἶτα [42] διηγεῖται τὰ ὑπ' αὐτῶν τολμηθέντα.

« Ὤρυξαν χεῖράς μου, καὶ πόδας μου. [ιη'] Ἐξηρίθμησαν πάντα τὰ ὀστᾶ μου. » Καὶ τοῦτο [43] δῆλόν ἐστι [44], καὶ σαφὲς, καὶ τοῖς λίαν φιλονεικοῦσιν. Ἀκούομεν γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις αὐτοῦ τοῦ Κυρίου πρὸς τοὺς ἁγίους αὐτοῦ λέγοντος μαθητάς· « Βλέπετε τὰς χεῖράς μου καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι. » Καὶ μέντοι καὶ τῷ Θωμᾷ τῶν ἥλων τοὺς τύπους ὑπέδειξε, καὶ τὴν ἀπὸ τῆς λόγχης πληγήν. Τὸ δὲ « ἐξηρίθμησαν, πάντα τὰ ὀστᾶ μου, » τοῦτο [45] δηλοῖ, ὅτι Οὕτω με διέτειναν προσηλοῦντες, ὡς τε ῥᾴδιον εἶναι τῷ βουλομένῳ καὶ τὸν τῶν ὀστῶν ἀριθμὸν διαγνῶναι. « Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν, καὶ ἐπεῖδόν με, » ἀντὶ τοῦ, ἐπιτωθάζοντες καὶ [46] γελῶντες [47].

ιθ'. « Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον. » Καὶ τοῦτο δὲ σαφῶς [48] ἡ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ἱστορία διδάσκει.

κ'-κβ'. « Σὺ δὲ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν [49] σου ἀπ' ἐμοῦ [50]· εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες. Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου. Σῶσόν με ἐκ στόματος λέοντος, καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου. » Ἐπειδὴ [51], φησὶν, οὐδεμίαν ἀνθρωπίνην ἔχω βοήθειαν, τῆς σῆς ἀντιλήψεως τύχοιμι, καὶ ῥυσθείην ἀπό τε τούτων, ἀπό τε τοῦ διὰ τούτων ἐνεργοῦντος, καὶ δίκην κυνὸς καὶ λέοντος ἐπιόντος· *λέοντα* γὰρ [52] καλεῖ, καὶ *κύνα*, καὶ *μονοκέρωτα* [53], τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, κατὰ τὴν τοῦ Ἀποστόλου φωνήν· τουτέστι τὸν διάβολον, ὃς καὶ παρὰ τὸν τοῦ πάθους καιρὸν θηρὸς αὐτῷ δίκην ἐπῆλθε, τὸν θάνατον ἐπαγόμενος. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ Κύριος εἰρηκεν ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις· « Νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου· νῦν ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου ἐκβληθήσεται ἔξω. » Καὶ πάλιν· « Ἔρχεται ὁ τοῦ κόσμου τούτου [54] ἄρχων, καὶ ἐν

A men post passionem, qui olim canes erant, per fidem in filiorum ordinem transiverunt : et qui olim tanquam filii tractabantur, canum appellationem acceperunt, ut qui canum more contra Dominum rabie perciti fuerant. De his beatus Paulus exclamat : « Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem [z]. » Itaque propheticus sermo ubi canes eos appellavit : « Concilium, inquit, malignantium obsedit me. » Deinde narrat quæ ab ipsis ausu nefario patrata sunt.

« Foderunt manus meas, et pedes meos. [Vers. 18.] Numerarunt omnia ossa mea. » Et hoc manifestum est et clarum etiam valde pertinacibus. Audimus enim in sacris Evangeliis ipsum Dominum suis sanctis discipulis dicentem : « Videte manus meas, et pedes meos, quoniam ipse ego sum [a]. » Atque etiam Thomæ clavorum signa ostendit, et plagam lancea illatam. Hoc autem, « numerarunt omnia ossa mea, » hoc significat, Sic me distenderunt crucifigentes, ut facile foret cuilibet ossa enumerare. « Ipsi vero consideraverunt, et aspexerunt me, » videlicet illudentes et irridentes.

Vers. 19. « Diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem. » Apertissime hoc etiam sacrorum Evangeliorum historia **741** docet [b].

Vers. 20-22. « Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum a me, ad defensionem meam respice. Erue a gladio, Deus, animam meam, et de manu canis unicam meam. Salva me ex ore leonis, et a cornibus unicornium humilitatem meam. » Quoniam, ait, nullam humanam opem habeo, tuæ defensionis compos fiam, et liberer tum ab his, tum ab eo qui per hos hæc operatur, quique instar canis atque leonis me invasit. Nam *leonem*, et *canem*, atque *unicornem* eum vocat, qui mortis imperium habebat, secundum Apostoli vocem [c] : scilicet diabolum, qui passionis tempore ut fera ipsum aggressus est, mortem inferens. Id autem Dominus quoque sacris in Evangeliis dixit : « Nunc judicium est mundi hujus, nunc princeps hujus mundi ejicietur foras [d]. » Et rursus : « Venit princeps mundi hujus, et in me non inveniet quidquam [e]. » Sed tamen et nihil eorum quæ quærebat

[z] Philipp. III, 2. [a] Luc. XXIV, 39. [b] Matth. XXVII, 35. [c] Hebr. II, 14. [d] Joan. XII, 31. [e] Joan. XIV, 30.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[37] *Δοῦναι*. cod. 2 βαλεῖν, quæ est rec. lectio l. c. [38] *Δεσπότου*. cod. 1 σωτῆρος. [39] *Μακάριος*. Abest a cod. 2. [40] *Προσαγορεύσας*. cod. 5 add. τοὺς στρατιώτας. [41] cod. 1 περιέσχε. [42] *Εἶτα — τολμηθέντα*. Des. in cod. 3 et apud Euseb. l. c. [43] *Τοῦτο*. cod. 3 addit δέ. [44] *Ἐστι*. Abest a cod. 1. [45] *Τοῦτο — ὅτι*. codd. 3 Aug. τουτέστιν. [46] *Καί*. cod. 2 præm. εἰσί. [47] *Γελῶντες*. Non dubitavimus emendatiorem hanc lectionem, pro λέγοντες, ut habebat ed. Sirm., substituere, auctoritate codicum trium August. et Eusebii apud Montf. l. c. Sic quoque legit Cord. t. I, p. 387, quo præeunte de hac correctione nos jam monuit Cotelerius *Monum. Ecclesiæ Gr.* vol. II. p. 625. [48] cod. 3 et Euseb. σαφέστερον. [49] *Τὴν βοήθειαν*. cod 2 τοὺς οἰκτιρμούς. [50] *Σου ἀπ' ἐμοῦ*. Hanc lectionem habent ed. Ald. et Compl., teste Bosio. Rec. lectio est τὴν βοήθειάν μου. [51] *Ἐπειδὴ — ἐπιόντος*. Des. in cod. 3. [52] *Γάρ*. Abest a cod. 3. [53] cod. 1 2 μονόκερον. [54] *Τούτου*. Abest a cod. 1, 2.

Digitized by Google

inveniens (quærebat autem peccati reprehensiones), impudenter et valde injuste morti tradidit : ipse vero injustitiam pertulit, communem mortem destruere moliens.

VERS. 23. « Narrabo nomen tuum fratribus meis ; in medio ecclesiæ laudabo te. » Et hinc patet eum more humano hæc locutum esse, utpote qui tanquam homo perferret ea quæ loquebatur. *Fratres* **742** enim eos qui in ipsum crediderant nuncupat. Fratres autem sunt, tanquam hominis. Ut enim Deus, herus est et Dominus : ut homo autem, etiam frater nominatur. Unigenitus enim est, et primogenitus. Et illud quidem ut Deo et Domino convenit. [Hoc autem ut homini :] nam ut Deus, solus genitus est, et unigenitus vocatur ; ut homo vero, etiam primogenitus appellatur. Et testis est Apostolus dicens : « Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus [f]. » Cum hæc igitur, ait, fratribus meis enarravero, per ipsos te decantabo, efficiens ut illi hunc hymnum contexant. Deinde promissionem implet.

VERS. 24, 25. « Qui timetis Dominum, laudate eum : universum semen Jacobi, glorificate eum. Timeat itaque eum omne semen Israel. » Quia enim Ecclesia et ex gentibus et ex Judæis conflata est, et hos et illos ad hymnum excitat : hos quidem ab eorum progenitore nominans, scilicet Jacob et Israel, hos vero a virtute, ut quæ pro nobilitate ad homines ornandos sufficiat. Sic autem et Judæos ex gentibus ad legem accedentes nos erat nominare, idque Actuum historia nos docet. Nam divinus Apostolus concionem habens, sic ait : « Viri Israelitæ, et qui inter vos timent Deum [g]. » — « Quoniam non sprevit, neque despexit deprecationem pauperis, nec avertit faciem suam a me, et cum clamarem ad eum exaudivit **743** me. » Laudate, ait, eum, qui auctor vobis hujus salutis fuit : qui vilissimam vestram naturam despicere minime voluit, sed exaudivit, et per meam resurrectionem vobis salutem comparavit. Post hæc ostendit æqualitatem quam cum Patre ut Deus habet. Subjunxit enim :

A ἐμοὶ εὑρήσει [58] οὐδέν. » Ἀλλ' ὅμως καὶ μηδὲν εὑρὼν ὧν ἐπεζήτει, ἐπεζήτει δὲ τῆς ἁμαρτίας τοὺς μώμους, ἀναιδῶς καὶ λίαν ἀδίκως τῷ θανάτῳ παρέδωκεν [56]· αὐτὸς δὲ τῆς ἀδικίας ἠνέσχετο, λῦσαι τὸν κοινὸν μηχανώμενος θάνατον.

κγ'. « Διηγήσομαι τὸ ὄνομά σου τοῖς ἀδελφοῖς μου· ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε. » Κἀντεῦθεν [57] δῆλον, ὡς ἀνθρωπίνως ταῦτα ἐφθέγγετο, ἅτε [58] δὴ καὶ ἀνθρωπίνως ὑπομένων ἅπερ ἐφθέγγετο. Ἀδελφοὺς [59] γὰρ καλεῖ τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας. Ἀδελφοὶ δέ εἰσιν, ὡς ἀνθρώπου. Ὡς γὰρ Θεὸς, δεσπότης καὶ Κύριος· ὡς δὲ ἄνθρωπος, καὶ ἀδελφὸς ὀνομάζεται. Μονογενὴς γάρ ἐστι καὶ πρωτότοκος. Καὶ τὸ μὲν ἁρμόττει ὡς Θεῷ καὶ Κυρίῳ· [60 τὸ δὲ ὡς ἀνθρώπῳ.] Ἦ [61] γὰρ Θεὸς, μόνος B γεγέννηται, καὶ μονογενὴς ὀνομάζεται· ᾗ δὲ ἄνθρωπος, καὶ πρωτότοκος κέκληται. Καὶ μάρτυς ὁ Ἀπόστολος λέγων· « Εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. » Ταῦτα τοίνυν φησὶ τοῖς ἐμοῖς διηγησάμενος ἀδελφοῖς, δι' αὐτῶν σε ὑμνήσω, παρασκευάζων ἐκείνους τοῦτον ὑφαίνειν τὸν ὕμνον· εἶτα πληροῖ τὴν ὑπόσχεσιν.

κδ', κε'. « Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, αἰνέσατε αὐτόν· ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰακὼβ, δοξάσατε αὐτόν. Φοβηθήτω [62] δὴ ἀπ' αὐτοῦ ἅπαν τὸ σπέρμα Ἰσραήλ. » Ἐπειδὴ γὰρ ἡ Ἐκκλησία καὶ ἐξ ἐθνῶν καὶ ἐξ Ἰουδαίων συνέστηκε, καὶ τούτους κἀκείνους εἰς τὸν ὕμνον ἐγείρει [63] τοὺς μὲν ἀπὸ τοῦ προπάτορος ὀνομάζων, Ἰακώβ τε καὶ Ἰσραὴλ, τοὺς δὲ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, ὡς [64] ἀρκούσης ἀντὶ γένους κοσμῆσαι. Οὕτω C δὲ καὶ Ἰουδαίους [65] τοὺς ἐξ ἐθνῶν τῷ νόμῳ προσιόντας ἔθος ἦν ὀνομάζειν· καὶ τοῦτο ἡμᾶς ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία διδάσκει. Δημηγορῶν γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος οὕτως ἔφη· « Ἄνδρες Ἰσραηλῖται, καὶ οἱ ἐν ὑμῖν [66] φοβούμενοι τὸν Θεόν. » — « Ὅτι οὐκ ἐξουδένωσεν, οὐδὲ προσώχθισε τῇ δεήσει τοῦ πτωχοῦ, οὐδὲ ἀπέστρεψε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπ' ἐμοῦ, καὶ ἐν τῷ κεκραγέναι με πρὸς αὐτὸν εἰσήκουσέ μου. » Ὑμνήσατε [67], φησὶ, τὸν αἴτιον τῆς σωτηρίας ταύτης ὑμῖν γενόμενον, τὸν τὴν εὐτελεστάτην ὑμῶν [68] φύσιν οὐκ ἀνασχόμενον [69] παριδεῖν, ἀλλ' εἰσακούσαντα, καὶ διὰ τῆς ἐμῆς [70] ἀναστάσεως ὑμῖν [71] τὴν σωτηρίαν πραγματευσάμενον [72] μετὰ ταῦτα παραδηλοῖ [73] ἦν ὡς [74] Θεὸς ἔχει πρὸς τὸν Πατέρα ἰσότητα· Ἐπήγαγε γάρ·

VERS. 26. « A te laus mea, in ecclesia magna confitebor tibi. » « Quemadmodum enim hominibus

D κς'. « Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου, ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ ἐξομολογήσομαί σοι [75]. » Ὥσπερ γὰρ [76] ἐγὼ

[f] Rom. VIII, 29. [g] Act. XIII, 16.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[58] codd. tres Aug. εὑρίσκει. [56] cod. 3 παρέδωκαν. [57] *Κάντεῦθεν—πεπιστ.* Des. in cod. 3. [58] *Ἅτε—ἐφθέγγετο.* Des. apud Cord. p. 388. [59] *Ἀδελφούς*, κ. λ. Hæc bis apud Cord. leguntur, scilicet p. 388 et plenius p. 403. [60] E cod. 3 suppl. [61] *Ἦ — ᾗ.* cod. 1 et Cord. p. 403, ὡς — ὡς. [62] *Φοβηθ. — αὐτοῦ.* Ita leg. in edit. Ald. et Compl. Rec. lectio est φοβηθήτωσαν αὐτόν. [63] cod. 2 ἀγείρει. cod. 3 καλεῖ. [64] *Ὡς —κοσμῆσαι.* Des. apud Cord. p. 588. [65] cod. 3 Ἰουδαίους. [66] *Ἐν ὑμῖν.* Abest ab hoc loco in Actis Apost. Des. etiam apud Cord. l. c. [67] *Ὑμνήσατε—ἐπήγαγε γάρ.* Des. in cod. 3. [68] Cord. p. 389 ἡμῶν. [69] cod. ἀνεχόμενον. [70] *Ἐμῆς.* Des. apud Cord. l. c. [71] Cord. l. c. ἡμῖν. [72] Apud Cord. l. c. post πραγματ. sequitur : Ἰησοῦς γὰρ Χριστὸς ἐπτώχευσε δι' ἡμᾶς πλούσιος ὤν· *Jesus Christus enim cum dives esset, propter nos pauper factus est.* (*II Cor.* VIII, 9.) [73] cod. 2 παραδηλῶν. [74] *Ὡς.* cod. 1, 2 ὁ. [75] *Ἐξομολογήσομαί σοι.* Hoc additamentum exstat tantum in edit. Ald. et Compl. [76] *Γάρ.* cod. 3 φησί.

Digitized by Google

δῆλόν σε τοῖς ἀνθρώποις ποιῶ [77], οὕτω καὶ σὺ πάντας [78] ἀνθρώπους διδάσκεις τὴν αὐτήν μοι προσφέρειν τιμήν, νῦν [79] μὲν λέγων, « Οὗτός μού [80] ἐστιν ὁ Υἱὸς ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ηὐδόκησα, αὐτοῦ ἀκούετε· » νῦν δὲ, « Καὶ ἐδόξασά σε [81], καὶ πάλιν δοξάσω. » Οὕτω τὴν περὶ αὐτοῦ γνῶσιν ἀπεκάλυψε τῷ Πέτρῳ, οὕτω τῷ Παύλῳ, οὕτω διὰ τούτων πάλιν [82] ἀνθρώποις. *Ἐκκλησίαν* γὰρ *μεγάλην*, τὴν μέχρι τῶν τερμάτων τῆς γῆς διήκουσαν [83] προσηγόρευσε. « Τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω ἐνώπιον τῶν φοβουμένων αὐτόν. » *Εὐχὰς* ἐνταῦθα οὐ προσευχὰς λέγει, ἀλλὰ τὰς ὑποσχέσεις. Ταύτην [84] γὰρ καὶ ὁ νόμος τὴν διαίρεσιν οἶδεν· « Εὔξῃ [85] εὐχὴν Κυρίῳ, » ἀντὶ τοῦ, ἐὰν ὑπόσχῃ τι [86] τῷ Θεῷ. Ἐπειδὴ τοίνυν ὑπέσχετο ἄνω [87] διὰ τῶν εἰς αὐτὸν πιστευόντων ὕμνον ὑφαίνειν, σαφέστερον ἐνταῦθα διδάσκει, ὅτι ταῖς ἐπαγγελίαις ἐπιθήσει τὸ πέρας, ἵνα δι' αὐτῶν τῶν [88] πραγμάτων οἱ τὰ θεῖα λόγια μελετῶντες μάθωσι [89] τὴν τῶν λόγων ἀλήθειαν. Ἐπειδὴ δὲ ἐκκλησίας ἐμνημόνευσεν [90], ἀναγκαίως τὰ περὶ ταύτης ποιεῖται θεσπίσματα, καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων προαγορεύει τὴν κλῆσιν. Αὐτοὺς γὰρ *πένητας* ὀνομάζει, ὡς πάλαι τῆς εὐσεβείας οὐκ ἐσχηκότας τὸν πλοῦτον, ἀλλὰ [91] τῇ τῆς ἀγνοίας δεδουλευκότας πενίᾳ.

κζ'. « Φάγονται πένητες, καὶ ἐμπλησθήσονται, καὶ αἰνέσουσιν Κύριον, οἱ ἐκζητοῦντες αὐτόν. » Οὐ [92] πάντες; οὐδὲ γὰρ πάντες ὑπήκουσαν τῷ Εὐαγγελίῳ, ἀλλ' οἱ τὸν θεῖον εἰσδεξάμενοι [93] πόθον· τούτους [94] ἅτε δὴ πεινῶντας καὶ διψῶντας, κορεσθήσεσθαι ἔφη τῆς ἀθανάτου τροφῆς ἀπολαύσαντας· τὴν δὲ θείαν τροφὴν, καὶ τὴν πνευματικὴν ἴσμεν διδασκαλίαν, καὶ τὴν μυστικὴν καὶ ἀθάνατον εὐωχίαν, ἣν οἱ μεμυημένοι γινώσκουσι [95]. « Ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος. » Καὶ γὰρ ἔτι φθαρτὸν περικείμενοι σῶμα, τῇ ἐλπίδι τῆς ἀναστάσεως ψυχαγωγούμενοι, προσμένουσι τὴν ζωὴν αἰώνιον.

κη'. « Μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Καλῶς τὸ *μνησθήσονται* τέθεικε· ἐπειδὴ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὸ εἶναι δεξάμενοι, τοῦ δημιουργήσαντος ἐπελήσθησαν. *Πάντα* μέντοι *τὰ πέρατα τῆς γῆς*, οὐχ ἓν ἔθνος, οὐδὲ δύο, ἀλλ' ἐκ πάντων τῶν κατὰ τὴν οἰκουμένην [96] προσδραμοῦνται μυρίοι, καὶ δέξονται προθύμως τὴν τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνα. « Καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. » Καὶ διδάσκων ὡς οἰκεία τοῦ Θεοῦ ἡ δεσποτεία, καὶ οὐκ ἀλλοτρία, τέθεικεν [97].

te clarum facio, sic et tu omnes homines eumdem mihi habere honorem doces: nunc quidem dicens: « Hic est Filius meus dilectus, quo delector, ipsum audite [h]; » nunc vero: « Et glorificavi te, et iterum glorificabo [i]. » Sic ejus cognitionem Petro aperuit, sic Paulo, sic per hos rursus hominibus. *Ecclesiam* enim *magnam* eam appellavit, quæ ad terminos usque terræ se extendit. « Vota mea reddam in conspectu timentium eum. » *Preces* hoc in loco non deprecationes vocat, sed vota. Hanc enim differentiam etiam lex novit: « Si precatus fueris deprecationem Domino [j], » id est, si voveris quippiam Domino. Postquam igitur superius promisit, per eos qui in ipsum credunt **744** hymnum se contexturum, manifestius hic docet, promissionibus finem se impositurum esse, ut ex rerum eventu, divina oracula meditantes, verborum veritatem discant. Quoniam autem ecclesiæ meminit, necessario de hac vaticinatur, et omnium gentium vocationem prædicit. Eas enim *pauperes* nominat, ut quæ olim pietatis divitias non habuerunt, sed ignorantiæ egestati servierunt.

Vers. 27. « Edent pauperes, et saturabuntur, et laudabunt Dominum qui requirunt eum. » Non omnes (nec enim omnes Evangelio obedierunt), sed ii qui divinum in se amorem admiserunt, hos ut esurientes et sitientes explendos esse ait, immortali perfruentes cibo. Divinum autem cibum, et spiritus doctrinam scimus, et mysticum atque immortale convivium, quod mysteriis initiati norunt. « Vivent corda eorum in sæculum sæculi. » Etenim adhuc mortali corpore cincti, spe resurrectionis animum recreantes, æternam vitam exspectant.

Vers. 28. « Reminiscentur, et convertentur ad Dominum universi fines terræ. » Præclare *reminiscentur* posuit: quoniam cum a Deo id quod sunt accepissent, Creatoris obliti sunt. *Universi* ergo *fines terræ*, non una gens, nec duæ, sed infiniti ex omnibus qui terram incolunt, accurrent, atque divinæ cognitionis radium propenso animo accipient. « Et adorabunt **745** in conspectu ejus universæ familiæ gentium. » Et docens proprium Dei imperium esse, et non alienum, posuit.

[h] Matth. III, 17. [i] Joan. XII, 28. [j] Deut XXIII, 21.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[77] cod. 3 ποιήσω. [78] *Πάντας*. cod. 2 τούς. [79] *Νῦν — ἀνθρώποις*. Des. apud Cord. [80] *Μου*. Abest a cod. 2. In cod. 3 ponitur post ὁ υἱός. [81] *Σέ*. Des. in cod. 1, 2, et in editt. impressis N. T. [82] *Πάλιν*. codd. tres Aug. πᾶσιν. [83] *Τῆς γῆς διήκουσαν*. cod. 1 διήκουσαν τῆς οἰκουμένης. cod. 2 et 3 τῆς οἰκουμ. διήκουσαν. [84] *Ταύτην — τῷ Θεῷ*. Des. in cod. Flor. [85] *Εὔξῃ*. codd. tres Aug. præm. ἐάν. [86] *Τι*. Des. in cod. 1, 2. [87] *Ἄνω*. Hanc lectionem e codd. restituimus: perperam legebatur ἀνθρώπῳ, quæ vox in codicibus per compendium scribitur ἄνω, unde hic error ortus esse videtur. [88] *Δι' αὐτῶν τῶν*. cod. 2 διά τῶν. [89] cod. 1. μάθωμεν. [90] *Ἐμνήμη*. cod. Flor. ἐμνήσθη. [91] *Ἀλλὰ—πενίᾳ*. Des. in cod. Flor. [92] *Οὐ —γινώσκουσιν*. Des. in cod. 3. [93] cod. 2 δεξαμένοι. [94] *Τούτους*. cod. 1 addit γάρ. [95] *Γινώσκουσιν*. cod. 2 διδάσκουσι. [96] *Οἰκουμένην*. cod. Flor. addit ἐθνῶν. [97] *Τέθεικεν*. cod. 1, 2 præm. ἀκολούθως. Ita quoque leg. apud Cord.

Digitized by Google

VERS. 29. « Quoniam Domini est regnum, et ipse dominatur gentibus. » Non enim tantum Judæorum Deus est Deus, ut illi existimant, verum totius humanæ naturæ est creator. Sic et Apostolus ait : « Nunquid Judæorum Deus est tantum? nonne et gentium ? omnino etiam gentium : quoniam unus est Deus, qui justificabit circumcisos ex fide, et præputiatos, per fidem [k]. »

VERS. 30. « Manducaverunt, et adoraverunt eum omnes pingues terræ : in conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram. » Qui enim comederunt et impleti sunt, de immortali cibo gratias agentes, eum qui hæc suppeditavit ut Deum adorabunt. Et quia in præcedente versu pinguium tantum mentionem fecit, ut qui ab illo divino cibo tales effecti sint, merito dixit : « In conspectu ejus cadent omnes qui descendunt in terram. » Siquidem post resurrectionem ex mortuis, alii quidem volentes, alii vero inviti, et alii quidem ex amore, alii vero e timore, hunc Deo offerent cultum, secundum illam Apostoli vocem : « Illi omne genu flectetur, cœlestium, terrestrium, et infernorum, et omnis lingua confitebitur, Dominum esse Jesum Christum, in gloriam **746** Dei Patris [l]. »

VERS. 31. « Et anima mea illi vivet, et semen meum serviet ipsi. » *Semen Domini Christi* sunt, qui per lavacri regenerationem renati sunt, atque adoptionis gratiam receperunt. Propterea quidem animam suam illi vivere, et non servire dixit, semen vero servire. Siquidem assumpta natura cum divinitate assumente copulata fuit, et ejusdem gloriæ et honoris facta est particeps.

VERS. 32. « Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus. » Non de hac, inquit, dico generatione, secundum quam ego David hæc prædico : verum de futura, atque de eo populo qui nascetur, quem ipse universorum Dominus constituit. Hic quidem omnia ista prædixit. Ego autem Judæorum stuporem deploro, quoniam in divinis oraculis semper versantes, veritatem in his splendentem minime conspiciunt, sed in Davidem dictum esse hunc psalmum asserunt, audientes Davidem exclamantem : « Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Domi-

κθ'. « Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, καὶ αὐτὸς δεσπόζει τῶν ἐθνῶν. » Οὐ γὰρ μόνον Ἰουδαίων Θεὸς ὁ Θεὸς, ὡς ἐκεῖνοι νομίζουσιν, ἀλλὰ πάσης τῆς τῶν ἀνθρώπων φύσεως ποιητής. Οὕτω καὶ ὁ Ἀπόστολος ἔφη· Ἢ [98] Ἰουδαίων ὁ Θεὸς μόνον [99] οὐχὶ δὲ καὶ ἐθνῶν; ναὶ καὶ ἐθνῶν· ἐπείπερ εἷς ὁ Θεὸς, ὃς δικαιώσει περιτομὴν ἐκ πίστεως, καὶ ἀκροβυστίαν διὰ τῆς πίστεως. »

λ'. « Ἔφαγον καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ [1] πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς, ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν. » Οἱ [2] γὰρ φαγόντες καὶ ἐμπλησθέντες [3], χάριν ὁμολογοῦντες περὶ τῆς ἀθανάτου τροφῆς, προσκυνήσουσιν ὡς Θεὸν τὸν τούτων γενόμενον χορηγόν. Καὶ ἐπειδὴ ἐν τῷ προτέρῳ στίχῳ τῶν πιόνων ἐμνημόνευσε μόνων, ἅτε δὴ τοιούτων ὑπὸ τῆς θείας ἐκείνης [4] γεγενημένων τροφῆς, εἰκότως εἶπεν [5]· « Ἐνώπιον αὐτοῦ προπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς γῆν. » Μετὰ γὰρ τὴν ἐκ νεκρῶν ἀνάστασιν, οἱ μὲν ἑκόντες, οἱ δὲ ἄκοντες, καὶ οἱ μὲν πόθῳ, οἱ δὲ φόβῳ, ταύτην τῷ Θεῷ προσοίσουσι τὴν προσκύνησιν, κατὰ [6] τὴν ἀποστολικὴν ἐκείνην φωνήν· ὅτι « Αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων, καὶ πᾶσα γλῶσσα ἐξομολογήσεται [7], ὅτι Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς δόξαν Θεοῦ πατρός [8]. »

λα'. « Καὶ [9] ἡ ψυχή μου αὐτῷ ζῇ, καὶ τὸ σπέρμα μου δουλεύσει αὐτῷ. » *Σπέρμα* δὲ *τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ*, οἱ διὰ τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας ἀναγεννώμενοι [10], καὶ τὸ τῆς υἱοθεσίας δεχόμενοι χάρισμα. Διὸ [11] τὴν μὲν αὐτοῦ ψυχὴν αὐτῷ ζῆν, ἀλλ' οὐ δουλεύειν εἴρηκε, τὸ δὲ σπέρμα [12] δουλεύειν. Ἡ γὰρ ληφθεῖσα φύσις ἠνώθη τῇ λαβούσῃ θεότητι, καὶ τῆς αὐτῆς δόξης μετείληχε [13] καὶ τιμῆς [14].

λβ'. « Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν [15] ἐποίησεν ὁ Κύριος. » Οὐ περὶ ταύτης, φησὶ, λέγω τῆς γενεᾶς, καθ' ἣν ἐγὼ ὁ Δαβὶδ ταῦτα προαγορεύω [16], ἀλλὰ περὶ τῆς ἐσομένης, καὶ τοῦ τεχθησομένου λαοῦ, ὃν αὐτὸς ὁ τῶν ὅλων συνεστήσατο Κύριος. Ὁ μὲν οὖν ταῦτα προηγόρευσεν ἅπαντα. Ἐγὼ [17] δὲ τὴν Ἰουδαίων ἐμβροντησίαν θρηνῶ, ὅτι τοῖς θείοις λογίοις διηνεκῶς ἐντυγχάνοντες, τὴν ἐν τούτοις διαλάμπουσαν οὐ συνορῶσιν ἀλήθειαν, ἀλλ' εἰς τὸν Δαβὶδ εἰρῆσθαι τὸν Ψαλμὸν ἀποφαίνονται, τοῦ βοῶντος [18] ἀκούοντες, « Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, λαῷ τῷ τεχθησομένῳ,

[k] Rom. III, 29, 30. [l] Philipp. II, 10, 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[98] *Ἤ.* Abest a cod. 2. [99] *Ὁ Θεὸς μόνον.* cod. 1 μόνον ὁ Θεός. [1] *Αὐτῷ.* Abest a codd. tribus Aug. et a versione Græca. [2] *Οἱ — χορηγόν.* Des. in cod. 3. [3] codex 2 ἐμπλησθήσονται. [4] *Ἐκείνης.* Abest a cod. 2. [5] *Εἶπεν.* Abest a cod. 1, 2. cod. 3 habet ἐπήγαγε τό. [6] *Κατὰ*, κ. λ. Des. apud Cord. p. 390. [7] *Ἐξομολογ.* cod. 1 addit αὐτῷ. [8] *Πατρός.* In cod. 3 sequitur, ἀμήν. Καλῶς δὲ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν ζῆν αὐτῷ ἔφη, ἀλλ' οὐ δουλεύειν· ἡ γὰρ — τιμῆς. Hæc ad sequentem vers. pertinent. [9] *Καὶ — δουλεύσει αὐτῷ.* Omnes interpretes Græci aberrarunt a sensu verborum Hebr. psal. XXII, 30, 31, quæ Hieron. rectius sic vertit : *Et anima ejus non vivet : semen serviet ei.* [10] *Ἀναγεννώμενοι.* cod. 1 ἐστὶ γενόμενοι. [11] *Διὸ* κ. λ. Des. in cod 1. [12] *Σπέρμα.* cod. 2 addit μου. [13] codd. tres Aug. μετείληφε. [14] In margine cod. 1 paucula ad vers. istum alia manu adscripta sunt, quæ tamen culpa ejus qui codicem compegit, integrum non habent sensum. [15] *Ὅν.* Rectius Aquila habet ὅτι. [16] *Προαγορεύω.* Apud Cord. p. 390 sequitur, τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην διὰ πίστεως ἐνεργουμένην. [17] *Ἐγὼ — προσκυνῆσαι Θεόν.* Hæc paucis mutatis apud Cord. leguntur p. 404. [18] *Βοῶντος.* cod. 1, 2 præm. Δαβίδ.

Digitized by Google

ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος· μνησθήσονται καὶ ἐπιστραφήσονται πρὸς Κύριον πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς· καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Καὶ ἔφαγον, καὶ προσεκύνησαν αὐτῷ πάντες [19] οἱ πίονες τῆς γῆς. » Τούτων γὰρ οὐδὲν ἐπὶ τοῦ Δαβὶδ ὁρῶμεν γεγενημένον, οὐδὲ ἐπί τινος τῶν ἐκ Δαβίδ. Μόνος δὲ ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ὁ ἐκ Δαβὶδ κατὰ σάρκα, ὁ ἐνανθρωπήσας Θεὸς Λόγος, ὁ ἐκ Δαβὶδ λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφήν· πᾶσαν γὰρ γῆν καὶ θάλασσαν τῆς θεογνωσίας ἐπλήρωσε, καὶ πέπεικε τοὺς πάλαι πλανωμένους [20], καὶ τοῖς εἰδώλοις προσφέροντας τὴν προσκύνησιν, ἀντὶ τῶν οὐκ ὄντων τὸν ὄντα προσκυνῆσαι Θεόν. Ἀλλὰ τοὺς πρὸς τοὺς Ἰουδαίους λόγους [21] καταλιπόντες, ἐπὶ τοὺς [22] παρόντας ἀγῶνας, καὶ [23] ἐπὶ τὴν τῶν λοιπῶν ψαλμῶν ἑρμηνείαν βαδίσωμεν.

A nus. Reminiscentur, et convertentur ad Dominum universi fines terræ, et **747** adorabunt in conspectu ejus universæ familiæ gentium : et manducaverunt, et adoraverunt illum omnes pingues terræ. » Nam nihil horum Davidi accidisse videmus, nec alicui eorum qui ex Davide prognati sunt. Solus autem Dominus Christus, qui ex Davide secundum carnem Deus Verbum factus est homo, qui ex Davide formam servi accepit, omnem terram ac mare divina cognitione implevit, et persuasit iis qui olim errabant, atque idola colebant, pro illis qui non sunt, Deum, qui est, adorare. Porro istis cum Judæis sermonibus relictis, nos ad inceptum certamen, et ad reliquorum psalmorum interpretationem transeamus.

B

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΚΒ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. Εἰς τὸ τέλος [24], ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » [[25] Ἄδεται ὁ προκείμενος ψαλμὸς ἐκ προσώπου τῶν ἐθνῶν ἀγαλλομένων ἐπὶ τῷ ποιμαίνεσθαι αὐτά· καὶ μὴν καὶ τὴν μυστικὴν ἐξηγοῦνται εὐωχίαν ἣν παρέθηκεν αὐτοῖς ὁ ποιμαίνων αὐτούς.] « Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει. » Τὴν αὐτὴν ἔχει καὶ ταῦτα τοῖς προερμηνευθεῖσι [26] διάνοιαν. Εἰρηκὼς γὰρ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, · « Φάγονται πένητες, καὶ ἐμπλησθήσονται [27], καὶ αἰνέσουσι Κύριον οἱ ἐκζητοῦντες αὐτόν· » καὶ πάλιν, « Ἔφαγον, καὶ προσεκύνησαν [28] πάντες οἱ πίονες τῆς γῆς· » ὑποδείκνυσιν ἐνταῦθα τὸν τῆς τοιαύτης τροφῆς χορηγόν· καὶ καλεῖ τὸν τροφέα ποιμένα· Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Δεσπότης [29] Χριστὸς ἑαυτὸν προσηγόρευσεν· « Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, καὶ γινώσκω τὰ ἐμά, καὶ γινώσκομαι ὑπὸ τῶν ἐμῶν. » Οὕτως ἑαυτὸν καὶ διὰ Ἰεζεκιὴλ ἐκάλεσε τοῦ προφήτου. Κάνταῦθα τοίνυν ἅπαντες οἱ τῆς σωτηρίου τροφῆς ἀπολαύσαντες βοῶσι· « Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει. » Παντοδαπὴν γὰρ ἀπόλαυσιν ἀγαθῶν ὁ ποιμὴν οὗτος τοῖς ὑπ' αὐτοῦ ποιμαινομένοις χαρίζεται.

INTERP. PSALMI XXII.

Vers. 1. « In finem, psalmus Davidi. » [Canitur hic psalmus ex persona gentium exsultantium propterea quod pascit eas. Sicque mysticum exponunt convivium, quod qui pascebat eas, apposuit.] « Dominus pascit me, et nihil mihi deerit. » Etiam hæc eamdem habent sententiam, quam superiora. Cum enim dixisset in psalmo præcedente : « Edent pauperes, et saturabuntur, laudabunt Dominum qui requirunt eum, » et rursus : « Manducaverunt, et adoraverunt omnes pingues terræ; » indicat hoc loco hujus cibi largitorem, et nutritorem **748** appellat pastorem. Sic enim se ipsum Dominus Christus nominavit : « Ego sum pastor bonus, et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ [m]. » Eodem modo et per prophetam Ezechielem [n] se ipsum appellavit. Et hic igitur omnes qui salutari cibo potiti sunt, exclamant, « Dominus pascit me, nihil mihi deerit. » Nam omnis generis bonorum fructum hic pastor iis qui ab eo pascuntur largitur.

C

β'. « Εἰς τόπον χλόης, ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν. » Ἐπειδὴ ποιμένα τὸν τῶν ἀγαθῶν προσηγόρευσε χορηγὸν, εἰκότως καὶ τῆς τῶν προβάτων τροφῆς τροπικῶς ἐμνημόνευσε. Χλόην δὲ ἐνταῦθα τὴν ἱερὰν τῶν θείων λογίων διδασκαλίαν καλεῖ. Πρότερον γὰρ ἐκτρέφει τοῖς λόγοις, καὶ τότε τὴν μυστικωτέραν προσφέρει τροφήν. « Ἐπὶ [30] ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με. » Τὸ τῆς παλιγγενεσίας ὕδωρ αἰνίττεται, ἐν ᾧ βαπτιζόμενος ὁ τῆς χάριτος ἐφιέμενος, ἀποδύεται μὲν τὸ γῆρας τῆς ἁμαρτίας, νέος δὲ ἀντὶ γεγηρακότος ἀποτελεῖται.

Vers. 2. « In loco pascui ibi me collocavit. » Postquam pastorem bonorum datorem appellavit, merito et de ovium pastu ex translatione mentionem fecit. *Pascuum* autem hoc in loco sacram divinorum oraculorum doctrinam vocat. Primum enim oraculis nos alit, et deinde magis mysticum affert cibum. « Super aquam refectionis educavit me. » Regenerationis aquam innuit, in qua dum baptizatur qui gratiam concupiscit, senectute quidem peccati exuitur, juvenis vero pro sene efficitur.

D

[m] Joan. x, 14. [n] Ezech. xxxiv, 10 seqq.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[19] *Πάντες*. Abest a cod. 1. [20] cod. 1 πεπλανημένους. [21] *Λόγους*. Abest a cod. 1, 2. [22] *Τοὺς—ἀγῶνας*. cod. uterque, τοῦ παρόντος ἀγῶνος. [23] *Καὶ—τῶν*. cod. 3 ἐπί τε τῶν. [24] *Εἰς τὸ τέλος*. Abest a cod. 1, 2. [25] E cod. suppl. Eadem fere sunt quæ Cord. t. I, p. 412, et sub alio nomine p. 418 exhibet. [26] *Ταῦτα τοῖς προερμ.* cod. 2 οὗτος τῷ προερμηνευθέντι. [27] *Ἐμπλησθήσονται*. cod. 1 εὐφρανθήσονται. [28] *Προσεκύνησαν*. Cod. 1 et 2 addunt αὐτῷ. [29] *Δεσπότης*. Des. in cod. 2. [30] *Ἐπὶ — ἐξέθρεψέ με*. In Hebr. leg. עַל־מֵי מְנוּחוֹת יְנַהֲלֵנִי *ad aquas leniter fluentes ducet me.*

Digitized by Google

Vers. 3. « Animam meam convertit : deduxit me super semitas justitiæ. » Horum autem, ait, participem me fecit, primum ab errore me liberans, et recta via ut incedam efficiens. *Propter nomen suum.* Universa autem hæc ipsius magnificentiæ dona sunt : non enim ob nostram virtutem horum compotes facti sumus. Talem igitur adjutorem atque propugnatorem habens, nec ipsas quidem mortis portas timebo, sed mortem penitus **749** contemnam. Hoc enim subjunxit :

Vers. 4. « Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es. » Addit autem his et alia : « Virga tua, et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. » Nam per hunc quidem meam imbecillitatem sustentat, per illam vero me in rectam viam deducit. Porro non aberraret aliquis, si eodem modo salutarem crucem nuncuparet. Nam hujus signo atque memoria ab hostibus dæmonibus liberamur, atque in veram viam deducimur. [Et hoc sibi vult illud, Virga tua et baculus tuus, ista me consolata sunt. E duabus enim conjunctis virgis fit crux. Baculo scilicet recto nos qui in illum credimus, confirmat ac dirigit, infirmosque roborat; transverso autem virgæ instar erga dæmones utitur.]

Vers. 5. « Parasti in conspectu meo mensam adversus eos qui tribulant me. Impinguasti oleo caput meum, et calix tuus inebrians me quam optimus est. » Manifesta sunt hæc iis qui mysteriis sunt initiati, nec explanatione ulla indigent. Noverunt enim et spirituale oleum, quo eorum capita impinguantur, et ebrietatem confortantem quidem, sed non dissolventem; atque mysticum cibum, quem nobis proponit is qui ad pastoris officium sponsi munus adjecit. **750** His autem bonis me affecisti, inimicis mœrentibus, seque excruciantibus, quod qui olim ipsis serviebant, tantam mutationem assecuti sint.

Vers. 6. « Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ : et ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum. » Horum autem bonorum conciliatrix est tua inexplicabilis benignitas, nostras preces minime exspectans, sed nos veluti fugientes persequens, et præveniens, et salutem impertiens, et habitationem in divinis sedibus præbens, tum in hac vita, tum etiam in futura. Hoc namque ostendit cum ait : « In longitudinem

γ'. « Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν· ὡδήγησέ με ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης. » Τούτων [31] δέ μοι, φησὶ, μεταδέδωκε, πρότερόν με τῆς πλάνης ἐλευθερώσας, καὶ τὴν εὐθεῖαν [32] ὁδὸν παρασκευάσας ὁδεύειν. *Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.* Ἅπαντα δὲ ταῦτα τῆς αὐτοῦ δῶρα φιλοτιμίας· οὐ γὰρ διὰ τὴν ἡμετέραν ἀρετὴν ἀπελαύσαμεν [33] τούτων. Τοιοῦτον τοίνυν ἐπίκουρον ἔχων, καὶ πρόμαχον, οὐδὲ αὐτὰς δείσω τοῦ θανάτου τὰς πύλας, ἀλλὰ [34] παντὸς θανάτου καταφρονήσω. Τοῦτο γὰρ ἐπήγαγεν

δ'. « Ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ. » Προστίθησι [35] δὲ τούτοις καὶ ἕτερα· « Ἡ ῥάβδος σου, καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν. » Τῇ μὲν γὰρ ὑπερείδει μου τὴν ἀσθένειαν, τῇ δὲ ποδηγεῖ πρὸς τὴν εὐθεῖαν ὁδόν· οὐκ ἂν δέ τις ἁμάρτοι, τὸν [36] σωτήριον οὕτως ὀνομάζων σταυρόν. Τῇ γὰρ τούτου σφραγῖδι καὶ μνήμῃ τῶν πολεμίων δαιμόνων ἀπαλλαττόμεθα [37], καὶ πρὸς τὴν ἀληθῆ ποδηγούμεθα τρίβον. [[38] Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ, Ἡ ῥάβδος σου καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί με παρεκάλεσαν· ἀπὸ γὰρ δύο ῥάβδων συναγόμενος γίνεται σταυρός· τῇ μὲν ὀρθῇ βακτηρίᾳ ἡμᾶς τοὺς εἰς αὐτὸν πιστεύοντας στηρίζων καὶ εὐθύνων καὶ ἀσθενοῦντας ἐνισχύων· τῇ δὲ πλαγίᾳ ὡς ῥάβδῳ κατὰ τῶν δαιμόνων χρώμενος.]

ε'. « Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με· ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου καὶ τὸ ποτήριόν σου [39] μεθύσκον με [41] ὡσεὶ κράτιστον [42]. » Δῆλα ταῦτα τοῖς μεμυημένοις, καὶ ἑρμηνείας οὐδεμιᾶς δεόμενα. Ἴασι [43] γὰρ καὶ τὸ πνευματικὸν ἔλαιον, ᾧ τὴν κεφαλὴν ἐπιάνθησαν· καὶ τὴν κραταίνουσαν, ἀλλ' οὐ διαλύουσαν μέθην· καὶ τὴν μυστικὴν τροφὴν, ἣν προτίθησιν ἡμῖν ὁ πρὸς τῷ [44] ποιμαίνειν καὶ νυμφίος γενόμενος. Τούτοις δὲ, φησὶ, τοῖς ἀγαθοῖς [45] εἱστίασάς με [46], τῶν δυσμενῶν ἀνιωμένων καὶ τρυχομένων, ὅτι οἱ πάλαι σφίσι [47] δουλεύοντες, τοσαύτης μεταβολῆς τετυχήκασιν.

ς'. « Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί [50] με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου· καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν. » Τούτων δὲ πρόξενος τῶν ἀγαθῶν ἡ ἄῤῥητός σου φιλανθρωπία, τὴν ἡμετέραν ἱκετείαν οὐκ ἀναμείνασα ἀλλὰ καθάπερ τινὰς φεύγοντας καταδιώξασά τε, καὶ φθάσασα [49], καὶ μεταδοῦσα τῆς σωτηρίας, καὶ τὴν ἐν τοῖς θείοις οἴκοις παρασχοῦσα διαγωγὴν, ἔν τε τῷ παρόντι βίῳ, καὶ ἐν [50] τῷ μέλλοντι. Τοῦτο γὰρ παρεδή-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[31] *Τούτων — ὁδεύειν.* Des. in cod. 3. [32] *Εὐθεῖαν.* cod. 2 θειαν. [33] cod. 3 ἀπηλαύσαμεν, omisso τούτων. Sequitur in hoc cod., ἀλλ' ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀγαθότητος. [34] *Ἀλλὰ — ἐπήγαγεν.* Des. in cod. 3. [35] *Προστίθησι — ὁδόν.* Des. in cod. 3. [36] *Τὸν — σταυρόν.* cod. 3 τὸν σταυρὸν νοῶν. [37] codd. tres Aug. ἀπαλλαττόμενοι, omisso καί. [38] E cod. 3 suppl. [39] *Μου.* Abest a cod. 1. [40] *Σου.* Aquila, Theodotion et editio V rectius habent μου. In Hebr. enim est כּוֹסִי. [41] *Με.* Abest a cod. 3. [42] *Ὡσεὶ κράτιστον.* Hæc ab interpretibus Græcis minus bene cum præcedentibus conjuncta sunt, cum potius ad sequentem versiculum referri debuissent. [43] *Ἴασι — τετυχήκασιν.* Hæc etiam exstant in Eusebii ad h. l. Commentario, apud Montf. l. c., soli autem Nostro in codd. Aug. vindicantur. [44] cod. 2 τό. [45] *Τοῖς — ἀγαθοῖς.* cod. 3 præm. ἐντρυφῶμεν, omissis iis quæ deinde sequuntur, εἱστίασάς με. Eodem modo legitur apud Euseb. l. c. [46] *Εἱστίασάς με.* Abest a codd. Aug. Cord. p. 414 habet ἠξίωσάς με. [47] *Σφίσι.* cod. 1 et Euseb. l. c. φησί. cod. 2 pro οἱ πάλαι σφίσι habet τῷ Κυρίῳ φησίν. [48] cod. 1, 2 καταδιώξει. [49] cod. 2 καταφθάσασα. [50] *Ἐν.* Abest a cod. 2.

Digitized by Google

λωσεν εἰρηκώς· « Εἰς μακρότητα ἡμερῶν [51], » τοῦτ' ἔστιν ἀεὶ, καὶ διηνεκῶς. Τοῦτο δὲ τοῖς αἰῶσιν ἐκείνοις ἁρμόττει, οἳ πέρας οὐκ ἔχουσιν.

A dierum, » id est, semper, et continue. Hoc autem illis sæculis congruit, quæ finem minime habent.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΚΓ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » Ἐν [52] ἐνίοις [53] ἀντιγράφοις εὗρον, « τῆς μιᾶς τῶν Σαββάτων. » Ἐν δέ γε τῷ Ἑξαπλῷ τοῦτο οὐ πρόσκειται. Πλὴν ἵνα μηδὲ τοῦτο καταλίπωμεν ἀνερμήνευτον, εἰδέναι χρὴ ὡς [54] τὴν δεσποτικὴν ἀνάστασιν προσημαίνει, μεθ' ἣν πᾶσα γῆ καὶ θάλασσα τὰς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνας ἐδέξατο· οὕτω [55] δὲ καὶ ὁ ψαλμὸς προαγορεύει, καὶ πρὸς τούτῳ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον τοῦ Δεσπότου. « Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ, καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς· ἡ οἰκουμένη, καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. » Ἐπειδὴ γὰρ ὑπελάμβανον [56] Ἰουδαῖοι μόνης αὐτὸν δεσπόζειν τῆς Παλαιστίνης, καὶ μόνων αὐτῶν προμηθεῖσθαι, μόνων αὐτῶν [57] ὄντα Θεὸν, εἰκότως ὁ προφητικὸς διδάσκει λόγος, ὅτι πάσης δεσπόζει τῆς οἰκουμένης. Δεσπόζει [58] δὲ αὐτῆς, οὐχ ἁρπάσας τὴν ἐξουσίαν, οὐδὲ ἄλλον τινὰ τῆς δεσποτείας στερήσας· ἀλλ' αὐτὸς αὐτὴν δημιουργήσας, καὶ ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι παραγαγών.

β'. « Αὐτὸς γὰρ ἐπὶ θαλασσῶν ἐθεμελίωσεν αὐτὴν, καὶ ἐπὶ ποταμῶν ἡτοίμασεν αὐτήν. » Διὰ τούτων δὲ, οὐ μόνον τὴν δημιουργίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν πρόνοιαν δείκνυσι· φύσει γὰρ ἡ [59] γῆ οὖσα ξηρὰ, ἀναλογοῦσαν νοτίδα δεδώρηται, ἔξωθεν μὲν καὶ διὰ μέσου τοῖς μεγίστοις αὐτὴν συνάψας πελάγεσι, ποταμοὺς δὲ ὅτι μάλιστα πλείστους, καὶ μεγίστους, καὶ μέντοι καὶ πηγὰς, ἐν μέσαις ταῖς [60] ἠπείροις, τοὺς μὲν διατρέχειν ἀεὶ, τὰς δὲ ἀναβλυστάνειν παρασκευάσας. Οὕτω καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν δεσποτείαν ὑποδείξας, καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν ἐπίγνωσιν προθεσπίσας, τὴν περὶ τῆς ἀρετῆς προσφέρει παραίνεσιν, εἰς [61] ἐρώτησιν καὶ ἀπόκρισιν πάλιν σχηματίσας τὸν λόγον.

γ'. « Τίς (γὰρ, φησὶν,) ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου; καὶ [62] τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; » Ὄρος δὲ [63] ἐνταῦθα, οὐ τὸ ἐπίγειον λέγει τὸ τῆς Σιὼν, ἀλλὰ τὸ ἐπουράνιον, ὅπερ ὁ μακάριος ὑπέδειξε [64] Παῦλος· « Προσεληλύθατε, λέγων, Σιὼν ὄρει, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. » Ἐπειδὴ γὰρ προεδίδαξεν, ὅτι ποιητής ἐστι καὶ δημιουργὸς ὁ τῶν ὅλων Θεὸς, εἰκότως τὴν πρὸς αὐτὸν φέρουσαν ὁδὸν δείκνυσι, καὶ ποιεῖται τὴν ἀπόκρισιν [65] πρὸς τὴν ἐρώτησιν.

δ'. « Ἀθῷος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ· ὃς οὐκ [66] ἔλαβεν ἐπὶ ματαίῳ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ. » Προσήκει, φησὶ, τὸν εἰς ἐκεῖνο τὸ ὄρος ἀναβῆναι ποθοῦντα, καὶ

B

C

D

Vers. 3. « Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus? » * *Montem* vero hic, non terrestrem Sionis montem, sed cœlestem significat : quem beatus ostendit Paulus dicens, « Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis Hierosolymam cœlestem °. » Postquam enim paulo ante docuit Deum omnium rerum esse auctorem et opificem, jure ostendit **752** viam quæ ad ipsum nos ducit, et ad interrogata respondet.

Vers. 4. « Innocens manibus, et mundus corde : qui non accepit in vano animam suam, nec juravit in dolo proximo suo. » Par est, inquit, ut qui illum montem conscendere desiderat, absurdis cogitationi-

° Hebr. XII, 22.

INTERP. PSALMI XXIII.

Vers. 1. « Psalmus Davidi. » In quibusdam exemplaribus inveni, « una Sabbatorum. » In Hexaplo vero hoc non apponitur. Cæterum ne hoc absque expositione relinquamus, sciendum est quod Domini resurrectionem significat, postquam omnis terra et mare divinæ cognitionis radios recepit. Hoc autem quoque psalmus iste, et insuper Domini reditum in cœlos, prædicit. « Domini est terra, et plenitudo ejus, orbis terrarum, et universi qui habitant in eo. » Quoniam enim **751** Judæi suspicabantur soli Palæstinæ ipsum dominari, et ipsorum tantummodo curam gerere, cum ipsorum duntaxat Deus esset, merito propheticus sermo docet eum toti terrarum orbi imperare. Imperat autem ei non violenter arrepta potestate, neque alio quopiam privato hac dominatione; sed cum ipse orbem construxerit, et ex nihilo ad id quod est deduxerit.

Vers. 2. « Quia ipse super maria fundavit eum, et super flumina præparavit eum. » Per hæc autem non modo creationem, verum etiam providentiam ostendit. Cum enim tellus natura esset arida, dedit ei humiditatem congruentem, tum extrinsecus, et in medio, maxima ei maria conjungens, tum fluvios quam plurimos et maximos, nec non etiam fontes, per medium continentis, vel semper currere, vel scaturire faciens. Ita cum Dei potentiam ostendisset, et gentium cognitionem prædixisset, affert in medium exhortationem ad virtutem, formans iterum orationem in morem dialogi. Dicit enim :

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[51] *Ἡμερῶν*. Abest a cod. 1. [52] *Ἐν — πρόσκειται*. Eamdem Notam e cod. quodam Regio attulit Montf. Hexapl. Orig. t. I, p. 505. Prima ejus pars exstat quoque apud Euseb. ad l. c. [53] *Ἐνίοις*. cod. 1, 2 addunt μέν. [54] *Ὡς*. cod. 2 ὅτι. [55] *Οὕτω*. cod. 3 τοῦτο. [56] *Ὑπελάμβανον* cod. 3 ἐνόμιζον. [57] *Μόνον αὐτῶν*. cod. 2 habet τόν. [58] *Δεσπόζει — παραγαγών*. Des. apud Cord. p. 423. [59] *Ἡ — ξηρά*. cod. 1 οὖσαν ξηράν. cod. 2 οὖσα ξηρά. Uterque omittit ἡ γῆ. [60] cod. 2 μέσοις τοῖς. [61] *Εἰς*. Abest a cod. 2. [62] *Καὶ*. Cod. 1, 2 ἢ. Sic quoque leg. in edit. Ald. et Compl. [63] *Δέ*. Abest a cod. 3. [64] cod. 1 ἐπέδειξε. [65] *Ἀπόκρισιν — ἐρώτησιν*. cod. 1, 2 ἐρώτησιν πρὸς τὴν ἀπόκρισιν. [66] *Οὐκ — ματαίῳ*. Felicius phrasin h. l. in textu Hebr. obviam interpretati sunt οἱ Ο'. Psal. XXIV, 1.

Digitized by Google

bus animam purgatam habeat, et manus ab istiusmodi actionibus mundas gerat. Etenim *manus* pro actionibus posuit, per *cor* autem cogitationes innuit. Hoc enim consultamus, illis vero operamur. Decet autem, inquit, hujusmodi hominem nullam rem fluxam et caducam concupiscere. Has enim nuncupavit *res vanas* : siquidem etiam Ecclesiastes sic eas nominat : « Vanitas, dicens, vanitatum, et omnia vanitas P. » Et quoniam dolus et transgressio jurisjurandi avaritiæ conjuncta sunt, merito hæc cum illa respuit : « Et non juravit in dolo proximo suo. » Deinde demonstrat horum recte factorum fructum.

A λογισμῶν ἀτόπων τὴν ψυχὴν, καθαρεύειν, καὶ πράξεων τοιουτοτρόπων [67] ἐλευθέρας ἔχειν τὰς χεῖρας. Τὰς γὰρ δὴ *χεῖρας*, ἀντὶ πράξεων τέθεικε· διὰ δὲ τῆς *καρδίας*, τὰς ἐνθυμήσεις ἠνίξατο. Τῇ μὲν γὰρ βουλευόμεθα, ταῖς δὲ πράττομεν. Προσήκει δὲ, φησὶ, τὸν τοιοῦτον μηδενὸς τῶν ῥεόντων καὶ φθειρομένων ἐφίεσθαι· ταῦτα γὰρ ἐκάλεσε *μάταια*· οὕτω γὰρ [68] αὐτὰ καὶ ὁ Ἐκκλησιαστὴς ὀνομάζει, « Ματαιότης, λέγων, ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης. » Καὶ ἐπειδὴ καὶ δόλος καὶ παράβασις ὅρκων τῇ φιλοχρηματίᾳ συνέζευκται, εἰκότως καὶ ταῦτα μετ' ἐκείνης ἀπαγορεύει· « Καὶ [69] οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ πλησίον αὐτοῦ. » Εἶτα δείκνυσι τὸν τῶν κατορθωμάτων [70] τούτων καρπόν.

Vers. 5. « Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salvatore suo. » Admodum congrue misericordiam cum benedictione conjunxit. Etenim quæ existimantur remunerationes, per solam divinam benignitatem hominibus præbentur. Omnes enim hominum justitiæ nihil sunt ad dona quæ a Deo jam nobis suppeditata sunt, nedum ad futura munera, quæ et omnem humanam cogitationem transcendunt.

ε'. « Οὗτος λήψεται εὐλογίαν παρὰ Κυρίου, καὶ B ἐλεημοσύνην παρὰ Θεοῦ σωτῆρος αὐτοῦ. » Κομιδῇ δὲ προσφυῶς τὴν ἐλεημοσύνην τῇ εὐλογίᾳ συνέζευξε. Καὶ γὰρ αἱ νομιζόμεναι ἀντιδόσεις διὰ μόνην τὴν θείαν φιλανθρωπίαν τοῖς ἀνθρώποις παρέχοντα [71]. Πᾶσαι γὰρ τῶν ἀνθρώπων αἱ δικαιοσύναι, οὐδὲν [72] πρὸς τὰς ἤδη δεδομένας ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δωρεὰς ἀποχρῶσι, μήπου [73] γε δὴ πρὸς τὰς ἐσομένας, αἳ καὶ λογισμὸν ἀνθρώπινον ὑπερβαίνουσιν.

753 Vers. 6. « Hæc est generatio quærentium Dominum, quærentium faciem Dei Jacobi. » Qui, inquit, secundum hæc consilia vivere statuunt, revera desiderant videre ipsum virtutis legislatorem, qui jam olim etiam magnum Jacobum suo ipsius aspectu dignatus est. In undecimo igitur psalmo, de generatione altera omnibus vitiis affecta [loquens Propheta] Deum precabatur dicens : « Tu, Domine, custodies nos, et servabis nos a generatione hac in æternum q. » Hic autem contraria vaticinatur, « Hæc est generatio quærentium Dominum. » Nam post incarnationem * Dei et Salvatoris nostri, omnis terra et mare divinæ prædicationi obtemperans, dereliquit quidem deos patrios, Deum autem Jacobi inquirit. Hoc modo orbis terrarum salute prædicta, docet deinceps eos qui ad fidem accesserunt, Dominum Christum non solum resurrexisse devicto mortis imperio, sed etiam in cœlos rediisse. Quoniam enim vicesimus primus psalmus oracula continebat de salutari passione, nec non prædictionem de gentium salute, merito rursus hic ubi de gentibus mentionem fecit, et earum cognitionem prædixit, et Domini ascensionem describit, et nobis angelorum choros ostendit, hos quidem Dominum Christum præeuntes, illos **754** vero

ς'. Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον [74], ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. » Οἱ [75] κατὰ ταύτας, φησὶ, τὰς ὑποθήκας βιοῦν προαιρούμενοι, τῷ ὄντι ποθοῦσι τῆς ἀρετῆς τὸν νομοθέτην ἰδεῖν, ὃς πάλαι ποτὲ καὶ τὸν μέγαν Ἰακὼβ τῆς οἰκείας ἐπιφανείας ἠξίωσεν. Ἐν [76] μὲν οὖν [77] τῷ ἑνδεκάτῳ C ψαλμῷ περὶ γενεᾶς ἑτέρας [[78] ὁ Προφήτης διαλεγόμενος] πάσῃ κακίᾳ καὶ πονηρίᾳ συζώσης ἠντιβόλει τὸν Θεὸν λέγων [79] · « Σὺ, Κύριε, φυλάξεις [80] ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης καὶ εἰς τὸν αἰῶνα. » Ἐνταῦθα δὲ τἀναντία θεσπίζει· « Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων τὸν Κύριον. » Μετὰ γὰρ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Θεοῦ [81] καὶ Σωτῆρος ἡμῶν, πᾶσα ἡ γῆ καὶ θάλασσα τῷ θείῳ πεισθεῖσα κηρύγματι, κατέλιπε μὲν τοὺς πατρῴους θεοὺς, τοῦ δὲ Ἰακὼβ ἐπιζητεῖ [82] τὸν Θεόν. Οὕτω προαγορεύσας τῆς οἰκουμένης [83] τὴν σωτηρίαν, διδάσκει λοιπὸν τοὺς τῇ πίστει προσεληλυθότας, ὡς οὐ μόνον ἀνέστη τοῦ θανάτου καταλύσας τὸ κράτος ὁ Δεσπότης Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθεν. Ἐπειδὴ [84] γὰρ ὁ πρῶτος καὶ εἰκοστὸς ψαλμὸς τὰ τῶν σωτηρίων D παθημάτων εἶχε θεσπίσματα, καὶ τῆς τῶν ἐθνῶν σωτηρίας τὴν προφητείαν, εἰκότως πάλιν ἐνταῦθα [85] τῶν ἐθνῶν μνημονεύσας, καὶ τὴν τούτων ἐπίγνωσιν χρησμῳδήσας, καὶ τὴν Δεσποτικὴν ἀνάληψιν προ-

P Eccles. I, 2. q Ps. XI, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[67] cod. 1. 2 τοιούτῳ τρόπῳ. Ita quoque apud Cord. p. 423. [68] *Γάρ*. cod. 1 δέ. [69] *Καὶ—αὐτοῦ*. Des. in cod. 2. [70] Cord. p. 424, κατορθούντων. [71] *Παρέχονται*. cod. 1 χαρίζονται, ascripta tamen lectione ista altera. [72] cod. 3 οὐδέ. [73] *Μήπου*. cod. 3 μή τι. [74] *Τὸν Κύριον*. Rec. lectio, quam Vulgata expressit, est αὐτόν. [75] *Οἱ — ἐξίωσεν*. Des. in cod. 3. [76] *Ἐν*. cod. 3 præm. *καί*. [77] *οὖν*. Des. in cod. 3. [78] E cod. 3 suppl. [79] *Λέγων*. Abest a cod. 1. [80] *Φυλάξεις — διατηρήσεις*. cod. 1, 2 φυλάξαις — διατηρήσαις. (Conf. p. 676, n. 7 et 8.) [81] *Θεοῦ*. cod. 3 Κυρίου. [82] cod. ἐπεζήτει [83] *Τῆς οἰκουμένης*. Des. in cod. 1. [84] *Ἐπειδὴ — διαγράφει*. Des. in cod. 3. [85] *Ἐνταῦθα*. Abest a cod. 2.

Digitized by Google

διαγράφει, καὶ δείκνυσιν ἡμῖν ἀγγέλων χοροὺς, τοὺς μὲν ἡγουμένους τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ [86], τοὺς δὲ ἄνωθεν πυνθανομένους, καὶ μαθεῖν ἐφιεμένους τί τὸ παράδοξον θέαμα.

A desuper interrogantes, et discere cupientes, quodnam illud novum sit spectaculum

ζ'-ι'. Ἄρατε [87] πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι· καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς [88] ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατὸς, Κύριος δυνατὸς [89] ἐν πολέμῳ. Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν, καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι· καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. » Καί μοι [90] θαυμαζέτω [91] μηδεὶς ἄγνοιαν ἀκούων τῶν ἀοράτων δυνάμεων· οὔτε γὰρ προῖσασιν, οὔτε ἴσασιν ἅπαντα· μόνη δὲ ἡ θεία φύσις ταύτην ἔχει τὴν γνῶσιν. Ἄγγελοι [92] δὲ καὶ ἀρχάγγελοι, καὶ αἱ ἄλλαι τῶν ἀοράτων [93] δυνάμεων συμμορίαι, τοσαῦτα ἴσασιν, ὅσα διδάσκονται· οὗ δὴ χάριν καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος περὶ αὐτῶν διαλεγόμενος ἔφη, ἵνα γνωρισθῇ νῦν ταῖς Ἀρχαῖς, καὶ ταῖς Ἐξουσίαις, ἐν τοῖς ἐπουρανίοις, διὰ τῆς Ἐκκλησίας, ἡ πολυποίκιλος σοφία τοῦ Θεοῦ. Εἰ δὲ καὶ διὰ τῶν κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν τὴν θείαν σοφίαν κατέμαθον ἀκριβέστερον, οὐδὲν ἀπεικὸς ἀγνοεῖν τὰς ἄνω δυνάμεις [94 καὶ τῆς ἀναλήψεως τοῦ Χριστοῦ τὸ μυστήριον] φύσιν ἀνθρωπίνην ὁρώσας, καὶ τὴν ἐν αὐτῇ κεκρυμμένην οὐ θεωμένας [95] θεότητα. Εἰ δὲ τοῦτο μὴ δοίη τις, ἐκ τῶν ἡρμηνευμένων ἐν τῷδε τῷ ψαλμῷ λαβέτω τὴν προκειμένην λύσιν. Καὶ γὰρ ἄνω ἐξ ἐρωτήσεως καὶ ἀποκρίσεως τὴν περὶ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς εἰσήγησιν ἐσχημάτισεν, εἰπών [96]· « Τίς ἀναβήσεται εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ τίς στήσεται ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ; » Οὕτως ἐρωτήσας, ἐπήγαγε τὴν ἀπόκρισιν· « Ἀθῷος χερσὶ, καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, » καὶ τὰ ἑξῆς. Τοιοῦτον κἀνταῦθα ἡγείσθω εἶναι τοῦ λόγου τὸ σχῆμα, καὶ τοὺς ἐρομένους μὴ ἀγνοοῦντας ἔρεσθαι νομιζέτω, ἀλλὰ πάντας ἀνθρώπους τῷδε τῷ κηρύγματι τοῦ ἀνιόντος διδάσκειν τὴν δεσποτείαν. Διό φασιν [97] αἱ ἀποκρινόμεναι δυνάμεις, δόξης αὐτὸν εἶναι βασιλέα, ὡς τὴν παρὰ πάντων κομιζόμενον δόξαν, καὶ τὴν ἀληθῆ καὶ μόνιμον ἔχοντα βασιλείαν. Καλοῦσι δὲ αὐτὸν καὶ « Κύριον κραταιὸν, καὶ δυνατὸν ἐν πολέμῳ. » Κατέλυσε γὰρ τοῦ διαβόλου τὴν πικρὰν τυραννίδα, καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνῳ τελούντων δαιμόνων τὴν ἀπάτην [98] διέλυσεν. Αἰωνίους δὲ *πύλας* ἀνοιγῆναι παρακελεύονται, ὡς μηδέποτε [99] τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων

Vers. 7-10. « Attollite portas vestras, principes, et elevamini, portæ æternæ, et introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio. Attollite portas vestras, principes, et elevamini, portæ æternæ, et introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ. » Nemo autem invisibilium virtutum inscitiam audiens, miretur; nec enim prænoscunt, nec omnia sciunt: sola autem divina natura hanc scientiam habet. Angeli vero et archangeli, aliique virtutum invisibilium cœtus, B sciunt quantum discunt. Et propterea divinus Apostolus de ipsis loquens ait: « Ut innotescat nunc Principatibus, et Potestatibus in cœlestibus per Ecclesiam multiformis sapientia Dei [r]. » Si autem et per ea quæ in Ecclesia gesta sunt, divinam sapientiam accuratius didicerunt, absurdi nihil est cœlestes virtutes ignorare [etiam mysterium assumptionis Christi], humanam naturam videntes, et divinitatem **755** in ipsa latentem minime intuentes. Si quis autem hoc dare noluerit, ab iis quæ in hoc psalmo exposita sunt solutionem accipiat. Etenim superius per dialogum doctrinam de virtute morali formavit, dicens: « Quis ascendet in montem Domini? et quis stabit in loco sancto ejus? » Et interrogationi responsionem subjunxit: C « Innocens manibus, et purus corde, » et reliqua. Talem et hic putet esse sermonis figuram, neque existimet interrogantes ob ignorantiam interrogare: sed omnes homines hoc præconio ascendentis imperium docere. Propterea respondentes virtutes aiunt, ipsum regem gloriæ esse, ut qui ab omnibus delatam gloriam accipit, et verum ac perpetuum regnum habet. Vocant autem ipsum et « Dominum fortem, et in bello potentem. » Acerbam enim diaboli tyrannidem evertit, dæmonumque qui sub illo sunt dolum destruxit. *Æternas* vero *portas* reserari jubent, tanquam naturæ humanæ nunquam antehac patefactas. Nemo enim hominum per illas unquam transivit: sed Deus D Verbum factus homo, cum primitias nostras assumpsisset, sublatus est in cœlos, et sedit ad dexteram majestatis in excelsis, supra omnem princi-

[r] Ephes. III, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

A Vers. 2, 3. « Dixi, Custodiam vias meas, ut non delinquam lingua mea : posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator adversus me. Obmutui et humiliatus sum, et silui a bonis, et dolor meus renovatus est. » Cum Semei magno Davidi, **850** fugienti patricidæ filii tyrannidem, in via occurrisset, et glebis impetebat, et verbis maledicebat, peccatorem et sanguinarium virum vocans. Verum divinus David, sapientissima, ut solebat, agendi ratione usus, non modo ipse ultus non est, verum unum ex ducibus jaculis conficere conantem prohibuit, dicens : « Sinite eum, quoniam maledicit mihi : etenim Dominus dixit illi, ut malediceret Davidi, et quis dicet ipsi, Quare fecisti sic? ut videat Dominus humilitatem meam, et mihi Dominus bona pro ejus maledictis hodie retribuat [*]. » Psalmi ergo istius verba multam convenientiam habent cum historia. Nam ait se magnam curam gessisse linguæ, cum sciret hoc membrum admodum esse labile : et hanc semper munisse veluti quodam muro, præcipue vero quando Semei nulla injuria affectus obstitit. Ipsum enim peccatorem, tanquam injustum nominat. Tunc enim « Obmutui, et humiliatus sum, et silui a bonis. » Hæc autem simillima sunt iis, quæ ab ipso in historia dicta sunt : Sinite ipsum maledictis lacessere, quoniam Dominus præcepit ei, ut malediceret Davidi ; an forsitan Dominus viderit humilitatem **851** meam, ut eripiat me hodie ex manu inimicorum meorum. Sic etiam hic dicit, Surdo similis factus sum, plane nihil audienti, et humiliavi me, lucrum inde exspectans. « Et dolor meus renovatus est. » Ab illo, ait, conviciis affectus, peccati a me ex audacia commissi recordabar, et stimulis a peccato inflictis configebar, reputans hanc esse causam, cur maledictis afficerer, et tyrannide opprimerer, et a regiis domibus exactus, fugere cogerer. Hæc vero etiam multam cum historia cognationem habent. Illud enim, « Præcepit illi Dominus maledicere Davidi, » peccati mentionem complectitur, quoniam propter illud castigatio evenit.

B

C

δ'. « Ἐθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, καὶ ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ. » Τοῦτο ὁ [51] Symmachus

D Vers. 4. « Concaluit cor meum intra me, et in meditatione mea exardescet ignis. » Hoc Sym-

[*] II Reg. xvi, 10-12.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[22] *Mé.* Add. in cod. Alex. [23] *Ἐθέμην — φυλακήν.* Symm. φυλάξω τὸ στόμα μου φίμῳ. [24] *Καὶ — ἀγαθῶν.* Symm. ἐσιωπήθην μὴ ὢν ἐν ἀγαθῷ. [25] *Φεύγοντα*, κ. λ. cod. 3 præm. Καὶ οὕτως νοήσεις καθ' ἱστορίαν. [26] cod. 3 ὑπαπαντήσας. [27] codd. tres August. ἐλοιδορεῖτο. cod. 1, 2 apponunt colon et omittunt τόν. [28] *Θεῖος.* cod. 3 μέγας. [29] codd. tres Aug. αὐτός. [30] cod. 2 κοντίσαι. [31] cod. 3 ἐκώλυσεν. [32] *Διότι καταρᾶταί με.* cod. 1, 2 καταρᾶσθαί με. [33] cod. 1, 2 ἀνταποδώσει. [34] *Κύριος.* Des. in cod. 2. [35] *Ἐν.* codd. 3 Aug. præm. τῆς. [36] *Ἔχει τοῦδε τοῦ.* cod. 3 ἔχει· τοῦτο δὲ τοῦ. [37] codd. tres Aug. ῥητά. [38] *Φησί.* In cod. 3. sequitur post προμήθειαν. [39] *Γλώττης ἐποιήσατο.* cod. 3 γλώσσης ἐποιησάμην. [40] cod. 1 οἱονεί. [41] cod. 3 περιέβαλλον. [42] *Τηνικαῦτα γάρ.* Abest a cod. 2. [43] *Καὶ ἐταπεινώθην.* Des. in cod. 1. [44] *Ὑπ' αὐτοῦ.* In cod. 1 ponitur post εἰρημένοις. [45] *Ἄφετε — ἐχθρῶν μου.* Aliæ sunt hujus loci lectiones, quam supra A 13. [46] cod. 1, 2 καταρᾶσθαι. [47] *Τό.* cod. 3 præm. ἀντὶ τοῦ. [48] *Ἐμοῦ.* cod. 2 ἐκείνου. [49] *Ἦλθον εἰς μνήμην.* cod. 1, 2 εἰς μνήμην ἦλθον. cod. 3 εἰς ἀνάμνησιν ἦλθον. [50] *Ἐντεῦθεν.* cod. 1 ἐκεῖθεν. [51] *Τοῦτο ὁ.* cod. 3 ἡ δέ.

Digitized by Google

machus sic interpretatus est: *Calefactum est cor meum intra me, et dum animo expenderem, comburebar igne.* Revocans in memoriam, inquit, peccatum meum, mœroris igne ardebam.

Vers. 5. « Locutus sum lingua mea, Notum fac mihi, Domine, finem meum: et numerum dierum meorum, quis sit; ut sciam quid desit mihi. » Conviciatori igitur nihil respondi, Domino autem universorum supplicavi, ut notum mihi finem meum faciat, valde mortem desiderans.

Vers. 6. « Ecce mensurabiles posuisti dies meos, et substantia mea tanquam nihilum coram te. » **852** Hoc rursus Symmachus sic expressit: *Ecce dedisti mihi dies, ut palmos, et vita mea ut nihil ante te.* Desidero autem mortem, sciens humanam naturam minime longævam esse. Nostra enim vita ne consistere quidem videtur vitæ tuæ comparata. Tu enim sine principio es, et fine: nostra vero vita mensuratur, ut quibusdam mensuris palmi et cubiti. Per hoc autem demonstravit brevitatem temporis humanæ vitæ. Sic et alibi dicit: « Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesternus, qui præteriit, et custodia in nocte [f]. » Et alibi, cum de cœlis et terra mentionem fecisset: « Ipsi, inquit, peribunt, tu autem permanes, et omnes sicut vestimentum veterascent; et sicut amictum mutabis eos, et mutabuntur: tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient [g]. » — « Verumtamen universa vanitas, omnis homo vivens. » Quare omnis, ait, hominum natura, et divites, et pauperes, vapori similes sunt, qui dissolvitur, et temere ac frustra ædificant, plantant, divitias et facultates congregant.

Vers. 7. « Verumtamen in imagine transit homo, imo frustra conturbatur. Thesauros colligit, et ignorat cui congregaturus sit eos. » Nihil, ait, viventes homines differunt ab iis, qui in pictura expressi sunt: æqualiter enim et horum et illorum natura tempore labitur, et corrumpitur. **853** Verumtamen nihilominus homines contendentes perturbantur, dimicantes, bellum gerentes, negotiantes: et omnis humana vita tempestate et fluctibus referta est, finem habens mortem: cum labore vero multo et sudore opes congerentes, nesciunt futurum hæredem. Hoc vero beatus David his, quæ expertus erat, permotus scripsit. Etenim cum regnum maximum et valde illustre reddidisset per

A Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν [58]· *Ἐξεθερμάνθη ἡ καρδία μου ἐντός μου, ἐν τῷ ἀναπολεῖν [53] με, ἀνεκαιόμην [54] πυρί.* Ἀναμιμνησκόμενος [55], φησί, τῆς ἁμαρτίας μου, τῷ [56] τῆς ἀθυμίας ἐνεπιμπράμην πυρί [57].

ε'. « Ἐλάλησα ἐν γλώσσῃ μου, Γνώρισόν μοι, Κύριε, τὸ πέρας μου· καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν μου, τίς ἐστιν· ἵνα γνῶ τί ὑστερῶ ἐγώ. « Πρὸς μὲν οὖν τὸν λοιδορούμενον ἀπεκρινάμην οὐδὲν, τὸν δὲ τῶν ὅλων ἱκέτευσα Κύριον, δῆλόν μοι ποιῆσαι τῆς ζωῆς μου τὸ τέλος, σφόδρα τῆς τελευτῆς ἐφιέμενος.

ς'. « Ἰδοὺ παλαιστὰς [58] ἔθου τὰς ἡμέρας μου, καὶ ἡ ὑπόστασίς μου [59] ὡσεὶ οὐδὲν ἐνώπιόν σου. » Τοῦτο πάλιν ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν· *Ἰδοὺ ὡς σπιθαμὰς ἔδωκας τὰς ἡμέρας μου, καὶ ἡ* B *βίωσίς μου ὡς οὐδὲν ἀντικρύς σου.* Ἐφίεμαι δὲ τελευτῆς [60], οὐ [61] μακρόβιον τὴν ἀνθρωπείαν ἐπιστάμενος φύσιν. Ἡ γὰρ ἡμετέρα βιοτὴ οὐδὲ [62] συνεστάναι δοκεῖ τῇ σῇ παραβαλλομένη ζωῇ. Σὺ μὲν γὰρ ἄναρχος καὶ ἀπέραντος, ὁ δὲ ἡμέτερος βίος οἷόν τισι [63] σπιθαμαῖς καὶ παλαισταῖς ἐκμετρεῖται. Διὰ τούτου [64] δὲ παρεδήλωσε τὸ ὀλιγοχρόνιον τῆς ἀνθρωπείας ζωῆς. Οὕτω καὶ ἑτέρωθι λέγει· « Ὅτι χίλια [65] ἔτη ὑπὸ [66] ὀφθαλμοῖς σου, Κύριε, ὡς [67] ἡμέρα ἡ ἐχθές [68], ἥτις διῆλθε [69], καὶ φυλακὴ ἐν [70] νυκτί. » Καὶ ἀλλαχοῦ τῶν οὐρανῶν καὶ τῆς γῆς μνημονεύσας, « Αὐτοὶ, φησὶν, ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις, καὶ πάντες ὡς ἱμάτιον παλαιωθήσονται· καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς, καὶ ἀλλαγήσονται· σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσι. » — « Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος C ζῶν [71]. » Ὥστε πᾶσα, φησὶ, τῶν ἀνθρώπων ἡ φύσις, καὶ οἱ πλουτοῦντες, καὶ οἱ πενόμενοι, ἀτμῷ ἐοίκασι διαλυομένῳ, καὶ εἰκῇ καὶ μάτην οἰκοδομοῦσι, φυτεύουσι [72], πλοῦτον καὶ περιουσίαν [73] ἀθροίζουσιν.

ζ'. « Μέντοι γε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος, πλὴν μάτην ταράσσεται· Θησαυρίζει, καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά. » Οὐδὲν, φησὶ [74], τῶν ἐν εἰκόνι γεγραμμένων οἱ ζῶντες διαφέρουσιν ἄνθρωποι· ὁμοίως γὰρ καὶ τούτων κἀκείνων ἡ φύσις ὑπορρεῖ τῷ χρόνῳ καὶ διαφθείρεται. Ἀλλ' ὅμως οὐδὲν ἧττον διαταράττονται [75] φιλονεικοῦντες, διαμαχόμενοι, πολεμοῦντες, ἐμπορευόμενοι· καὶ ζάλης ἅπας ὁ βίος μεστὸς, τέλος ἔχων τὸν θάνατον· σὺν πόνῳ δὲ πολλῷ καὶ ἱδρῶτι τὸν πλοῦτον ἀθροίζοντες, D τὸν ἐσόμενον οὐκ ἴσασι κληρονόμον. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ μακάριος [76] Δαβὶδ καὶ ἐκ τῶν καθ' ἑαυτὸν κινούμενος γέγραφε. Τοῖς γὰρ ἐκ τῶν πολέμων [77] λαφύροις, καὶ τῷ παρὰ τῶν ἀλλοφύλων φερομένῳ δα-

[f] Psal. LXXXIX, 4. [g] Psal. CI, 26, 27.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[58] cod. 3 ἐρμήνευσεν. [53] cod. 1 ἀναλάμποντι. cod. 3 ἀναπολᾷν, quam posteriorem lectionem etiam Montf. in codd. nonnullis invenit, ut in Hexaplis ad h. l. refert. [54] cod. 2 ἂν ἐκαιόμην. [55] *Ἀναμιμνησκόμενος — πυρί.* Des. in cod. 1. [56] *Μου, τῷ.* Des. in cod. 3. [57] *Πυρί.* cod. 3 addit ὑπ' αὐτῆς πυρούμενος τῆς συνειδήσεως. [58] Quidam libri veteres habent παλαιάς, quæ est lectio cod. Vatic. h. l. [59] *Ἡ ὑπόστασίς μου.* Hebr. חלדי cui Symmachi versio satis bene respondet. [60] cod. 1 τελευτῆσαι. [61] *Οὐ.* Abest a cod. 2. [62] cod. 2 οὐδέν. [63] cod. 2 τι. [64] cod. 2 τοῦτο. [65] *Χίλια.* cod. 1, 2 præm. τά. [66] *Ὑπό.* cod. 1, 2 ἐν. [67] cod. 2 ὡσεί. [68] cod. 2 χθές. [69] cod. 2 παρῆλθε. [70] *Ἐν.* cod. 2 præm. ἡ. [71] *Ζῶν.* Abest a cod. 2. [72] *Φυτεύουσι.* cod. 1 addit colon, cod. 2 autem hoc verbum jungit sequenti nomini πλοῦτον, cui comma apponitur. Uterque codex præm. καί. [73] cod. 2 περιουσίας. [74] *Φησί.* Abest a cod. 3. [75] cod. 1 διαπράττονται. [76] *Μακάριος.* cod. 2 θεῖος. [77] cod. 3 πολεμίων.

Digitized by Google

σμῷ, μεγίστην καὶ περιφανῆ λίαν ἀποφήνας τὴν βασιλείαν, ἠγνόει τοῦ παιδὸς τὴν δυσσεβῆ καὶ παράνομον γνώμην. Εἶτα θεασάμενος αὐτὸν ἐγκρατῆ τῶν βασιλειῶν γινόμενον [78], καὶ τὸν ἀποκείμενον σφετερισάμενον πλοῦτον, τὴν θαυμασίαν ἀφῆκε φωνὴν, Πλὴν μάτην ταράσσεται [79], θησαυρίζει [80], καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά.

A spolia ab hostibus reportata, atque tributum, quod ab alienigenis pendebatur, nesciebat impiam et iniquam mentem filii. Deinde cum vidisset ipsum regias sedes occupasse, atque divitias ibi repositas sibi vindicasse, in admirabilem hanc vocem erupit : Verumtamen frustra conturbatur ; thesauros colligit et ignorat cui congregaturus sit eos.

η'. « Καὶ νῦν τίς ὑπομονή [81] μου ; οὐχὶ Κύριος ; καὶ ἡ ὑπόστασίς μου [82] παρὰ σοῦ [83] ἐστιν. » Πᾶσιν ἐκείνοις ἐῤῥῶσθαι φράσας, τὴν παρὰ σοῦ προσμένω βοήθειαν. Τὴν δὲ *ὑπόστασιν* Ἀκύλας *καραδοκίαν* εἴρηκεν · ἀντὶ τοῦ, Σὲ καραδοκῶ περισκοπῶν, τὴν σὴν εὐμένειαν ἀναμένω. Εἶτα τὴν αἰτίαν τῶν ἀλγεινῶν ὑποδείκνυσιν.

Vers. 8. « Et quæ nunc est exspectatio mea ? nonne Dominus ? et substantia mea apud te est. » Cum omnibus illis vale dixerim, a te exspecto opem. *Substantiam* autem Aquila *exspectationem* dixit : quasi dicat, te exspecto circumspiciens ; nimirum tuam benignitatem præstolor. Deinde tristium causam ostendit.

θ'. « Ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν [84] ῥυσαί με. » Καὶ τοῦ [85] Σεμεεὶ πάλιν φέρει τὴν μνήμην · « Ὄνειδος ἄφρονι ἔδωκάς [86] με [87]. » Σφόδρα καὶ τοῦτο τοῖς ἐν τῇ ἱστορίᾳ εἰρημένοις συμβαίνει · « Κύριος εἶπεν αὐτῷ κακολογεῖν τὸν Δαβίδ. » Καὶ τὰ ἐπαγόμενα δὲ ὁμοίως [88] τοῖς εἰρημένοις ἀκόλουθα.

Vers. 9. « Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. » Et Semei rursus mentionem inducit : « Opprobrium insipienti dedisti me. » Valde hoc etiam congruit iis, quæ in historia dicuntur : « Dominus dixit illi, ut malediceret Davidi [h]. » 854 Quæ vero sequuntur, similiter cum his quæ dicta sunt cohærent.

ι'. « Ἐκωφώθην, καὶ οὐκ ἤνοιξα τὸ στόμα μου, ὅτι σὺ ἐποίησας [89]. » Σοῦ γὰρ, φησὶ, συγχωρήσαντος, πεπαρῴνηκεν ἐκεῖνος · καὶ ὁ μὲν ἐῴκει μάστιγι, σὺ δὲ δι' ἐκείνης τὴν παιδείαν ἐπέφερες. Διά τοι τοῦτο σιγῶν ἐδεξάμην τὰς μάστιγας, ἐκεῖνον [90] μὲν παροράν, σὲ δὲ ὁρῶν παιδεύοντα. Προσφυῶς δὲ μάλα καὶ τὰ ἐπαγόμενα τέθεικεν.

Vers. 10. « Obmutui, et non aperui os meum, quoniam fecisti. » * Te enim, inquit, permittente, ille debacchatus est : et ille quidem similis erat flagello, tu vero per illud castigationem inferebas. Propterea silens flagella excepi, illum quidem despiciens, te vero in me animadvertentem perspiciens. Valde autem apposite ea quoque quæ sequuntur posuit.

ια', ιβ'. « Ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ τὰς μάστιγάς σου. Ἀπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος τῆς χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον. » Ἱκετεύω τοίνυν καὶ ἀντιβολῶ σε, Δέσποτα, παῦσον λοιπὸν τὴν παιδείαν · τῷ πλήθει γὰρ τῶν μαστίγων κατηναλώθην. « Ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον, καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχνην [91] τὴν ψυχὴν αὐτοῦ. » Οὐκ εἰκῇ, φησὶ, καὶ μάτην κέχρησαι ταῖς παιδείαις, ἀλλὰ διελέγχων τὰ ἐπταισμένα, καὶ ἰατρικῶς τέμνων, καὶ ἐξάγων τὸν κεκρυμμένον ἰχῶρα · καὶ ταῖς [92] μὲν ἐκ [93] τῆς θεραπείας κατατήκεις ὀδύναις [94], ὑγείαν [95] δὲ πραγματεύῃ τοῖς τεμνομένοις. « Πλὴν μάτην ταράσσεται [96] πᾶς ἄνθρωπος. » Ταῦτα τοίνυν παρ' ἐμαυτῷ λογιζόμενος, εἰς οὐδὲν δέον [97] ὁρῶ τοὺς ἀνθρώπους ὑπὲρ [98] προσκαίρων ταραττομένους πραγμάτων.

Vers. 11, 12. « Amove a me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci. » Supplico igitur, et obsecro te, Domine, cessa deinceps a castigatione : multitudine enim plagarum consumptus sum. « Increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem, et tabescere fecisti sicut aranearn animam ejus. » Non temere, nec frustra, inquit, animadversionibus usus es, sed redarguens errata mea, et medici more secans, atque extrahens occultam saniem : et crucias quidem me doloribus ex curatione inflictis, sed sanitatem his qui secantur procuras. « Verumtamen vane conturbatur omnis homo. » Hæc igitur mecum ipse considerans, video homines nequaquam debere turbari propter res temporaneas.

ιγ', ιδ'. Εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, Κύριε, καὶ τῆς δεήσεώς μου · ἐνώτισαι τῶν δακρύων μου · μὴ παρασιωπήσῃς, ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι [99], καὶ

Vers. 13, 14. « Exaudi orationem meam, Domine, et deprecationem meam : auribus percipe fletum meum : ne sileas, quoniam advena ego sum, et pe-

[h] II Reg. xvi, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[78] cod. 3 γενόμενον. [79] cod. 2 ταράσσονται. [80] *Θησαυρίζει — αὐτά.* Des. in cod. 2. [81] *Ὑπομονή.* codd. tres Aug. præm. ἡ. [82] *Ὑπόστασίς μου.* Hebr. תוחלתי, quod Symm. bene interpretatus est ἡ ἀναμονή μου. Ita quoque fere Aquila, cujus versionem ad h. l. attulit. [83] *Σοῦ.* Rec. lectio est σοί, quam etiam tres codd. Aug. tuentur. [84] *Ἀνομιῶν.* cod. 1, 2 addunt μου, ut in vers. τῶν Ο' leg. [85] *Τοῦ.* cod. 2 præm. τοῦτο. [86] *Ἔδωκάς με.* Hebr. אל־תשימני, quæ Aquila rectius expr. μὴ θῇς με. Symm. μὴ τάξῃς με. [87] *Μέ.* cod. 2 mοί. cod. 1 habet quidem με, ascripta tamen lectione μοί. [88] *Ὁμοίως.* Abest a cod. 2. [89] *Ἐποίησας.* Videtur supplendum esse με, secundum codicis Alex. lectionem. Codex Vatic. habet ὅτι σὺ εἶ ὁ ποιήσας με. [90] cod. 2 ἐκείνου. [91] *Ὡς ἀράχνην.* Hebr. כעש *instar tineæ.* [92] cod. 1, 2 τάς. [93] *Ἐκ.* Abest a cod. 1, 2. [94] cod. 1, 2 ὀδύνας. [95] cod. 1, 2 ὑγείαν. [96] *Ταράσσεται.* Abest a cod. 1, 2. [97] *Δέον.* Abest a cod. 2. [98] *Ὑπέρ.* cod. 1 addit τῶν. [99] *Εἰμι.* cod. Vatic. addit ἐν τῇ γῇ, Alex. παρὰ σοί. Utrumque conjungitur in quibusdam libris veteribus.

Digitized by Google

regrinus sicut omnes patres mei. Remissionem indulge mihi, ut recreem **855** me priusquam abeam et amplius non ero. » Tibi, Domine, inquit, supplico, exaudi me obsecrantem, et cum lacrymis deprecantem. Non enim inhabito terram ut propriam, sed tanquam peregrinus incolo, et sicut omnes patres mei, postquam parum temporis vixero, mortem obibo. Breves itaque inducias indulge, ut paucos dies sine doloribus vita fruar, priusquam e vita avolem. Egressus enim non revertar. Hoc enim dixit, *amplius non ero*, hoc est, in hanc corruptam vitam non revertar. Cæterum æquum est magnum Davidem admirari, qui cum esset in regno, et copiis, atque potentia, seipsum advenam et peregrinum nominat, et felicitati confidere minime vult. Nam revera hæc verba cum sapientia dicta sunt, quæ rerum naturam scit, et hac de causa præsentem felicitatem despicit.

παρεπίδημος, καθὼς πάντες οἱ πατέρες μου. Ἄνες μοι, ἵνα ἀποψύξω πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ὑπάρξω. » Ἱκετεύω σε [1], φησὶ, Δέσποτα, εἰσάκουσον ποτνιωμένου καὶ μετὰ δακρύων ἀντιβολοῦντος [2]. Οὐδὲ γὰρ κατοικῶ τὴν γῆν [3], ἀλλὰ παροικῶ, καὶ τοῖς πατράσι παραπλησίως, ὀλίγον βιώσας χρόνον, τὸν θάνατον δέξομαι. Μικρᾶς τοίνυν ἀνακωχῆς μοι μετάδος, ἵνα ὀλίγας γοῦν ἡμέρας δίχα ὀδύνης βιώσω, πρὶν τόνδε τὸν βίον ὑπεξελθεῖν. Ἐξελθὼν γὰρ οὐκ ἀναστρέψω [4]. Τοῦτο [5] γὰρ εἶπεν, *οὐκέτι οὐ μὴ ὑπάρξω*, τουτέστι, πρὸς τὸν φθαρτὸν τοῦτον οὐκ ἀναστρέψω βίον. Θαυμάσαι δὲ ἄξιον, τὸν μέγαν Δαβὶδ ἐν βασιλείᾳ, καὶ πλούτῳ, καὶ δυναστείᾳ [6], πάροικον ἑαυτὸν ἀποκαλοῦντα καὶ παρεπίδημον, καὶ τῇ εὐκληρίᾳ θαρρῆσαι μὴ ἀνασχόμενον. Τῷ ὄντι γὰρ σοφίας μεστὰ τὰ ῥήματα [7], καὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων ἐπισταμένης, καὶ τούτου χάριν τῆς παρούσης εὐημερίας καταφρονούσης.

* INTERP. PSALMI XXXIX.

Vers. 1. « In finem, psalmus Davidi. » Quidam de beato Jeremia hunc psalmum interpretati sunt, alii de admirabili Daniele, quoniam hic et ille in lacum conjectus fuit, exordium autem psalmi lacus mentionem facit. Hoc unum itaque verbum attendentes, in illum sensum delati sunt. Porro aliqui captivis Babylonem habitantibus psalmum quadrare dixerunt. Ego autem secundum figuram de illis quidem, quæ ipsi Davidi acciderunt, hunc conscriptum esse opinor, referri vero etiam ad omnem hominum naturam, quæ spem **856** resurgendi a Deo Salvatore nostro accepit. In hanc vero sententiam divinus Paulus nos ducit, qui in Epistola ad Hebræos, aliquorum ex iis quæ hic dicuntur meminit.

Vers. 2, 3. « Exspectans exspectavi Dominum, et attendit ad me. Et exaudivit preces meas, et eduxit me e lacu miseriæ, et e luto fæcis. » Congruunt hæc etiam beato Davidi, et consona sunt præcedenti psalmo. Nam in illo quidem dixit : « Exaudi, Domine, orationem meam, et deprecationem meam : auribus percipe fletum meum : ne sileas, remissionem indulge mihi ut recreem me priusquam abeam, et amplius non ero. » Et paulo superius ait : « Et quæ nunc est exspectatio mea ? nonne Dominus ? et substantia mea apud te est. » Hic vero, tanquam deprecatione admissa, et petitione concessa, dicit : « Exspectans exspectavi Dominum et attendit ad me. » Cum enim peccatum aversatus esset, benevolam faciem mihi ostendit, et preces meas exaudivit. Et quid fecit, cum exaudisset ? « Eduxit me e lacu miseriæ, et e luto fæcis. » Sic autem sacræ Litteræ maxima discrimina nun-

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΛΘ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς τὸ τέλος, τῷ Δαβὶδ ψαλμός. » Τινὲς εἰς τὸν μακάριον [8] Ἱερεμίαν τοῦτον ἔλαβον τὸν ψαλμὸν, τινὲς εἰς τὸν θαυμάσιον Δανιήλ· ἐπειδὴ κἀκεῖνος καὶ οὗτος εἰς λάκκον ἐβλήθησαν, μέμνηται δὲ λάκκου τοῦ ψαλμοῦ τὸ προοίμιον· καὶ τῷ ἑνὶ προσεσχηκότες ῥητῷ, εἰς ἐκείνην ἐτράποντο τὴν διάνοιαν. Τινὲς δὲ τοῖς οἰκήσασι τὴν Βαβυλῶνα δορυαλώτοις ἁρμόττειν ἔφασαν τὸν ψαλμόν. Ἐγὼ δὲ τυπικῶς μὲν εἰς τὰ συμβεβηκότα τῷ Δαβὶδ τοῦτον [9] συγγεγράφθαι νομίζω· ἀναφέρεσθαι δὲ καὶ εἰς ἅπασαν [10] τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, ὑπὸ τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν τὰς τῆς ἀναστάσεως δεξαμένην ἐλπίδας. Εἰς δὲ ταύτην ἡμᾶς ποδηγεῖ τὴν διάνοιαν ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολῇ ῥητῶν ἐνίων μνησθείς [11].

β', γ'. « Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι. Καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου, καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος. » Ἁρμόττει δὲ καὶ τῷ μακαρίῳ [12] Δαβὶδ τὰ ῥήματα· σύμφωνα γάρ ἐστι τῷ προτεταγμένῳ ψαλμῷ. Ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἔλεγεν· « Εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, Κύριε, καὶ [13] τῆς δεήσεώς μου· ἐνώτισαι τῶν δακρύων μου· μὴ παρασιωπήσῃς, καὶ ἄνες μοι ἵνα ἀναψύξω [14] πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι οὐ μὴ ὑπάρξω. » Καὶ ἀνωτέρω δὲ ἔφη· « Καὶ νῦν τίς ἡ ὑπομονή μου; οὐχὶ Κύριος; καὶ ἡ ὑπόστασίς μου παρὰ σοῦ ἐστιν. » Ἐνταῦθα δὲ, ὡς τῆς ἱκετείας δεχθείσης, καὶ τῆς αἰτήσεως δοθείσης, « Ὑπομένων, φησὶν, ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι. » Ἀπεστραμμένος γὰρ τὴν [15] ἁμαρτίαν, εὐμενές μοι πρόσωπον ἔδειξε [16], καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου. Καί τι πεποίηκεν εἰσακούσας; « Καὶ [17] ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος. »

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[1] *Σέ*. Abest a cod. 2. [2] *Ἀντιβολοῦντος*. cod. 1 παρακαλοῦντος. [3] *Τὴν γῆν*. cod. 2 ἐνταῦθα. [4] *Ἀναστρέψω*. cod. 2 addit βιοῦν. [5] *Τοῦτο — βίον*. Des. in cod. 2. [6] *Δυναστείᾳ*. cod. 2 addit ὄντα. [7] *Τά*. Abest a cod. 1. [8] *Μακάριον*. cod. 2 μέγαν. [9] cod. 2 τοῦτο. [10] *Ἅπασαν*. cod. 1, 2 ἁπάντων. [11] *Εἰς — μνησθείς*. Des. apud Cord. p. 734. [12] *Μακαρίῳ*. cod. 2 θείῳ. [13] *Καὶ — ἀναψύξω*. Des. in cod. 1. [14] *Τὴν*. Præstat lectio cod. 2 διὰ τὴν ἐμήν. [15] cod. 1 ἔδειξας. [16] *Καί*. Abest a cod. 2.

Digitized by Google

Οὕτω δὲ τοὺς μεγίστους κινδύνους σύνηθες ὀνομάζειν [17] τῇ θείᾳ Γραφῇ, καθὰ καὶ ἤδη προειρήκαμεν. Τῶν δὲ κινδύνων ἀπαλλάξας, τί σοι πάλιν κεχάρισται; « Καὶ [18] ἔστησεν ἐπὶ πέτραν τοὺς πόδας μου. » Οὐ γὰρ εἴασέ με κλονεῖσθαι καὶ περιφέρεσθαι, ἀλλ' ἑδραίαν μοι τὴν στάσιν εἰργάσατο. « Ἐπὶ [19] ταύτῃ γὰρ, φησὶ, πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » — « Καὶ κατεύθυνε τὰ διαβήματά μου. » Ἀκωλύτως με [20] τρέχειν εἰς τὴν τῆς δικαιοσύνης ὁδὸν παρεσκεύασε. Τῆς [21] γὰρ πλάνης ἐλευθερώσας, τὴν εὐθεῖαν ὑπέδειξε τῆς ἀληθείας ὁδόν.

A cupare solent, sicut superius diximus. Cum autem a periculis te liberasset, quid tibi rursus largitus est? « Et statuit super petram pedes meos. » Non enim me moveri et circumferri permisit, sed fecit ut mihi stabilis esset et firma statio. « Super hanc enim, ait, petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferni non prævalebunt adversus **857** eam [1]. » — « Et direxit gressus meos. » Effecit ut absque ullo impedimento currerem in via ' justitiæ. Cum enim ab errore me liberasset, rectam veritatis viam ostendit.

δ'. « Καὶ ἐνέβαλεν εἰς τὸ στόμα μου ᾆσμα καινὸν, ὕμνον τῷ Θεῷ ἡμῶν. » Ἀντὶ [22] γὰρ τῆς δυσσεβοῦς τῶν εἰδώλων λατρείας τὸν ὄντα Θεὸν ἐδιδάχθην ὑμνεῖν, καὶ προσφέρειν ᾆσμα, οὐ παλαιὸν, ἀλλὰ καινὸν, καὶ ταῖς καιναῖς εὐεργεσίαις συμβαῖνον. Οὐκέτι γὰρ θρηνῳδῶν ἱκετεύω, ἀλλ' ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις ὑμνῶ. Ταῦτα μὲν οὖν [23], ὡς ἔφην [24], τυπικῶς ἁρμόττει τοῖς τοῦ Δαβὶδ [25] παθήμασι, καὶ ταῖς εἰς αὐτὸν γεγενημέναις εὐεργεσίαις. Ἁρμόττει δὲ διαφερόντως τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων, εἰς αὐτὸν κατενεχθείσῃ τὸν τῆς ἁμαρτίας πυθμένα, καὶ τῷ θανάτῳ παραπεμφθείσῃ, καὶ διὰ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρωπήσεως ἀνιμηθείσῃ, καὶ δεξαμένῃ τῆς ἀναστάσεως τὰς ἐλπίδας, λέγειν [26], « Ὑπομένων ὑπέμεινα τὸν Κύριον, καὶ προσέσχε μοι. Καὶ εἰσήκουσέ μου [27], καὶ ἀνήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας [28]. » *Λάκκος* δὲ [29] *ταλαιπωρίας* εἰκότως ὁ θάνατος ἐκλήθη, φθορᾶς ὑπάρχων μεστός· *πηλὸς* δὲ *λίνος* [30], ἡ ἁμαρτία, ὡς [31] δυσοσμίαν ἀφιεῖσα [32] πολλὴν, καὶ τὸν εὐθυτενῆ [33] τῶν ἀνθρώπων ἐπέχουσα δρόμον [34]. « Ὄψονται πολλοὶ, καὶ φοβηθήσονται, καὶ ἐλπιοῦσιν ἐπὶ Κύριον. » Ἐπειδὴ εἰς [35] τῶν τῆς σωτηρίας ἀπολελαυκότων τὸ πρόσωπον ταῦτα διέξεισιν, εἰκότως ὁ Προφήτης ἔφη, ὅτι [36] οἱ [37] μηδέτω γεγευσμένοι τῶν ἀγαθῶν, θεωροῦντες [38] καὶ φοβηθήσονται, ὡς ἤδη μὴ προσεληλυθότες, καὶ τῇ ἐλπίδι [39] κρατυνθέντες, τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ τεύξονται σωτηρίας.

Vers. 4. « Et immisit in os meum canticum novum, carmen Deo nostro. » Nam pro impio idolorum cultu, verum Deum celebrare doctus sum, et B canticum non vetus, sed novum offerre, novis beneficiis accommodatum. Non enim amplius lamentando precor, sed propter accepta beneficia cano. Hæc igitur, ut dixi, per figuram conveniunt calamitatibus Davidis, et iis quæ in ipsum collata sunt beneficiis; in primis autem naturæ quoque humanæ apta sunt, quæ in ipsum peccati profundum dejecta et morti tradita, per Salvatorem nostrum cum homo factus sit, educta est, et accepta spe resurrectionis dicit: « Exspectans exspectavi Dominum et attendit mihi. Et exaudivit me, et eduxit me e lacu miseriæ. » *Lacus* vero *miseriæ* merito dicta est mors, ut quæ interitu plena sit: *lutum* vero *fœcis* peccatum, ut quod plurimum tetri odoris emittit, et rectum hominum cursum C cohibet. « Videbunt multi, **858** et timebunt, et sperabunt in Domino. » Quia autem in persona eorum, qui salutem nacti sunt, hæc disserit, merito ait Propheta, eos qui nondum bona gustaverunt, visuros esse, et formidaturos, ut qui hactenus non accesserint, et postea spe corroborati, a Deo salutem consequentur.

ε'. « Μακάριος ἀνὴρ, οὗ ἐστι τὸ ὄνομα Κυρίου ἐλπὶς αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐπέβλεψεν εἰς ματαιότητας [40] καὶ μανίας ψευδεῖς. » Τῶν ματαιοτήτων τούτων ἐμνημόνευσεν ὁ Προφήτης, καὶ ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ· « Πλὴν τὰ σύμπαντα ματαιότης, πᾶς ἄνθρωπος ζῶν. » Καὶ πάλιν, « Πλὴν μάτην ταράσσε-

Vers. 5. « Beatus vir, cujus spes est nomen Domini, et non respexit ad vanitates, et insanias falsas. » Harum vanitatum Propheta mentionem fecit etiam in præcedente psalmo, dicens: « Verumtamen universa vanitas omnis homo vivens. » Et D rursus: « Verumtamen vane conturbatur. » Et hic

[1] Matth. xvi, 18.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[17] *Σύνηθες ὀνομάζειν.* cod. 1, 2, ὀνομάζειν ἔθος. [18] *Καὶ.* Abest a cod. 1. [19] *Ἐπὶ — αὐτῆς.* Des. in cod. 1, 2. [20] *Μέ.* cod. 2 μοί. [21] *Τῆς — ὁδόν.* Hæc alium locum occupant in cod. 1. [22] *Ἀντὶ — συμβαῖνον.* Hæc transposita sunt in cod. 1 et 3. [23] *Οὖν.* Abest a cod. 1. [24] *Ὡς ἔφην.* Abest a cod. 3. [25] cod. 1, 2 τοῖς τοῦ Δαβὶδ ἁρμόττει. [26] *Λέγειν — ταλαιπωρίας.* Des. in cod. 3 et apud Cord. p. 744. [27] *Καὶ εἰσήκουσέ μου.* Abest a cod. 1, sed cod. 2 habet καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου. [28] *Ταλαιπωρίας.* cod. 1, 2 addunt καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος. [29] *Δέ.* codd. tres Aug. et Cord. l. c. μὲν γάρ. [30] *Ἰλύος.* cod. 2 et 3 ὕλεως. [31] *Ὡς.* Abest a cod. 1. [32] cod. 3 ἀναφιεῖσα. [33] Prior lectio erat εὐθυγενῆ. cod. 2 εὐγενῆ. [34] *Δρόμον.* In cod. 2 sequuntur quæ in superioribus præcedunt, καὶ ἔστησεν — πόδας μου, cum Commentario isto, ἐπὶ ταύτῃ — κατισχ. αὐτῆς. Hæc excipiunt, καὶ κατεύθυνε τὰ διαβ. μου, addito Commentario τῆς γὰρ πλάνης — ἀληθ. ὁδόν. Deinde repetuntur verba vers. 4 additis iis quæ suo loco desid. Ἀντὶ — συμβαῖνον, ubi tamen leg. ἐδιδάχθη. Eadem fere verborum series observatur in cod. 3. In illo tamen post verba ista Ἀντὶ — συμβαῖνον sequuntur hæc, καὶ οἱ μηδέπω — τεύξονται, quæ in Sirm. edit. sunt ultima ad vers. 4. Hunc ordinem tenuit etiam codex quo usus est Cord. quem vide p. 744. [35] *Εἰς.* Abest a cod. 1, 2. [36] *Ὅτι.* cod. 3 καί. [37] *Οἱ.* Abest a cod. 2. [38] *Θεωροῦντες.* codd. tres Aug. θαῤῥοῦντες. [39] cod. 2 τὴν ἐλπίδα. [40] cod. 2 ματαιότητα.

Digitized by Google

igitur eum judicat beatum, qui præsentia quidem despicit, divinam vero spem omnibus præponit.

VERS. 6. « Multa fecisti tu, Domine Deus mi, mirabilia tua, et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annuntiavi, et locutus sum, multiplicati sunt super numerum. » Miracula, inquit, quæ per tuam potentiam facta sunt, numerum et narrationem omnem superant. Non enim est qui facere possit similia tibi, quandoquidem opera tua maxima et perpulchra sunt : vincunt autem humanas laudes ea, quæ singulis temporibus a tua **859** providentia dispensata fuere, quæ in Ægypto, quæ in deserto, quæ tempore Mosis, Josuæ, Samuelis, et quæ his antiquiora ; quæ acciderunt Abrahamo, Isaaco, Jacobo et Josepho, qui regnum per servitutem obtinuit, et alia, ne singula percurram. Verum quod nunc factum est, omnibus his est admirabilius. Non enim unius hominis, vel unius gentis, sed omnium gentium salutem procuras, et legis cultum cessare faciens, ad Judæorum imbecillitatem accommodatum, novam gratiam dedisti, quæ rationalem cultum præscribit.

VERS. 7, 8. « Sacrificium et oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi. Holocausta, et sacrificia pro peccato non postulasti. Tunc dixi, Ecce venio. » His Apostoli admonitio concinit : « Obsecro vos, fratres, per misericordiam Dei, ut exhibeatis corpora vestra hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, rationalem cultum vestrum ! » Nam pro legalibus sacrificiis Dominus imperavit, ut nostra membra consecremus. Hanc autem, ait, tuam gratiam perspiciens, meipsum tibi obtuli, dicens : Ecce adsum. Hanc igitur vocem beatus Paulus de Christo Domino **860** adhibuit [k], idque satis bene. Nostræ enim naturæ habuit primitias et illi omnium primo nostra dicere convenit, et in seipso prius adumbrare ea, quæ a nobis fieri decet. Eodem modo ipse primus ad baptisma accessit, nobis tacite ostendens baptismatis gratiam : eodem modo pedes discipulorum lavit, humilitatis exemplar nobis proponens. Propterea Joanni dicit : « Permitte modo, sic enim decet nos implere omnem justitiam [l]. » Congruit igitur illi et nostra dicere, ut capiti corporis, ut primogenito mul-

τται [41] Κάνταῦθα τοίνυν μακαρίζει τὸν τῶν μὲν παρόντων καταφρονήσαντα, τὴν ἐλπίδα δὲ τὴν θείαν ἀντὶ πάντων κτησάμενον.

ϛ'. « Πολλὰ ἐποίησας σὺ, Κύριε ὁ Θεός μου, τὰ θαυμάσιά σου, καὶ τοῖς διαλογισμοῖς σου οὐκ ἔστι τις ὁμοιωθήσεταί σοι. Ἀπήγγειλα καὶ ἐλάλησα, ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ ἀριθμόν. » Νικᾷ, φησὶν, ἀριθμὸν καὶ πᾶσαν διήγησιν τὰ ὑπὸ τῆς σῆς δυνάμεως γενόμενα [42] θαύματα. Οὐ γάρ ἐστιν ὁ τὰ ὁμοιά σοι δράσαι δυνάμενος· μέγιστα μὲν [43] γὰρ καὶ περικαλλῆ σου τὰ ποιήματα· νικᾷ δὲ τοὺς ἀνθρωπίνους ἐπαίνους τὰ καθ' ἕκαστον καιρὸν ὑπὸ τῆς [44] σῆς [45] προμηθείας οἰκονομούμενα, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ, τὰ ἐν τῇ ἐρήμῳ, τὰ ἐπὶ [46] Μωσοῦ [47], τὰ ἐπὶ Ἰησοῦ [48], τὰ ἐπὶ Σαμουὴλ, καὶ τὰ τούτων πρεσβύτερα, τὰ κατὰ τὸν Ἀβραὰμ, τὰ [49] κατὰ τὸν Ἰσαὰκ, τὰ κατὰ τὸν Ἰακὼβ, ἡ διὰ δουλείας τοῦ Ἰωσὴφ βασιλεία, καὶ τὰ ἄλλα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον διεξέρχωμαι. Ἀλλὰ τὸ νῦν γεγενημένον τούτων ἁπάντων θαυμασιώτερον. Οὐδὲ [50] γὰρ ἑνὸς ἀνδρὸς, ἢ [51] ἑνὸς ἔθνους, ἀλλὰ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων πραγματεύῃ τὴν σωτηρίαν, καὶ, τὴν νομικὴν λατρείαν καταπαύσας, τῇ [52] τῶν Ἰουδαίων ἀσθενείᾳ συμβαίνουσαν, τὴν καινὴν ἔδωκας χάριν, τὴν λογικὴν [53] λατρείαν νομοθετοῦσαν [54].

ζ', η'. « Θυσίαν καὶ [55] προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, σῶμα [56] δὲ κατηρτίσω μοι. Ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐζήτησας. Τότε εἶπον, Ἰδοὺ ἥκω. » Τούτοις ἡ ἀποστολικὴ συνᾴδει παραίνεσις· « Παρακαλῶ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, διὰ τῶν οἰκτιρμῶν τοῦ Θεοῦ, παραστῆσαι τὰ σώματα ὑμῶν θυσίαν ζῶσαν, ἁγίαν, εὐάρεστον τῷ Θεῷ, τὴν λογικὴν λατρείαν [57]. Ἀντὶ γὰρ τῶν νομικῶν ἱερείων τὰ ἡμέτερα μέλη καθιεροῦν ὁ Δεσπότης προσέταξε. Ταύτην [58] δέ τον, φησὶ [59], τὴν χάριν ἰδὼν, ἐμαυτόν σοι προσήγαγον, λέγων, Ἰδοὺ πάρειμι. Ταύτην μέντοι τὴν φωνὴν ὁ μακάριος [60] λαμβάνει Παῦλος εἰς τὸν Δεσπότην Χριστὸν, καὶ μάλα εἰκότως. Τῆς γὰρ ἡμετέρας φύσεώς ἐστιν ἀπαρχὴ, καὶ πρώτῳ πρέπει [61] τὰ ἡμέτερα λέγειν, καὶ ἐν αὐτῷ προτυποῦν ἃ παρ' ἡμῶν προσήκει γενέσθαι. Οὕτω πρῶτος τῷ βαπτίσματι προσελήλυθεν, ἡμῖν ὑποδεικνὺς τὴν τοῦ βαπτίσματος χάριν· οὕτως ἔνιψε τοὺς πόδας τῶν μαθητῶν, ταπεινοφροσύνης ἡμῖν ἀρχέτυπον προτιθείς. Διὰ τοῦτο πρὸς τὸν Ἰωάννην ἔφη· « Ἄφες ἄρτι, οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. » Ἁρμόττει τοίνυν αὐτῷ καὶ τὰ ἡμέτερα λέγειν, ὡς

j Rom. xii, 1. k Hebr. x, 5-9. l Matth. iii, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[41] cod. 2 ταράσσονται. [42] cod. 1 γεγενημένα. [43] *Μέν*. Abest a cod. 2. [44] *Ὑπὸ τῆς*, κ. λ. In cod. 3 nonnulla præcedunt, quæ tamen Nostro vindicare dubitamus, tum quia cum illis quæ h. l. præmissa sunt, non cohærent, tum quia simul Cyrilli nomen ascriptum habent. [45] *Σῆς*. cod. 3. αὐτοῦ. [46] *Τὰ ἐπὶ Μωσοῦ*. Des. in cod. 3. [47] cod. 1 Μωϋσοῦ. cod. 2 Μωϋσέως. [48] *Ἰησοῦ*. cod. 1 addit τοῦ Ναυῆ. [49] *Τὰ — καὶ τὰ ἄλλα*. cod. 3 καὶ τοὺς ἐξ αὐτοῦ πατριάρχας. [50] *Οὐδέ*. cod. 3 οὐ. [51] *Ἢ*. cod. 3 οὐδέ. [52] *Τῇ — συμβαίνουσαν*. des. in cod. 2. Pro τῇ τῶν cod. 1 habet τὴν τῇ. [53] *Λογικήν*. cod. 1 νομικήν. [54] *Νομοθετοῦσαν*. Multa etiam h. l. in cod. 3 sequuntur, de quibus tamen ex argumentis jam adductis dubitamus, an ad Nostrum pertineant. [55] *Καὶ*. cod. 1, 2 præm. γὰρ ἔφη. [56] *Σῶμα*. Hebr. אזנים. Sicque reliqui interpr. Græci habent *ὠτία*, unde culpa librariorum ortum esse videtur σῶμα. Vid. Lamb. Bos Animadv. crit. ad h. l. [57] *Λατρείαν*. cod. 3 addit ὑμῶν. [58] *Ταύτην — σάρκα*. Des. in cod. 3. [59] *Φησί*. In cod. 2 ponitur post χάριν. [60] *Μακάριος*. cod. 2 Θεῖος. [61] *Πρέπει*. Abest a cod. 1.

Digitized by Google

κεφαλῇ σώματος, ὡς πολλῶν ἀδελφῶν πρωτοτόκῳ κατὰ τὴν σάρκα. « Ἐν κεφαλίδι βιβλίου γέγραπται περὶ ἐμοῦ. » Ἄνωθεν [63], φησὶν, ἐν ταῖς προφητικαῖς βίβλοις ταῦτα περὶ ἐμοῦ προηγόρευται. *Τὴν* [64] *κεφαλίδα, εἴλημα* εἰρήκασιν Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος [65]· οὕτω δὲ τὰς θείας Γραφὰς μέχρι καὶ τήμερον Ἰουδαῖοι κατασκευάζειν εἰώθασι.

θ'. « Τοῦ ποιῆσαι τὸ θέλημά σου, ὁ Θεός μου, ἠβουλήθην [66]· καὶ τὸν νόμον σου ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας [66] μου. » Προσελθών σοι, φησὶ, πᾶσαν ἔχω σπουδὴν τὰς σὰς πληροῦν ἐντολὰς, καὶ κατὰ τὸν σὸν πολιτεύεσθαι θέλημα. Τὸ δὲ, *ἐν μέσῳ τῆς κοιλίας μου*, ἐκ μεταφορᾶς εἴρηκε τῶν εὖ περί τινα διακειμένων, καὶ ἔνδον ἐφιεμένων [67] ἐμβαλεῖν τὸν ποθούμενον. Ταῦτα δὲ οὔτε τῷ Ἱερεμίᾳ, οὔτε τῷ Δανιὴλ, οὔτε [68] τῷ μακαρίῳ [69] ἁρμόττει Δαβίδ. Τοῦ νόμου γὰρ κρατοῦντος, ὁλοκαυτώματα καὶ θυσίαι προσεφέροντο τῷ Θεῷ. Ὁ δὲ προφητικὸς λόγος, ἐκβαλὼν πάντα τὰ τοιαῦτα, τὴν λογικὴν θυσίαν ὑπέδειξεν. Οὗ δὴ χάριν, τυπικῶς ἔφην ἁρμόττειν τῷ Δαβὶδ τὸν ψαλμόν· ἐπειδὴ κἀκεῖνος προφητικῶς προεώρα τὰ μέλλοντα, καὶ κατ' ἐκεῖνα ζῆν ἐπεθύμει· ἀληθῶς δὲ τοῖς τῆς σωτηρίας ἀξιωθεῖσιν ἔθνεσι, καὶ τῆς πλάνης ἀπαλλαγεῖσιν.

ι', ια'. « Εὐηγγελισάμην δικαιοσύνην ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, ἰδοὺ τὰ χείλη μου οὐ μὴ κωλύσω· Κύριε, σὺ ἔγνως. Τὴν δικαιοσύνην σου [70] οὐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μου, τὴν ἀλήθειάν σου καὶ τὸ σωτήριόν σου εἶπα. Οὐκ ἔκρυψα τὸ ἔλεός σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς. » Καὶ ὁ μακάριος [71] Δαβὶδ ὑπισχνεῖται ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ, τῇ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὑπὸ τῆς θείας χάριτος συλλεγείσῃ, τὴν τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνην κηρύττειν, καὶ τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἀξιάγαστον σωτηρίαν, καὶ τὸν ἀμέτρητον ἔλεον· καὶ αὐτὴ ἡ σεσωσμένη [72] φύσις ταύτην ὑπὲρ τῆς σωτηρίας ὑπισχνεῖται τὴν ἀντίδοσιν δώσειν [73], τὸ συντρέχειν εἰς ἐκκλησίαν, καὶ τὰ χείλη κινεῖν εἰς ὑμνῳδίαν, καὶ τοῦ Θεοῦ τὴν δικαίαν κρίσιν ἀνακηρύττειν, καὶ τὴν ἄῤῥητον διεξιέναι κηδεμονίαν, καὶ τῶν προφητικῶν ὑποσχέσεων ὑποδεικνῦναι τὸ ἀληθές. Τὸ δὲ, « ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς, » ὁ Σύμμαχος *ἐν πληθύι*, ὁ δὲ Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων, *ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ* τεθείκασιν· ὡς εἶναι δῆλον, ὅτι περὶ τῆς αὐτῆς εἴρηκεν ἐκκλησίας.

ιβ'. « Σὺ δὲ, Κύριε, μὴ μακρύνῃς τοὺς οἰκτιρμούς σου ἀπ' ἐμοῦ· τὸ ἔλεός σου, καὶ ἡ ἀλήθειά σου διὰ παντὸς ἀντελάβοντό μου [74]. » Καὶ τυχοῦσα τῆς σωτηρίας ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, δεῖται πάλιν τῆς αὐτῆς προμηθείας, διὰ τὰς παντοδαπὰς τῶν ἀνθρώπων καὶ δαιμόνων ἐπαναστάσεις, ὧν ἐν τοῖς ἑξῆς τὴν μνήμην πεποίηται.

torum fratrum secundum carnem. « In capite libri scriptum est de me. » Olim, inquit, in libris propheticis hæc de me prædicta sunt. *In capite* Aquila et Symmachus *in involucro libri* dixerunt : sic autem Scripturas divinas usque in hodiernum diem Judæi concinnare solent.

Vers. 9. « Ut facerem voluntatem tuam, Deus mi, volui, et legem tuam, in medio ventris mei. » Postquam accessi ad te, ait, omne studium adhibeo, ut tua præcepta impleam, et ut secundum tuam voluntatem vivam. Hoc autem, *in medio ventris mei*, dixit per metaphoram sumptam ab illis, qui aliquem amore prosequuntur, et desiderant illum quasi in sua viscera conjicere. Porro hæc nec Jeremiæ, nec Danieli, nec beato Davidi congruunt. Durante enim lege, holocausta et sacrificia offerebantur Deo. Propheticus vero sermo, omnibus his **861** ejectis, rationale sacrificium ostendit. Idcirco per figuram dixi psalmum Davidi congruere, quoniam ille ex prophetiæ dono futura prævidebat, et secundum illa vivere desiderabat. Vere autem hæc gentibus, quæ salute donatæ sunt, et ab errore liberatæ fuerunt, conveniunt.

Vers. 10, 11. « Annuntiavi justitiam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine, tu scis. Justitiam tuam non abscondi in corde meo : veritatem tuam et salutem tuam dixi. Non abscondi misericordiam tuam, et veritatem tuam a cœtu multo. » Beatus David promittit se in Ecclesia magna per totum orbem terrarum per divinam gratiam collecta Dei justitiam prædicaturum esse, et prophetiæ veritatem, atque salutem admiratione dignam, immensamque misericordiam : et ipsa natura servata hanc pro salute remunerationem se daturam esse spondet, nimirum in ecclesiam confluere, et labia in hymnorum cantilenam movere, atque justum Dei judicium celebrare, inexplicabilemque Dei providentiam enarrare, et propheticarum promissionum veritatem ostendere. Hoc autem, « a cœtu multo, » Symmachus, *in multitudine*, Aquila vero et Theodotion, *In ecclesia magna* posuerunt, ut de eadem ecclesia illum dixisse manifestum sit.

Vers. 12. « Tu autem, Domine, ne longe removeas miserationes tuas a me; misericordia tua, et veritas tua semper susceperunt me. » Dei Ecclesia, salutem licet consecuta, eadem providentia indiget ob varios hominum dæmonumque **862** insultus, quorum in sequentibus mentionem fecit.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[63] *Ἄνωθεν — προηγόρευται.* Des. in cod. 3. [64] *Τὴν — εἰρήκασιν.* cod. 5 κεφαλίδα φασὶν εἴλημα. [65] *Σύμμαχος.* Aliam ejus interpretationem dedit Montf. in Hexaplis ad h. l. [66] cod. 1, 2 ἐβουλήθην. [66] *Κοιλίας.* Rec. lectio τῶν Ο' est καρδίας. [67] *Ἐφιεμένων.* In cod. 1 ponitur post ποθούμενον. [68] *Οὔτε.* cod. 1, 2 addunt μήν. [69] *Μακαρίῳ.* cod. 2 Θεῷ. [70] *Σου.* Hæc lectio cod. Alex. præferenda est illi quam habet Vatic., in quo est μου. [71] *Μακάριος.* cod. 2 θεῖος. [72] *Σεσωμένη.* cod. 2 ἰσομένη. [73] *Δώσειν.* Abest a cod. 1, 2. [74] cod. 1 ἀντελάβετό μου, ascripta tamen lectione ἀντελάβοντό μου, quam etiam habet cod. 2.

Digitized by Google

VERS. 13. « Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus : comprehenderunt me iniquitates meæ, et non potui videre. Plures sunt capillis capitis mei, et cor meum dereliquit me. » * Quæ hic dicuntur, nemo pugnantia existimet cum his, quæ modo exposita sunt. Etenim tres pueri summa virtute præditi, atque triumphali corona ornati, in camino orantes dixerunt : « Peccavimus, inique egimus, deliquimus, et recessimus a mandatis tuis, nec observavimus instituta tua [m]. » Sic admirabilis Daniel, sic divinus Jeremias, sic divinus Isaias, sic sapientissimus Paulus. « Christus enim, inquit, Jesus venit in hunc mundum, ut peccatores salvos faceret, quorum primus ego sum [n]. » Et rursus : « Non sum dignus vocari apostolus [o]. » Sic igitur in hoc loco Dei Ecclesia, impiorum fluctibus concussa, non effertur, tanquam pugnare volens, sed quæ accidunt, peccatis et delictis tribuit, et a Salvatore opem consequi obsecrat. Præterea nec Dei Ecclesia ex hominibus perfectis tota constat, sed habet etiam ignavos, et qui remissam vitam amplexi sunt, et qui voluptatibus servire decreverunt. Et quoniam unum est corpus, tanquam ex una persona et hæc et illa proferuntur.

VERS. 14, 15. « Placeat tibi, Domine, ut eruas me : Domine, ad adjuvandum me respice. Confundantur, et pudore suffundantur simul, qui quærunt animam meam, ut auferant 863 eam. » Non enim vulnerare volunt, sed sempiternæ morti tradere. « Convertantur retrorsum, et confundantur, qui volunt mihi mala. » Verte ipsos in fugam, et aberrare fac ab his quæ desiderant : mala enim contra me struunt.

VERS. 16. « Illico reportent confusionem, qui dicunt mihi, Euge, euge. » His, qui insultant et irridentem me, fructus sit pudor.

VERS. 17. « Exsultent, et lætentur super te omnes quærentes te, Domine, et dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutem tuam. » At quærentes te, inquit, et laudantes, et semper diligentes, perpetua lætitia imple. Et qui tui amoris mutationem non habent, neque gaudii mutationem sentiant. Non enim simpliciter amantibus gaudium precatus est, sed his qui semper et continue benevolentia dignum amorem habent.

VERS. 18.* « Ego autem mendicus sum, et pauper :

ιγ'. « Ὅτι περιέσχον με κακὰ, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· κατέλαβόν με αἱ ἀνομίαι μου, καὶ οὐκ ἠδυνήθην τοῦ βλέπειν. Ἐπληθύνθησαν ὑπὲρ τὰς τρίχας τῆς κεφαλῆς μου [75], καὶ ἡ καρδία μου ἐγκατέλιπέ με. » Μηδεὶς δὲ ἀνάρμοστα τοῖς ἡρμηνευμένοις ἡγείσθω τὰ εἰρημένα. Καὶ γὰρ οἱ τρεῖς παῖδες τῆς ἄκρας ἀρετῆς ἐπειλημμένοι, καὶ τὸν νικηφόρον ἀναδησάμενοι [76] στέφανον, ἐν τῇ καμίνῳ προσευχόμενοι ἔλεγον, « Ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, ἠδικήσαμεν, καὶ ἀπέστημεν ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου, καὶ οὐκ ἐφυλάξαμεν τὰ δικαιώματά σου. » Οὕτως ὁ θαυμάσιος [76] Δανιὴλ, οὕτως ὁ θεσπέσιος [77] Ἱερεμίας, οὕτως ὁ θεῖος Ἡσαΐας, οὕτως ὁ σοφώτατος [78] Παῦλος. « Χριστὸς γὰρ, φησὶν, Ἰησοῦς [79] ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον, ἁμαρτωλοὺς σῶσαι, ὧν πρῶτός εἰμι ἐγώ. Καὶ πάλιν, » Οὐκ εἰμὶ ἄξιος καλεῖσθαι ἀπόστολος. » Οὕτω τοίνυν [80] ταῖς παρὰ τῶν δυσσεβῶν τρικυμίαις βαλλομένη ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία, οὐ μεγαφρονεῖ, ὡς ἀγωνιζομένη, ἀλλὰ ἁμαρτίαις καὶ πλημμελείαις ἀνατίθησι [81] τὰ γινόμενα, καὶ τῆς παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπικουρίας ἀπολαῦσαι παρακαλεῖ. Ἄλλως τε οὐδὲ ἐκ τελείων πᾶσα συνέστηκεν ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία· ἀλλ' ἔχει καὶ τοὺς ῥᾳστώνῃ συζῶντας, καὶ τὸν ἀνειμένον βίον ἀσπαζομένους, καὶ ἡδοναῖς δουλεύειν αἱρουμένους. Καὶ ἐπειδὴ ἕν ἐστι σῶμα, ὡς ἐξ ἑνὸς προσώπου καὶ ταῦτα κἀκεῖνα προφέρεται.

ιδ', ιε'. « Εὐδόκησον, Κύριε, τοῦ ῥύσασθαί με· Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες [82]. Καταισχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν ἅμα οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου, τοῦ ἐξᾶραι αὐτήν. » Οὐ γὰρ τρῶσαι βούλονται, ἀλλὰ τῷ αἰωνίῳ παραπέμψαι θανάτῳ. « Ἀποστραφείησαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ καταισχυνθείησαν οἱ θέλοντές μοι κακά. » Τρέψον [83] αὐτοὺς [84] εἰς φυγὴν, καὶ διαμαρτεῖν ὧν ἐφίενται παρασκεύασον· κακὰ γάρ μοι καττύουσιν.

ις'. Κομισάσθωσαν αἰσχύνην παραχρῆμα [85] οἱ λέγοντές μοι, Εὖγε, εὖγε. » Καὶ τοῖς ἐπιτωθάζουσι δὲ [86] καὶ ἐπιγελῶσί μοι, γενέσθω [87] τούτοις καρπὸς ἡ αἰσχύνη.

ιζ'. « Ἀγαλλιάσθωσαν [88] καὶ εὐφρανθήτωσαν [89] ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε, Κύριε, καὶ εἰπάτωσαν [90] διαπαντὸς, Μεγαλυνθήτω ὁ Κύριος, οἱ ἀγαπῶντες τὸ σωτήριόν σου διαπαντός [91]. » Τοὺς δὲ ζητοῦντάς σε, φησὶ, καὶ ὑμνοῦντας, καὶ διαπαντὸς ἀγαπῶντας, διηνεκοῦς ἔμπλησον εὐφροσύνης, καὶ [92] τῆς [93] σῆς ἀγάπης μεταβολὴν μὴ [94] δεχόμενοι [95], μὴ [96] δεξάσθωσαν θυμηδίας μεταβολήν. Οὐ γὰρ τοῖς ἁπλῶς ἀγαπῶσιν ᾔτησε τὴν θυμηδίαν, ἀλλὰ τοῖς ἀεὶ καὶ διηνεκῶς ἔχουσι τὸν ἀξιέραστον ἔρωτα.

ιη'. « Ἐγὼ δὲ πτωχός εἰμι καὶ πένης· Κύριος

[m] Dan. III, 29, 30. [n] I Tim. I, 15. [o] I Cor. XV, 9.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[75] *Mου.* Abest a cod. 1. [76] cod. 2 ἀναδυσάμενοι. [76*] *Θαυμάσιος.* cod. 2 θεῖος. [77] *Θεσπέσιος.* cod. 2 μέγας. [78] cod. 2 σοφός. [79] *Ἰησοῦς.* Abest a cod. 1. [80] *Τοίνυν.* cod. 1, 2 addunt κἀνταῦθα. [81] *ἀνατίθησι.* In cod. 2 ponitur post γινόμενα. [82] *Πρόσχες.* cod. 1 σπεῦσον. [83] cod. 2 στρέψον. [84] *Αὐτούς.* cod. 1, 2 addit φησί. [85] cod. 1, 2 παραχρῆμα αἰσχύνην. Uterque cod. addit αὐτῶν. [86] *Δέ.* Abest a cod. 2. [87] *Γενέσθω — αἰσχύνη.* Des. in cod. 2. [88] cod. 1 ἀγαλλιάσοιντο, quæ est lectio cod. Alex. [89] cod. 1 εὐφρανθείησαν. [90] *Εἰπάτωσαν.* cod. 2 λεγέτωσαν. [91] *Διαπαντός.* Abest a cod. 1, 2 et a versione τῶν Ο'. [92] *Καὶ.* Abest a cod. 2. [93] *Τῆς.* cod. 1 præm. οἱ. [94] *Μή.* Abest a cod. 1. [95] cod. 2 δεχομένους. [96] *Μὴ — μεταβολήν.* Des. in cod. 2.

Digitized by Google

φροντιεῖ μου· βοηθός μου καὶ ὑπερασπιστής μου εἶ σύ, Κύριε[97], μὴ χρονίσῃς[98]. » Ὥσπερ ἁμαρτιῶν ἐμνημόνευσεν ἄνω, οὕτω καὶ πτωχὸν ἑαυτὸν[99] ἀποκαλεῖ, ὡς βοηθείας[1] σπανίζοντα[2], καὶ τῆς θείας δεόμενον[3] ἐπικουρίας· καὶ[4] ταύτης ὅτι τάχιστα ἱκετεύει τυχεῖν. Ἁρμόττει δὲ ταῦτα διαφερόντως τῷ μακαρίῳ[5] Δαβίδ. Ἡγοῦμαι γάρ, ὅτι τὴν πρόρρησιν ἐκείνην θεασάμενος, καὶ τὴν φιλοτιμίαν τῆς χάριτος, πτωχὸν ἑαυτὸν καὶ πένητα προσηγόρευσε, καὶ τῆς θείας καὶ αὐτὸς ἀπολαῦσαι προνοίας ἱκέτευσεν. Ἀντιβολεῖ δὲ[6] μὴ χρονίσαι τὴν τεθεσπισμένην σωτηρίαν, μηδὲ εἰς μακροὺς ἀναβληθῆναι χρόνους, ἀλλὰ τάχιστα τοῖς ἀνθρώποις ταύτην παρασχεθῆναι.

A Dominus sollicitus erit mei. Adjutor meus, et protector meus tu es, Domine, ne tardaveris. » Sicut superius peccatorum meminit, sic et pauperem seipsum nuncupat, tanquam auxilio egentem, et divina ope carentem; et hanc quidem ut celerrime consequatur supplicat. Congruunt autem hæc **864** potissimum beato Davidi. Opinor enim eum, cum vaticinationem illam et gratiæ liberalitatem cerneret, pauperem seipsum ac egenum appellasse, atque ut divina providentia perfrueretur esse deprecatum. Orat porro ne salus prædicta procrastinetur, neve in longum tempus prorogetur, sed ut celeriter hominibus concedatur.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ Μ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ. » Τινὲς μὲν τῷ Δαβὶδ ἀνέθεσαν, τινὲς δὲ τῷ Ἐζεκίᾳ τὸν παρόντα ψαλμόν· οὐκ ἐᾷ δὲ ἡμᾶς τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον οὐδέτερον δέξασθαι. Ὁ γὰρ Δεσπότης Χριστὸς διάλεξίν τινα πρὸς τοὺς ἱεροὺς ποιησάμενος μαθητάς, ἐπήγαγε καὶ ταῦτα· « Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε ταῦτα[7]. Οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω, οἶδα[8] οὓς ἐξελεξάμην· ἀλλ' ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ· ἀπ' ἄρτι λέγω ὑμῖν πρὸ τοῦ γενέσθαι[9], ἵνα ὅταν γένηται πιστεύσητε ὅτι ἐγώ εἰμι. » Τοῦ Κυρίου τοίνυν λέγοντος, « Ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ, » καὶ δεικνύντος τὸν παρόντα ψαλμὸν αὐτῷ καὶ οὐκ ἄλλῳ τῳ προσήκοντα, θρασὺ νομίζω καὶ τολμηρὸν, ἄλλην αὐτῷ καὶ μὴ προσήκουσαν ὑπόθεσιν διαπλάσαι.

B

C

INTERP. PSALMI XL.

Vers. 1. « In finem, Psalmus Davidi. » Præsentem psalmum quidam Davidi, quidam vero Ezechiæ ascripserunt : divinum vero Evangelium neutrum ex illis accipi sinit. Nam Christus Dominus colloquio cum sanctis discipulis habito, hæc subdidit : « Si hæc scitis, beati eritis, si feceritis ea. Non de omnibus vobis dico : ego scio quos elegerim; sed ut impleatur Scriptura : Qui manducat panem mecum, elevavit contra me calcaneum suum. Ex hoc inde tempore dico vobis priusquam fiat, ut cum factum fuerit, credatis quod ego sim P. » Domino igitur dicente : « Ut Scriptura impleatur, » et demonstrante præsentem psalmum sibi et non alii congruere, rem audaciæ ac temeritatis plenam judico, aliud argumentum huic psalmo minime congruens affingere.

β'. « Μακάριος ὁ συνιὼν ἐπὶ πτωχὸν καὶ πένητα. » Τὸ[10] *καὶ πένητα* ἐν ἐνίοις εὗρον ἀντιγράφοις· οὔτε δὲ παρὰ τῷ Ἑβραίῳ, οὔτε[11] παρὰ τῷ Σύρῳ, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς[12]. *Πτωχὸν* μέν τοι καλεῖ τὸν τῶν ὅλων Κύριον, « ἐπειδὴ πλούσιος » ὤν, ὥς[13] φησιν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, « δι' ἡμᾶς ἐπτώχευσεν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. » Καὶ « Ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν μορφὴν δούλου λαβών. » Καὶ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων δεσπόζων, οὐκ εἶχε ποῦ τὴν κεφαλὴν κλῖναι, καὶ γεννηθεὶς ἐκ Παρθένου, διὰ σπάνιν κλίνης ἐπὶ φάτνης ἐτέθη. Μακαρίζει[14] τοίνυν ὁ προφητικὸς λόγος τὸν ταύτην συνιέναι τὴν πτωχείαν δυνάμενον, καὶ εἰς δύναμιν ἀνυμνῆσαι προθυμούμενον τὸν ταύτην ἀναδεξάμενον· εἶτα δείκνυσι τοῦ μακαρισμοῦ τοὺς καρ-

Vers. 2. « Beatus qui attendit ad egenum et pauperem. » Hoc *et pauperem*, in quibusdam exemplaribus inveni : sed nec apud Hebræum legitur, nec apud Syrum, nec apud **865** alios interpretes, *Egenum* igitur nuncupat universorum Dominum, quoniam « cum esset dives, » ut ait divinus Apostolus, « propter nos egenus factus est, ut illius inopia divites essemus q. » Et : « Cum haberet formam Dei, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo : sed seipsum exinanivit, formam servi accipiens r. » Et qui visibilibus et invisibilibus « dominabatur, non habebat ubi caput suum reclinaret, et natus ex Virgine, ob inopiam cubilis, in præsepi positus est. Hinc propheticus sermo beatum prædicat eum qui hanc paupertatem intelligere potest, et qui pro viribus celebrandum curat eum qui

D

P Joan. XIII, 17-19. q II Cor. VIII, 9. r Philipp. II, 7.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[97] *Κύριε*. Rec. lectio h. l. est ὁ Θεός μου. [98] *Χρονίσῃς*. cod. 3 addit τὰ τῆς βοηθείας μου καὶ ὑπερασπιστίας μου δωρούμενος. [99] *Ἑαυτόν*. Abest a cod. 1, 2. [1] *Βοηθείας σπανίζοντα καὶ*. Des. in cod. 3. [2] cod. 1 σπανίζουσαν. [3] cod. 1 δεομένην. [4] *Καὶ — τυχεῖν*. Des. in cod. [5] *Μακαρίῳ*. cod. 2 θείῳ. [6] *Ἀντιβολεῖ δέ*. codd. tres Aug. ἀντιβολήσας. [7] *Ταῦτα* cod. 1, 2 αὐτὰ, quæ est rec. lectio l. c. [8] *Οἶδα*. Præcedit ἐγὼ l. c. [9] *Πρὸ τοῦ γενέσθαι*. Abest a cod. 2. [10] *Τὸ — ἑρμηνευταῖς*. Idem Scholion ex Chrysost. desumptum exstat in edit. Rom. τῶν Ο'. [11] *Οὔτε—Σύρῳ*. Hæc in cod. 1 ponuntur post ἑρμηνευταῖς. [12] *Ἑρμηνευταῖς*. Montf. Hexapl. p. 524, addit ἐμφέρεται, cum notula ista, ex Theodoreto. Abest autem hoc additamentum a codd. nostris. [13] *Ὡς*. Abest a cod. 1, 2. [14] *Μακαρίζει* κ. λ. Alias lectiones exhibet Cord. p. 705

Digitized by Google

hanc paupertatem amplexus est. Deinde beatitudinis fructus demonstrat : « Die malo liberabit eum Dominus. » Sed *malum diem, vexationis diem* Symmachus dixit. Tacite vero innuit, ut opinor, futurum diem terribilem judicii, et peccatoribus infestum : et promittit sinceram illius paupertatis cognitionem a terribilis diei malis ipsum liberaturam.

VERS. 3. « Dominus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum manibus inimicorum ejus. » Non solum autem futuris bonis perfruetur, sed etiam in hac vita divinam opem consequetur, illustris et clarus factus, inimicorumque insidias effugiens. Et quoniam **866** verisimile est, ut is qui corpus interitui obnoxium habet, in morbum aliquando incidat, spondet ab hoc liberationem.

VERS. 4. « Dominus opem feret illi super lecto doloris ejus : universum stratum ejus vertis in infirmitate ejus. » Ab omni, inquit, ægritudine liberabit eum, et in bonam corporis valetudinem morbum permutabit. Hoc enim, « vertis in infirmitate stratum, » pro *mutasti* posuit. Sic post expositas remunerationes ejus, qui hanc paupertatem admirabilem intelligit, ostendit nobis, quis sit qui hanc habuerit, et quomodo se in ipsa gesserit : ipsum docentem inducens, et sua enarrantem.

VERS. 5. « Ego dixi : Domine, miserere mei, sana animam meam, quia peccavi contra te. » Ego autem, ait, sum pauper, qui voluntariam paupertatem suscepi, et sum Agnus Dei, qui peccatum mundi tollo, qui hominum infirmitates mihi vindico, qui peccatum non feci, et hanc precationem pro humana natura, ut primitiæ ipsius naturæ, offero. Porro notandum est Symmachum non dixisse, « quoniam peccavi contra te, » sed, *etiamsi peccaverim contra te.*

VERS. 6. « Inimici mei dixerunt mala mihi : Quando morietur, et peribit nomen ejus? » ' *Inimicos* Judæos vocat, invidentes, et mortem machinantes. Hoc vero sacrorum Evangeliorum historia docet : « Consilium **867** enim, inquit, inierunt, quomodo illum perderent[a]. » Hinc in Judam prædictionem transfert.

VERS. 7. « Et ingrediebatur, ut videret : vana

A πούς. « Ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ ῥύσεται αὐτὸν ὁ Κύριος. » *Τὴν δὲ πονηρὰν ἡμέραν, κακώσεως ἡμέραν* ὁ Σύμμαχος εἶρηκεν. Αἰνίττεται δὲ, ὡς οἶμαι, τὴν τῆς κρίσεως ἡμέραν, φοβερὰν οὖσαν, καὶ τῶν παρανόμων κακωτικήν· καὶ ὑπισχνεῖται τὴν εἰλικρινῆ γνῶσιν τῆς πτωχείας ἐκείνης τῶν τῆς φοβερᾶς αὐτὸν ἡμέρας ἀπαλλάξαι κακῶν.

[37] *Οὕτω — τέθεικεν.* Des. apud Cord. p. 812. [38] *Γάρ.* Abest a cod. 1, 2. [39] *Ἡρμήνευσεν*, et post pauca τοῦ, des. in cod. 2. [40] *Ὁ Θεός.* Additur in cod. Alex. [41] Symm. ἐν τοῖς στρατεύμασιν. [42] *Ἡμῶν.* cod. 2 præm. μεθ'. [43] *Τῆς — ἡμέτερα.* Hæc apud Cord. p. 813, ad præc. versic. relata sunt. [44] *Οὐκ.* Abest a cod. 2. [45] cod. 2 ποθοῦσι. [46] cod. 1, 2 διαφεύγοντες. [47] cod. 2 ἀλαλάγμασιν, quam lectionem, etsi minus aptam, habet codex Vatic. æque ac Alex. Sed legendum esse ἀλλάγμασιν bene jam monuit Lamb. Bos in Animadv. crit. ad h. l. [48] *Ἡμῶν.* Præstat lectio cod. Vatic. αὐτῶν. [49] *Τοῦτο — τιμὴν αὐτῶν.* Des. in cod. 3. Post τοῦτο in cod. 2 sequitur καί. [50] *Τό.* Abest a cod. 2. [51] Hæc, quæ l. c. proxima sunt, auctoritate trium codd. Aug. inserenda esse duximus. [52] *Ἤ.* cod. 3 καί. [53] *Καὶ — ἐπράθητε.* Des. in cod. 2. [54] *Οὐ.* Abest a cod. 1. [55] *Σαρκικός* cod. 2 σωματικός. [56] cod. 2 πεπραγμένος. [57] *Τοίνυν.* Abest a cod. 2. [58] *Θαυμάσιοι.* cod. 2 θεῖοι. [59] cod. 2. ἁμαρτιῶν. cod. 3 ἁμαρτημάτων. [60] cod. 1, 2 παρέδωκας, ascripta tamen in cod. 1 lectione altera. Codex 3 addit ἡμᾶς. [61] *Χλευασμόν.* Hanc codicis Alex. lectionem tuentur Theodotion et editio Vet. codex autem Vatic. habet καταγέλωτα. [62] *Γείτονας — πολεμούμενοι.* Des. in cod. 3. [63] *Καί.* Abest a cod. 1, 2.

Digitized by Google

VERS. 15. « Posuisti nos parabolam gentibus, commotionem capitis in populis. » Maxima discrimina et narrantes et audientes, capita movere solemus, ob stuporem hoc facere coacti. Solemus etiam cruciatus cruciatibus comparare, et dicere : Talia is passus est, qualia ille. Hoc et in hoc loco deplorant. Quoniam hominibus parabola facti sumus, et capita propter nos movent, hi quidem lætantes, illi vero magnitudinem eorum quæ patimur admirantes.

VERS. 16, 17. « Toto die verecundia mea contra me est, et confusio faciei meæ cooperuit me. A voce exprobrantis et obloquentis, a facie inimici et persequentis. » Ego vero alios bellum inferentes, alios deridentes et illudentes conspiciens, verecundia impleor, et totum diem doleo. Deinde, qui Antiochi laqueos subterfugerunt, et qui impietatis retia transilierunt, propriam virtutem narrant.

VERS. 18, 19. Hæc omnia venerunt super nos, et non obliti sumus tui, et inique non egimus contra fœdus tuum. Et non recessit retro cor nostrum. » Porro tot malis obruti, tuorum **884** mandatorum minime obliti sumus, nec tuam legem transgredi ausi sumus, neque a pristino proposito destitimus.

« Et declinasti semitas nostras a via tua. [VERS. 20] Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, et cooperuit nos umbra mortis. » Quod ait : « Declinasti semitas nostras a via tua, » Symmachus ita expressit : *Non transposita sunt a via tua quæ dirigebant nos.* Ut autem sensum ac mentem Septuaginta interpretemur, sic intelligendum est : Multis, inquit, et omnis generis malis nos circumdedisti, quæ potuissent avertere nos a via tua : tradidisti vero nos in servitutem impiis hominibus, qui crudelitate contra nos usi sunt, et internecinas pœnas inflixerunt. *Umbram* enim *mortis* vocavit discrimina, quæ ad interitum ducunt.

VERS. 21, 22. « Si obliti sumus nominis Dei nostri, et si expandimus manus nostras ad Deum alienum. Nonne Deus requiret ista ? Ipse enim novit abscondita cordis, quoniam propter te morti tradimur toto die, æstimati sumus sicut oves

A ιε'. « Ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν τοῖς [84] ἔθνεσι, κίνησιν κεφαλῆς ἐν τοῖς λαοῖς. » Τὰς [85] μεγάλας συμφορὰς καὶ διηγούμενοι καὶ ἀκούοντες, κινεῖν τὰς κεφαλὰς εἰώθαμεν, ὑπ' ἐκπλήξεως τοῦτο δρᾷν βιαζόμενοι. Εἰώθαμεν δὲ καὶ πάθη πάθεσι παραβάλλειν, καὶ λέγειν ὅτι [86] τοιαῦτα ἔπαθεν ὁ δεῖνα, οἷα ὁ δεῖνα. Τοῦτο κάνταῦθα ὀδύρονται [87], ὅτι παραβολὴ γεγενήμεθα τοῖς ἀνθρώποις, καὶ κινοῦσιν ἐφ' ἡμῖν τὰς κεφαλάς· οἱ μὲν ἐφηδόμενοι, οἱ δὲ τὴν ὑπερβολὴν τῶν γεγενημένων θαυμάζοντες.

ις', ιζ'. « Ὅλην τὴν ἡμέραν ἐντροπή [88] μου κατεναντίον μου ἐστὶ, καὶ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου μου ἐκάλυψέ με. Ἀπὸ φωνῆς ὀνειδίζοντος καὶ καταλαλοῦντος [89], ἀπὸ προσώπου ἐχθροῦ καὶ ἐκδιώκοντος. » Ἐγὼ δὲ τοὺς μὲν πολεμοῦντας, τοὺς δὲ γελῶντας B καὶ ἐπιτωθάζοντας βλέπων, αἰσχύνης ἀναπίμπλαμαι, καὶ πᾶσαν ἡμέραν ὀδυνῶμαι [90]. Εἶτα [91] τὴν οἰκείαν διεξίασιν [92] ἀρετὴν οἱ τὰς Ἀντιόχου πάγας διαφυγόντες, καὶ τῆς ἀσεβείας τὰς ἄρκυς ὑπερπηδήσαντες.

ιη', ιθ'. « Ταῦτα πάντα ἦλθεν ἐφ' ἡμᾶς, καὶ οὐκ ἐπελαθόμεθά σου, καὶ οὐκ ἠδικήσαμεν ἐν διαθήκῃ [93] σου. Καὶ οὐκ ἀπέστη εἰς τὰ ὀπίσω ἡ καρδία ἡμῶν. » Ὑπὸ τοσούτων δὲ περικλυσθέντες δεινῶν, οὐκ [94] ἐδεξάμεθα λήθην τῶν σῶν ἐντολῶν, οὔτε [95] παραβῆναι τὸν σὸν ἐτολμήσαμεν νόμον, οὐδὲ τῆς προτέρας ἐξετράπημεν γνώμης.

« Καὶ [96] ἐξέκλινας τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου. [κ'.] Ὅτι ἐταπείνωσας ἡμᾶς ἐν τόπῳ κακώσεως [97], καὶ ἐπεκάλυψεν ἡμᾶς σκιὰ θανάτου. » Τὸ [98] C « ἐξέκλινας τὰς τρίβους ἡμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου, » ὁ Σύμμαχος οὕτως ἡρμήνευσεν, *Οὐ μετεκλίθη τὰ ὑπορθοῦντα ἡμᾶς ἀπὸ τῆς ὁδοῦ σου.* Ἵνα δὲ καὶ τῶν Ἑβδομήκοντα τὴν διάνοιαν ἑρμηνεύσωμεν, οὕτω νοήσωμεν [99]· Πολλοῖς ἡμᾶς, φησὶ [100], καὶ παντοδαποῖς περιέβαλες ἀλγεινοῖς, ἅπερ ἱκανὰ ἦν καὶ ἐκτρέψαι τῆς [101] ὁδοῦ σου· παρέδωκας δὲ καὶ εἰς δουλείαν ἡμᾶς δυσσεβέσιν ἀνθρώποις, ὠμότητι καθ' ἡμῶν κεχρημένοις, καὶ θανατηφόρους ἡμῖν τιμωρίας ἐπάγουσιν. *Σκιὰν* γὰρ *θανάτου* τοὺς πρὸς θάνατον ἄγοντας [102] κινδύνους ἐκάλεσεν.

κα', κβ'. « Εἰ ἐπελαθόμεθα ὀνόματος [103] τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καὶ εἰ διεπετάσαμεν χεῖρας ἡμῶν πρὸς Θεὸν ἀλλότριον. Οὐχὶ ὁ Θεὸς ἐκζητήσει ταῦτα ; αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰ κρύφια τῆς καρδίας. Ὅτι ἕνεκά σου θα- D νατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν, ἐλογίσθημεν ὡς πρό-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[84] *Τοῖς*. cod. 1, 2 præm. ἐν, sicque in vers. τῶν O' leg. [85] *Τὰς — θαυμάζοντες*. Hæc apud Cord. p. 815 ad præc. vers. referuntur. [86] *Ὅτι*. Abest a cod. 2. [87] *Ὀδύρονται — θαυμάζοντες*. Des. in cod. 3. [88] *Ἐντροπή*. cod. 1, 2 præm. ἡ. [89] *Καταλαλοῦντος*. Ita leg. in cod. Alex., sed Vat habet παραλαλοῦντος. Symm. βλασφημοῦντος. [90] *Ὀδυνῶμαι*. codd. tres Aug. ὀδύρομαι. In cod. 3 sequuntur hæc : ταῦτα ὁ μὲν ἐπὶ Ἀντιόχου γεγενῆσθαί φησι· ὁ δὲ μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τόλμαν τε καὶ παροινίαν. Φέρεται δὲ καὶ γραφὴ ἑτέρα ἀντὶ τοῦ· « Καὶ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλαλάγμασιν ἡμῶν. » Ex verbis ultimis colligitur, hæc potius ad v. 13 quam ad hunc pertinere. [91] *Εἶτα — ὑπερπηδήσαντες*. Des. in cod. 3. [92] cod. 2 διέξεισιν. [93] *Διαθήκῃ*. cod. 2 præm. τῇ. [94] *Οὐκ — ἐντολῶν*. Des. in cod. 2. [95] cod. 1, 2 οὐδέ. [96] *Καὶ — ὁδοῦ σου*. Falsum sensum in textum intulerunt οἱ O' cum verbum תחם in 2 pers. expresserint, quod tamen in 3 pers. sumendum est. Saniorem sensum dat Symmachi interpretatio a Nostro allegata. [97] *Ἐν τόπῳ κακώσεως*. Hebr. במקום תנים quod Aquila bene vertit ἐν τόπῳ ἀοικήτῳ. [98] *Τὸ — νοήσωμεν*. Des. in cod. 3. [99] cod. 1 νοήσομεν. [100] cod. 3 φησὶ ἡμᾶς. [101] *Τῆς*. cod. 2 præm. ἀπό. [102] *Ἀγοντας*. Abest a cod. 2. [103] *Ὀνόματος*. cod. 1, 2 præm. τοῦ.

Digitized by Google

θατα σφαγῆς. » Ταύτην [74] ἐπεδείξαντο τὴν ἀρετὴν οἱ Μακκαβαῖοι, καὶ οἱ περὶ τὸν Ματταθίαν [75], καὶ οἱ ἑπτὰ νεανίαι σὺν τῇ μητρὶ καὶ Ἐλεαζάρῳ τῷ ἱερεῖ. Οὔτε γὰρ κολακείαις κατεθέλχθησαν, οὔτε τιμωρίαις ἐκάμφθησαν, ἀλλὰ τοῦ ἀληθοῦς Θεοῦ τὸ σέβας ἀνέπαφον διετήρησαν, καὶ τῶν εἰδώλων τὴν θεραπείαν ὡς μυσαρὰν ἐβδελύξαντο. Καὶ ταῦτα, φησὶ, σὺ οἶδας, Δέσποτα. Σοὶ γὰρ οὐ μόνα τὰ πράγματα δῆλα, ἀλλὰ καὶ τὰ τῆς ἐννοίας κινήματα. Ἐπισημήνασθαι δὲ προσήκει [76], ὅτι δυάδα προσώπων ὁ λόγος ἠνίξατο. Εἰρηκὼς γάρ, « Οὐχὶ ὁ Θεὸς ἐκζητήσει ταῦτα; Αὐτὸς γὰρ γινώσκει τὰ κρύφια τῆς καρδίας · » ἐπήγαγεν, « Ὅτι ἕνεκά σου θανατούμεθα ὅλην τὴν ἡμέραν. » Ταύτην δὲ τὴν τῆς ἀντωνυμίας ἐναλλαγὴν καὶ ὁ Ἑβραῖος ἔχει, καὶ οἱ λοιποὶ τεθείκασιν ἑρμηνευταί.

κγ'. « Ἐξεγέρθητι, ἵνατί ὑπνοῖς, Κύριε; ἀνάστηθι [77], καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος. » Ὕπνον τὴν [78] μακροθυμίαν καλεῖ· καθάπερ γὰρ ὁ καθεύδων οὐκ αἰσθάνεται τῶν γιγνομένων, οὕτως ὁ μακροθυμίᾳ χρώμενος, καὶ παροινούμενος, καὶ προπηλακιζόμενος φέρει. Ἀνάστασιν δὲ τὴν ἐπὶ τιμωρίαν [79] κίνησιν ὀνομάζει. Εἶτα [80] τὰ αὐτὰ πάλιν ἑτέρως λέγει.

κδ'. « Ἵνατί τὸ πρόσωπόν σου ἀποστρέφεις; ἐπιλανθάνῃ τῆς πτωχείας ἡμῶν [81], καὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν. » Παροράᾳς [82], φησὶ, τὰ καθ' ἡμῶν γινόμενα, Δέσποτα, καὶ ἔοικας ἀποστρεφομένῳ, καὶ οὐ θεωμένῳ, ἀλλ' ἐπιλελησμένῳ, καὶ τούτου χάριν οὐ κηδομένῳ· ἡμεῖς δὲ πτωχεύομεν, τῆς ἐπικουρίας τὸν πλοῦτον οὐκ ἔχοντες.

κε'. « Ὅτι ἐταπεινώθη εἰς χοῦν ἡ ψυχὴ ἡμῶν. Ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστὴρ ἡμῶν [83]. Μέχρι [84] τῆς γῆς αὐτῆς κατεκάμφθημεν, ὡς τὴν γαστέρα ἡμῶν αὐτῇ πελάσαι τῇ γῇ · διὰ δὲ τούτων τὴν πολλὴν σημαίνει [85] ταπείνωσιν, καὶ τῶν πολεμίων τὸ κράτος.

κς'. « Ἀνάστα, Κύριε, βοήθησον ἡμῖν, καὶ λύτρωσαι ἡμᾶς ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου. » Οὗ [86] δὴ χάριν ἐντιβολοῦμέν σε, Δέσποτα, ἐπιφανῆναι, καὶ λῦσαι τὰς συμφορὰς, καὶ κρείττους ἀποφανῆναι [87] τῶν δυσμενῶν. Ταῦτα δὲ ἅπαντα προεῖπεν ἡ τοῦ Πνεύματος χάρις, τοὺς ἐν ἐκείνοις τοῖς δεινοῖς ἐσομένους [88] διδάσκουσα, καὶ γενναίως ἐνεγκεῖν τὰ προσπίπτοντα, καὶ παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων αἰτῆσαι τὴν τούτων ἀπαλλαγήν. Ὅπερ δὴ καὶ [89] δεδράκασιν οἱ θαυμάσιοι ἄνδρες ἐκεῖνοι. Τοῖς γὰρ λόγοις τὸν Θεὸν ἱλεώσαντο, καὶ ὑπ' αὐτοῦ στρατηγούμενοι τοὺς πολεμίους ἐτρέψαντο, καὶ τὴν προτέραν [90] ἐλευθερίαν ὁμοφύλοις [91] προὐξένησαν [92].

occisionis. : Hanc virtutem præ se tulerunt Machabæi, et Mattathias, et septem juvenes cum matre et Eleazaro sacerdote. Neque enim illecebris se demulceri passi sunt, neque suppliciis succubuerunt, **885** sed verum Dei cultum intactum conservarunt, et idolorum * cultum ut detestandum respuerunt. Et hæc, inquit, tu nosti, Domine. Tibi enim non solum res sunt manifestæ, sed etiam mentis motus. Cæterum notandum est sermonem duas personas ostendere. Cum enim dixisset : « Nonne Deus requiret ista? Ipse enim novit abscondita cordis; » subdidit, « Quoniam propter te morti tradimur toto die. » Hanc vero pronominis mutationem Hebræus etiam habet, et cæteri quoque interpretes posuerunt.

Vers. 23. « Exsurge, quare obdormis, Domine? exsurge, ne repellas in finem. » *Somnum* patientiam vocat. Quemadmodum enim qui dormit, non sentit ea quæ fiunt, sic etiam homo patiens, cum injuria afficitur, et conviciis lacessitur, tolerat. Exsurgendi vero actum, motum ad vindictam nominat. Deinde eadem rursus aliter narrat.

Vers. 24. « Quare faciem tuam avertis? oblivisceris inopiæ nostræ, et tribulationis nostræ. » Despicis, inquit, Domine, ea quæ contra nos patrantur, et similis es aversanti, et non respicienti, sed oblito, et hac de causa non curanti : nos vero egemus, auxilii divitias non habentes.

Vers. 25. « Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, et adhæret terræ venter noster. » Usque ad terram ipsam inflexi sumus, ut venter noster ipsi terræ appropinquaverit : per **886** hæc autem multam humilitatem ostendit, hostiumque potentiam.

Vers. 26. « Exsurge, Domine, adjuva nos, et redime nos propter nomen tuum. » Propterea obsecramus te, Domine, ut appareas, et nostras calamitates finias, utque inimicis superiores nos efficias. Cæterum omnia hæc Spiritus sancti gratia prædixit, docens eos, qui futuri erant in illis ærumnis, ea quæ acciderent viriliter ferre, et a Deo universorum liberationem ab his postulare. Quod utique admirabiles illi viri fecerunt. Nam verbis Deum placarunt, et sub ipsius ductu bellantes, hostes profligarunt, et pristinam libertatem contribulibus pepererunt.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[74] *Ταύτην— κινήματα.* Des. in cod. 3. [75] cod. 2 Ματθίαν, linea imposita. [76] *Προσήκει.* cod. 3 δεῖ. [77] *Ἀνάστηθι.* Hebr. הקיצה, quod Symm. bene transtulit ἐξύπνισον. [78] *Τὴν.* cod. 3 præm. δέ. [79] cod. 1, 2 τιμωρίᾳ. [80] *Εἶτα — λέγει.* Des. in cod. 3. [81] *Ἡμῶν.* Abest a cod. 3. [82] *Παροράᾳς — ἔχοντες.* Hæc et quæ deinde ad vers. 25 leguntur, apud Cord. p. 818 ad præc. vers. relata sunt. [83] *Ἡμῶν.* cod. 3 addit τοῦτο βούλονται λέγειν. [84] *Μέχρι.* cod. 1 addit γάρ. [85] *Σημαίνει.* cod. 2 αὐτῶν φησί. [86] *Οὗ — δυσμενῶν.* Des. in cod. 3. [87] cod. 1, 2 ἀποφῆναι. [88] cod. 1 ἐσομένους ἐν ἐκείνοις τοῖς δεινοῖς. [89] *Δὴ καί.* Abest a cod. 2. [90] *Προτέραν.* Abest a cod. 1. [91] *Ὁμοφύλοις.* codd. tres August. præm. τοῖς. [92] cod. 2 προὐξένησε. cod. 3 προεξένησαν.

Digitized by Google

INTERP. PSALMI XLIV.

VERS. 1. « In finem. Pro his qui mutabuntur, filiis Core, in intellectum, Canticum pro dilecto. » Postquam molesta propheticus sermo prædixit in proxime præcedente psalmo, jucunda deinceps vaticinatur, mœrentes consolans, et docens eos victuros, atque in victoria perseveraturos, auxiliumque a Deo consecuturos, quousque dilectus Filius ex ipsis secundum carnem exoriatur, et mutationem illam novam gentibus præstet. *Dilectum* enim, Dei Filium vocat. Sic enim divinus Isaias ait : « Vinea fuit dilecto in cornu, **887** in loco uberi [h]. » Hoc et ipse Pater de Filio prædicavit : « Hic est Filius meus dilectus, in quo beneplacitum habeo [i]. » Hic per sanctum baptisma gentibus mutationem donavit. De his autem psalmus prædicit, quos adhortatur, ut patriorum doorum obliviscantur, et verum Deum laudent. Porro « eos qui mutandi sunt, » Symmachus vocavit *flores*, Aquila vero et Theodotio *lilia*. Flores autem, et lilia veris sunt germina. Spirituale ver, Salvatoris est adventus, in quo lætata est, secundum Isaiæ vaticinationem, « quæ olim erat solitudo, et floruit ut lilium [j]. » De his præsens prophetia prædicit, omnium satorem et agricolam tacite ostendens eum, qui solitudinem immutavit et reddidit fecundam.

VERS. 2. « Eructavit cor meum verbum bonum. » Nam spiritualibus verbis nutritus, tales quasi fructus emitto, et talia verba effundo. « Dico opera mea Regi. » Quem titulus *dilectum* vocavit, psalmi exordium *regem* nuncupat : opus vero prophetiæ verus sermo est, qui futura prædicit. Ait igitur, se de ipso rege verba facturum esse : et docens, non humanis, verum divinis verbis se uti, suddidit : « Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. » Nihil, ait, proprium loquor, neque meæ mentis partus affero : alius vero efficaciæ lingua ministra est, et ipsa **888** quidem calamum imitatur, gratia vero spiritus velocem scribam, per hanc quæcunque voluerit scribens. Sic propheta, postquam significavit quis per ipsum loqueretur, ita incipit vaticinationem :

VERS. 3. « Speciosus es forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit tibi Deus in æternum. » Tu, inquit, quem *regem* nominavi, quem per inscriptionem *dilectum* appellavi, pulchritudine quidem hominum naturam superas, sapientiæ vero fontes per linguam profundis,

[h] Isa. v, 1. [i] Matth. III, 17. [j] Isa. xxxv, 1.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΜΑ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, τοῖς υἱοῖς Κορέ, εἰς σύνεσιν· ᾠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ. » Τὰ λυπηρὰ προειρηκὼς ὁ προφητικὸς λόγος ἐν τῷ πρὸ τούτου ψαλμῷ, τὰ θυμήρη λοιπὸν προαγορεύει, τοὺς ἀθυμοῦντας ψυχαγωγῶν, καὶ διδάσκων, ὅτι καὶ νικήσουσι, καὶ διαρκέσουσι, καὶ τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ τεύξονται βοηθείας, ἕως ἂν ἐξ αὐτῶν ὁ ἀγαπητὸς Υἱὸς [93] κατὰ σάρκα βλαστήσῃ, καὶ τὴν καινὴν ἀλλοίωσιν τοῖς ἔθνεσι πραγματεύσηται. Ἀγαπητὸν γὰρ καλεῖ τοῦ Θεοῦ [94] τὸν Υἱόν· οὕτω γὰρ καὶ ὁ θεῖος Ἡσαΐας φησίν [95]· « Ἀμπελὼν ἐγενήθη τῷ ἠγαπημένῳ ἐν κέρατι, ἐν τόπῳ πίονι. » Τοῦτο καὶ αὐτὸς ὁ Πατὴρ εἰς τὸν Υἱὸν ἀνεκήρυξεν· « Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός, ἐν ᾧ ηὐδόκησα [96]. » Οὗτος τὴν διὰ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος [97] ἀλλοίωσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐδωρήσατο. Περὶ τούτων δὲ ὁ ψαλμὸς προθεσπίζει, οἷς καὶ παρεγγυᾷ τῶν μὲν πατρώων ἐπιλαθέσθαι θεῶν, τὸν δὲ ἀληθινὸν ἀληθῶς γεραίρειν Θεόν. *Τοὺς δὲ* [98] *ἀλλοιωθησομένους* ὁ μὲν Σύμμαχος *ἄνθη* κέκληκεν· Ἀκύλας δὲ καὶ ὁ Θεοδοτίων [99], *κρίνα*. Ἄνθη δὲ καὶ κρίνα [1] τοῦ ἦρος βλαστοί [2]. Ἔαρ δὲ πνευματικὸν, τοῦ Σωτῆρος ἡ παρουσία· ἐν ᾗ εὐφράνθη, κατὰ τὴν Ἡσαΐου προφητείαν, « ἡ πάλαι ἔρημος, καὶ ἤνθησεν ὡς κρίνον. » Περὶ τούτων [3] ἡ παροῦσα προφητεία προαγορεύει, πάντων ὑποδεικνῦσα [4] φυτουργόν τε καὶ γεωργὸν, τὸν ἀλλοιώσαντα [5] καὶ ἀποφήναντα καρποφόρον.

β'. « Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν. » Πνευματικοῖς γὰρ ἐντρεφόμενος λόγοις, τοιαύτας ἐργάς ἀναπέμπω, καὶ τοιούτους λόγους προΐεμαι [6]. « Λέγω ἐγὼ τὰ ἔργα μου τῷ βασιλεῖ. » Ὃν *ἠγαπητὸν* ἡ προγραφὴ κέκληκε, *βασιλέα* καλεῖ τοῦ ψαλμοῦ τὸ προοίμιον· ἔργα δὲ τῆς προφητείας ὁ ἀληθὴς λόγος, ὁ τὰ ἐσόμενα προθεσπίζων. Λέγει τοίνυν, ὅτι περὶ αὐτοῦ τοῦ βασιλέως ποιοῦμαι τοὺς λόγους· καὶ διδάσκων ὡς οὐκ ἀνθρωπίνοις, ἀλλὰ θείοις κέχρηται λόγοις, ἐπήγαγεν· « Ἡ γλῶσσά μου κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου. » Οὐδὲν, φησὶ, οἰκεῖον φθέγγομαι, οὐδὲ τῆς ἐμῆς διανοίας ᾠδῖνας προσφέρω [7]· ἑτέρας δὲ ὑπουργὸς ἐνεργείας ἡ γλῶττα, καὶ αὕτη [8] μὲν μιμεῖται κάλαμον· ἡ δὲ χάρις τοῦ πνεύματος γραμματέα ταχὺν, διὰ ταύτης ἃ βούλεται γράφουσα. Οὕτως ὁ προφήτης τὸν δι' αὐτοῦ φθεγγόμενον ὑποδείξας, ἄρχεται τῆς προῤῥήσεως οὕτως [9].

γ'. « Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων· ἐξεχύθη χάρις [10] ἐν χείλεσί σου, διὰ τοῦτο ηὐλόγησέ [11] σε ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. » Σὺ, φησὶν, ὃν ὠνόμασα *βασιλέα*, ὃν διὰ τῆς προγραφῆς *ἀγαπητὸν* προσηγόρευσα, κάλλει μὲν νικᾷς τῶν ἀνθρώπων τὴν φύσιν, σοφίας δὲ προχέεις διὰ τῆς γλώσσης πηγάς.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[93] *Υἱός*. cod. 1 Κύριος. [94] *Τοῦ Θεοῦ*. In cod. 2 ponitur post Υἱόν. [95] *Φησίν*. Abest a cod. 2. [96] cod. 1, 2 εὐδόκησα. [97] *Βαπτίσματος*. cod. 2 πνεύματος. [98] *Τοὺς δὲ — καρποφόρον*. Des. apud Cord. p. 824. [99] *Καὶ ὁ Θεοδοτίων*. De Theodotione hoc non satis certum est. [1] *Ἄνθη δὲ καὶ κρίνα*. D s. in cod. 2. [2] cod. 2 βλαστόν. [3] cod. 2 τούτου. [4] cod. 2 ὑποδεικνύουσα. [5] *Ἀλλοιώσαντα*. cod. 1, 2 addunt τὴν ἔρημον, quam lectionem Carafa habuisse videtur. [6] cod. 1 προσίεμαι. [7] cod. 1 προφέρω. [8] cod. 1, 2 αὐτή. [9] *Οὕτως*. Abest a cod. 2. [10] *Χάρις*. cod. 2 præm. ἡ. [11] cod. 2 εὐλόγησε.

Digitized by Google

καὶ ταῦτα οὐ πρόσκαιρα, ἀλλ' αἰώνια ἔχεις. Ἰστέον δὲ, ὅτι [19] οὐ τὰ θεῖα, ἀλλὰ τὰ ἀνθρώπεια τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ ὁ προφητικὸς [13] παρεδήλωσε λόγος· οὐ γὰρ ἂν [14] ἀνθρώποις τὸν Θεὸν λόγον ἀπείκασεν, οὐδ' ἂν τοῦτον ἔφη παρὰ Θεοῦ δεδέχθαι [15] τὴν εὐλογίαν. Οὗτος γὰρ ἄβυσσος ἀγαθῶν εὐλογίαν τοῖς πιστοῖς ἀναβλύζουσα. Τὰ [16] ἀνθρώπεια τοίνυν διὰ τῶνδε τῶν λόγων τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ προεθέσπισε. Μηδεὶς δὲ ἀντικρὺς ἐναντία τοὺς προφήτας ἀλλήλοις εἰρηκέναι λεγέτω, Ἡσαΐου ἀκούων βοῶντος· « Εἴδομεν αὐτὸν, καὶ οὐκ εἶχεν εἶδος, οὐδὲ κάλλος, ἀλλὰ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. » Ἐκεῖνα γὰρ τὸν σταυρὸν καὶ τὸ πάθος προαναφωνεῖ, ἃ παροινίας καὶ ὕβρεώς ἐστι [17] μεστά. Διὸ δὴ καὶ ἐπήγαγεν ὁ προφήτης· « Ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, ἠτιμάσθη, καὶ οὐκ ἐλογίσθη, » καὶ τὰ ἄλλα ἑξῆς, τὰ τὸ πάθος μηνύοντα. Ὁ δὲ ψαλμὸς κάλλος αὐτοῦ καλεῖ, οὐ τὸ τοῦ σώματος, ἀλλὰ τῆς ἀρετῆς καὶ πάσης δικαιοσύνης, τὸ ἁμαρτίας οὐ δεξάμενον σπῖλον, τὸ πάσης κηλίδος ἐλεύθερον.

ε'. « Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ. Τῇ [18] ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου, καὶ ἔντεινον [19], καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε. » Τὴν ὥραν διαγράψας καὶ τὴν σοφίαν, ὑποδείκνυσι καὶ τὴν δύναμιν καὶ τὴν πανοπλίαν, ᾗ χρησάμενος τοὺς ἐναντίους κατέλυσε. Καὶ τὸ πάντων ἡμᾶς παραδοξότατον πρᾶγμα διδάσκει. Αὐτὴν γὰρ αὐτοῦ τὴν ὥραν, καὶ πανοπλίαν λέγει, καὶ δύναμιν. « Περίζωσαι » γάρ, « φησὶ, τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατὲ, τῇ ὡραιότητί σου καὶ τῷ κάλλει σου. » Καὶ εἰρηκὼς, « Ἔντεινον, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, » εὐθὺς ἐπήγαγεν· « Ἕνεκεν ἀληθείας, καὶ πραότητος [20], καὶ δικαιοσύνης. » Σαφῶς διὰ τούτων διδάσκων, ὡς ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ πραότης, καὶ ἡ δικαιοσύνη, καὶ κάλλος αὐτοῦ καὶ δύναμις καὶ πανοπλία ἐστὶ [21], καὶ νίκη. Ἔστι δὲ ἀκοῦσαι αὐτοῦ [22] τοῦ Κυρίου λέγοντος, « Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ, ὅτι πρᾶός εἰμι, καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ, καὶ εὑρήσετε ἀνάπαυσιν ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν. » Καὶ πάλιν [23], « Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. » Καὶ πρὸς τὸν θεσπέσιον [24] Ἰωάννην· « Ἄφες ἄρτι, οὕτω γὰρ πρέπον ἡμῖν ἐστι πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην. » Καὶ διὰ τούτων τοῦ ἀλάστορος τὴν τυραννίδα κατέλυσε, καὶ τὸν θάνατον ἔλυσε, καὶ τοῖς πεπιστευκόσι παρέσχε τὴν σωτηρίαν. « Καὶ [25] ὁδηγήσει σε θαυμαστῶς ἡ δεξιά σου. » Ἐπειδὴ γὰρ ῥομφαίας ἐμνημόνευσεν, ἀκολούθως καὶ δεξιᾶς ἐποιήσατο μνήμην. Δεξιὰ δὲ αὐτοῦ, τὰ δεξιὰ βουλεύματα, οἷς κεχρημένος τὴν τῆς ἁμαρτίας οὐκ ἐδέξατο προσβολήν.

et hæc non temporanea tibi sunt, sed perennia habes. Sciendum est autem propheticum sermonem non divina sed humana Domini Christi demonstrasse : non enim hominibus Deum Verbum comparavit, neque hunc a Deo benedictionem accepisse dixit. Hic enim abyssus bonorum est, benedictionem fidelibus effundens. Humana igitur Christi Domini his verbis prædixit. Cæterum nemo suspicetur prophetas sibi invicem contradixisse, Isaiam audiens exclamantem [k] : « Vidimus ipsum, et non habebat speciem, neque pulchritudinem : sed species ejus despecta, deterior filiis hominum. » Illa enim crucem et cruciatus prædicunt, quæ violentia et contumeliis referta sunt. Unde subjunxit propheta : « Homo percussus, et sciens ferre infirmitatem, despectus est, et non reputatus est, » et alia quæ sequuntur, quæ passionem indicant. Psalmus autem ejus pulchritudinem vocat, non corporis, sed virtutis, et totius justitiæ, quæ non admisit labem peccati, sed fuit omnis maculæ expers.

889 Vers. 4, 5. « Accinge te gladio tuo super femur tuum, potentissime. Specie tua et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. » Descripta specie et sapientia, ostendit et potentiam et arma, quibus usus adversarios profligavit, docetque nos rem omnium maxime admirabilem. Ipsam enim ejus speciem, et arma esse dicit, et potentiam. Nam « Accinge te, inquit, gladio tuo super femur tuum, potentissime : specie tua et pulchritudine tua. » Et cum dixisset : « Intende, prospere procede, et regna, » statim subjunxit : « Propter veritatem, mansuetudinem et justitiam. » Manifesto per hæc docens, veritatem et mansuetudinem, et justitiam ejus esse pulchritudinem, et potentiam, et arma, et victoriam. Licet autem ipsum Dominum audire dicentem : « Discite a me, quoniam mitis sum, et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris [l]. » Et rursus : « Ego sum via, veritas et vita [m]. » Et ad divinum Joannem : « Sine nunc, sic enim convenit nos implere omnem justitiam [n]. » Per hæc autem dæmonis tyrannidem evertit, et mortem dissolvit, et credentibus salutem largitus est. « Et ducet te mirabiliter dextera tua. » Postquam enim gladii meminit, jure dexteræ mentionem fecit. *Dextera* vero ejus, dextera consilia, quibus usus **890** peccati incursum non est passus.

[k] Isa. LIII, 2, 3. [l] Matth. XI, 29. [m] Joan. XIV, 6. [n] Matth. III, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[12] Ὅτι. cod. 1, 2 ὡς. [13] *Προφητικός*. cod. 2 δεσποτικός. [14] Ἂν. Abest a cod. 1, 2. [15] *Δεδέχθαι*. cod. 2 δὲ δέχεσθαι. [16] *Τά*. cod. 3 addit δέ. [17] *Ἐστι*. cod. 1, 2 ὑπῆρχε. [18] *Τῇ — κάλλει σου*. Hæc ad præc. versic. fuissent referenda. [19] cod. 2 ἔντεινε. [20] Rec. lectio h. l. est πραΰτητος. [21] *Ἐστι*. Abest a cod. 1, 2. [22] *Αὐτοῦ*. cod. 1 præm. καί. [23] *Καὶ πάλιν — σωτηρίαν*. Des. apud Cord. p. 846. [24] *Θεσπέσιον*. cod. 2 θεῖον. [25] *Καὶ — δεξιά σου*. Hebr. *docebit te terribilia dextera tua*, quem sensum felicius expresserunt Aquila et Symm.

Digitized by Google

VERS. 6. « Sagittæ tuæ acutæ, potentissime, populi sub te cadent in corde inimicorum regis. » Ordo verborum perplexus est; dicit autem sic: Tu acutis sagittis contra hostes utens, illos quidem recta configes, et eorum corda vulnerabis, populos vero ab illis tyrannide oppressos tuum cultum perdocebis. Sagittæ enim tuæ acutæ, opotentissime, in corde inimicorum regis. His autem vulneratis, populi sub te cadent, debitum honorem tibi exhibentes. Cum per hæc propheticus sermo ea quæ ad incarnationem spectant prædixisset, post hæc naturam ipsius Dei Verbi, qui humanam suscepit, docet.

VERS. 7. « Sedes tua, o Deus, in sæculum sæculi, virga æquitatis, virga regni tui. » Quoniam quæ superius dicta sunt, infra divinam dignitatem erant: « Speciosus forma præ filiis hominum, propterea benedixit tibi Deus in æternum, » merito per hæc docet, et Deum esse eum, et æternum Regem, qui nec principium accepit, nec finem accepturus est. Hoc autem declarat *in sæculum*. Idcirco et Symmachus æternum ipsum dixit: *Thronus tuus, o Deus, æternus*. Cæterum regni æquitatem etiam docet. « Virga enim, inquit, æquitatis, virga regni tui. » Deinde rursus ad ea quæ humanitatem spectant descendit.

VERS. 8. « Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ **891** præ sociis tuis. » Vel secundum Symmachum, *præ amicis tuis*. Socii autem ejus, et amici, et fratres, secundum humanitatem sunt qui crediderunt. Sic et divinus Apostolus ait: « Participes enim [o] Christi facti sumus, si tamen initium substantiæ usque ad finem firmum retineamus [p]. » Et rursus: « Ut sit ipse primogenitus inter multos fratres [p]. » Eodem modo sancto Spiritu unctus est, non ut Deus, sed ut homo. Nam ut Deus Spiritum habet consubstantialem: ut homo autem, veluti quamdam unctionem, cœlestis Spiritus dona accipit. Eodem modo etiam dilexit justitiam, et odit iniquitatem. Nam hæc ad animi electionem pertinent, non ad naturalem potentiam: ut Deus autem, virgam æquitatis et virgam regni habet.

VERS. 9, 10. « Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis, ex quibus delectaverunt te. Filiæ regum in honore tuo. » Porro pro *domibus eburneis*, Aquila et Symmachus, *a templis eburneis* dixerunt. *Vestem* autem, ejus cor-

[o] Hebr. III, 14. [p] Rom. VIII, 29.

ς'. « Τὰ βέλη σου ἡκονημένα, δυνατὲ [26], λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται ἐν [27] καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. » Μεθυπέρβατά ἐστι τὰ ῥήματα [28]· λέγει δὲ, ὅτι τοῖς ὀξέσι βέλεσι κατὰ τῶν πολεμίων χρώμενος, ἐκείνους μὲν εὐθυβόλως βαλεῖς [29], καὶ τὰς καρδίας αὐτῶν κατατρώσεις. Τοὺς δὲ ὑπ' ἐκείνων τυραννουμένους λαοὺς τὴν σὴν διδάξεις προσκύνησιν. Τὰ βέλη σου γὰρ ἡκονημένα, δυνατὲ, ἐν καρδίᾳ τῶν ἐχθρῶν τοῦ βασιλέως. Τούτων δὲ τρωθέντων, λαοὶ ὑποκάτω σου πεσοῦνται, προσφέροντές σοι τὴν ὀφειλομένην προσκύνησιν. Διὰ τούτων τὰ κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν γεγενημένα προαγορεύσας ὁ προφητικὸς λόγος, αὐτοῦ τοῦ ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ Λόγου μετὰ ταῦτα διδάσκει τὴν φύσιν.

ζ'. « Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος [30]· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » Ἐπειδὴ ταπεινότερα τῆς θείας ἦν ἀξίας τὰ ἄνω εἰρημένα, ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων, καὶ διὰ τοῦτο ηὐλόγησέ [31] σε ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα. « Εἰκότως διὰ τούτων διδάσκει, ὅτι καὶ Θεός ἐστιν, καὶ αἰώνιος Βασιλεὺς, καὶ οὔτε ἀρχὴν εἰληφὼς, οὔτε τέλος ληψόμενος. Τοῦτο [32] δηλοῖ τὸ *αἰώνιον*. Διὸ δὴ [33] καὶ ὁ Σύμμαχος αἰώνιον αὐτὸν προσηγόρευσεν [34], *Ὁ θρόνος σου, ὁ Θεὸς, αἰώνιος*. Διδάσκει δὲ καὶ τῆς βασιλείας τὸ δίκαιον. « Ῥάβδος γὰρ εὐθύτητος, ἡ ῥάβδος τῆς βασιλείας σου. » Εἶτα πάλιν ἐπὶ τὰ ἀνθρώπεια [35] καταβαίνει.

η'. « Ἠγάπησας δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησας ἀνομίαν· διὰ τοῦτο ἔχρισέ σε ὁ Θεὸς, ὁ Θεός σου, ἔλαιον ἀγαλλιάσεως, παρὰ τοὺς μετόχους σου. » Ἡ [36] κατὰ τὸν Σύμμαχον, *παρὰ τοὺς ἑταίρους σου*. Μέτοχοι δὲ αὐτοῦ εἰσὶ, καὶ ἑταῖροι, καὶ ἀδελφοὶ, κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα, οἱ πιστεύσαντες [37]. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος λέγει, « Μέτοχοι γὰρ [38] γεγόναμεν τοῦ Χριστοῦ, ἐάνπερ τὴν ἀπαρχὴν [39] τῆς ὑποστάσεως μέχρι τέλους βεβαίαν κατάσχωμεν. » Καὶ πάλιν, « Εἰς τὸ εἶναι αὐτὸν πρωτότοκον ἐν πολλοῖς ἀδελφοῖς. » Οὕτω καὶ τῷ παναγίῳ κέχρισται Πνεύματι, οὐχ ὡς Θεὸς, ἀλλ' ὡς ἄνθρωπος. Ὡς γὰρ Θεὸς, ὁμοούσιον ἔχει τὸ Πνεῦμα· ὡς δὲ ἄνθρωπος, οἷόν τι χρίσμα [40] λαμβάνει τοῦ Πνεύματος τὰ χαρίσματα. Οὕτω καὶ ἠγάπησε δικαιοσύνην, καὶ ἐμίσησεν ἀνομίαν. Γνωμικῆς γὰρ ταῦτα αἱρέσεως [41], οὐ φυσικῆς δυνάμεως· ὡς δὲ Θεὸς, ῥάβδον εὐθύτητος ἔχει τὴν ῥάβδον τῆς βασιλείας.

θ', ι'. « Σμύρνα, καὶ στακτὴ, καὶ κασσία [42] ἀπὸ τῶν ἱματίων σου, ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, ἐξ ὧν εὐφρανάν [43] σε. Θυγατέρες βασιλέων [44] ἐν τιμῇ [45] σου. » Ἀντὶ δὲ *βάρεων ἐλεφαντίνων*, Ἀκύλας [46] καὶ Σύμμαχος, *ἀπὸ ναῶν ἐλεφαντίνων* εἰρήκασιν. Ἰμά-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[26] *Δυνατέ*. Abest a textu Hebr. [27] *Ἐν βασιλέως*. Rectius Aquila et Symm. κατὰ καρδίας οἱ ἐχθροὶ τοῦ βασιλέως. [28] cod. 1 εἰρημένα. [29] cod. 1 καταβαλεῖς. [30] *Τοῦ αἰῶνος*. Des. in cod. 1. [31] cod. 1, 2 εὐλόγησε. [32] *Τοῦτο*. cod. 1, 2 addunt γάρ. [33] *Διὸ δή*. cod. 1 δι' ἃ καί. cod. 2 διὸ καί. [34] *Προσηγόρευσεν*. cod. 2 ἐκάλεσεν. [35] cod. 1 ἀνθρώπινα. [36] *Ἡ*. Abest a cod. 2. [37] *Πιστεύσαντες*. cod. 2 addit εἰς αὐτόν. [38] *Γάρ*. Abest a cod. 1. [39] *Ἀπαρχήν*. cod. 2 ἀρχὴν, quæ est rec. lectio l. c. [40] *Χρίσμα*. cod. 2 præm. καί. [41] cod. προαιρέσεως. [42] cod. 2 κασία. [43] Rec. lectio est ηὔφρανεν. [44] cod. 2 βασιλέως. [45] *Τιμῇ*. cod. 2 præm. τῇ. [46] *Ἀκύλας*. Euseb. et Montf. in Hexapl. ad h. l. Aquilæ tribuunt versionem ἀπὸ ναῶν ὀδόντος.

Digitized by Google

τιον δὲ αὐτοῦ τὸ σῶμα καλεῖ, ὥσπερ καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ καταπέτασμα τοῦτο προσαγορεύει. « Ἔχοντες γὰρ, φησὶ, παῤῥησίαν, ἀδελφοὶ [67], εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων ἐν τῷ αἵματι τοῦ Ἰησοῦ [68], ἣν ἐνεκαίνισεν [69] ἡμῖν ὁδὸν πρόσφατον καὶ ζῶσαν διὰ τοῦ καταπετάσματος αὐτοῦ [70], τουτέστι, τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. » *Σμύρναν* δὲ καλεῖ τὸ πάθος· νεκροῖς γὰρ αὕτη [71] διαφερόντως προσφέρεται· *στακτὴν* δὲ καὶ *κασσίαν*, τὴν ἀπὸ τοῦ πάθους εὐωδίαν. *Βάρεις ἐλεφαντίνας*, ἢ κατὰ τὸν Σύμμαχον καὶ τὸν Ἀκύλαν, *ναοὺς ἐλεφαντίνους*, τὰς περικαλλεῖς καὶ λαμπρὰς ἐκκλησίας, ἃς ἄρχοντες καὶ βασιλεῖς πανταχοῦ γῆς καὶ θαλάσσης ἐδείμαντο. Προλέγει τοίνυν, ὅτι τὸ μὲν πάθος κατὰ τὸ σῶμα γενήσεται [72], εὐωδίας δὲ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐμπλήσει [73], ὡς τοὺς πάλαι πλανωμένους λαοὺς, ἐγεῖραι [74] αὐτῷ εἰς κάλλος ἐξησκημένους ναοὺς, καὶ βασιλικῷ διαλάμποντας κόσμῳ. Τῶν δὲ ἐκκλησιῶν τὴν προῤῥησιν ποιησάμενος, αἳ παστάδων καὶ νυμφώνων ἐπέχουσι τάξιν, εἰκότως καὶ τῆς νύμφης προαγορεύει τὸν κόσμον, καὶ τὴν ὥραν, καὶ τὸ γένος, καὶ τὴν ἁρμόττουσαν αὐτῇ προσφέρει παραίνεσιν. « Παρέστη βασίλισσα [75] ἐκ δεξιῶν σου, ἱματισμῷ [76] διαχρύσῳ περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. » Διὰ τούτων καὶ τοῦ κόσμου τὴν πολυτέλειαν καὶ τὴν ἄκραν αὐτῆς ὑποδείξας τιμὴν, τῷ τε βασιλίδα καλέσαι, καὶ τῷ στῆναι τοῦ [77] τοσούτου βασιλέως ἐκ δεξιῶν, εἰσηγεῖται καὶ παραινεῖ τὰ συμφέροντα.

pus vocat, quemadmodum et divinus Apostolus in Epistola ad Hebræos velamen hoc nuncupat: « Habentes enim, ait, fiduciam, fratres, in introitu sanctorum in sanguine Christi, quam initiavit nobis viam novam, et viventem per velamen ejus, id est, carnem suam [q]. » **892** *Myrrham* vero dicit passionem, hæc enim mortuis potissimum applicatur. *Guttam* autem et *casiam*, suavem odorem, qui e passione emanat. *Domos eburneas*, vel, secundum Symmachum et Aquilam, *templa eburnea*, pulcherrimas et splendidas ecclesias, quas principes et reges ubique per terram et mare erexerunt. Prædicit igitur passionem circa corpus futuram, et odoris suavitate totum orbem impleturam: adeo ut populi qui olim errabant, templa ipsi erigant pulcherrime elaborata, et regio ornatu micantia. Postquam autem de ecclesiis vaticinatus est, quæ thalamorum et nuptialium cubiculorum loco sunt merito sponsæ quoque ornamentum exponit, et speciem, et genus, et congruentem admonitionem adhibet. « Astitit regina a dextris tuis, vestitu deaurato amicta, variegata. » Cum in his magnificentiam ornamenti et eximium ejus honorem ostendisset, reginam appellando, eamque a dextra tanti regis collocando, instituit et admonet ea quæ utilia sunt.

ια'. « Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου· καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. » Ταῦτα δὲ οὐδαμῶς Ἰουδαίοις ἁρμόττει ἐπ' εὐσεβείᾳ προγόνων σεμνυνομένοις, δι' οὓς [78] καὶ ἐπὶ πλεῖστον τῆς θείας κηδεμονίας ἀπέλαυσαν. Ἰουδαίοις γὰρ τῇ τῶν πατέρων ἀκολουθεῖν εὐσεβείᾳ κελεύει, οὐκ ἐπιλανθάνεσθαι τῶν πατέρων παρεγγυᾷ· ἡ δὲ ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησία, πατέρας ἔσχε καὶ προγόνους εἰδώλοις δεδουλευκότας. Ταύτην [79] τοιγαροῦν συμβουλεύει μηδὲν τῶν πατρῴων [80] ἐθῶν ἐν [81] τῇ μνήμῃ καταλιπεῖν· καὶ θυγατέρα δὲ αὐτὴν ὀνομάζει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ὡς τὴν πνευματικὴν ἀναγέννησιν δεξαμένην. Ὑπισχνεῖται δὲ αὐτῇ φυλαττούσῃ τὰς ὑποθήκας τοῦ βασιλέως τὸν ἔρωτα.

Vers. 11. « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populi tui, et domus patris tui. » Porro hæc nequaquam Judæis congruunt, qui ob majorum pietatem efferuntur, propter quos diutissime a divina Providentia protecti sunt. Nam Judæos jubet parentum pietatem sequi, hortaturque ne majorum obliviscantur: gentium autem ecclesia parentes et majores idolis **893** servientes habuit. Idcirco huic suadet ne ullum vestigium paternæ consuetudinis in memoria relinquat: et filiam ipsam nominat Spiritus sanctus, eo quod spiritualem regenerationem acceperit. Promittit autem ipsi mandata custodienti regis amorem. Sic enim ait:

ιβ'. « Καὶ [82] ἐπιθυμήσει [83] ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου. » Εἶτα καὶ τὴν αὐτῆς φύσιν, καὶ τὴν [84] τοῦ βασιλέως ἀξίαν διδάσκει.

Vers. 12. « Et concupiscet rex decorem tuum. » Deinde et ejus naturam, et regis dignitatem edocet.

« Ὅτι αὐτός ἐστι Κύριός σου, καὶ [85] προσκυνήσεις αὐτῷ. [ιγ'] Καὶ θυγάτηρ Τύρου ἐν δώροις. » Οἱ

« Quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabis eum. [Vers. 13.] Et filia Tyri cum muneri-

[q] Hebr. x, 19, 20.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[67] *Ἀδελφοί.* cod. 2 ἀγαπητοὶ, præm. voci παῤῥησίαν. Rec. lectio l. c. est ἀδελφοί. [68] *Ἰησοῦ.* cod. 1, υἱοῦ. [69] *Ἐνεκαίνισεν.* cod. 1 ἐκαίνισεν. [70] *Αὐτοῦ.* Abest a l. c. et a cod. 2. [71] cod. 2 αὐτή. [72] cod. 1, 2 γεγένηται. [73] *Ἐμπλήσει.* cod. 2 πληρώσει. [74] *Ἐγεῖραι.* cod. 1, 2 præm. ναοὺς, quod deinde omissum post ἐξησκημένους. [75] *Βασίλισσα.* cod. 1, 2 præm. ἡ. [76] *Ἱματισμῷ.* cod. 1, 2 præm. ἐν. [77] *Τοῦ.* Abest a cod. 2. [78] *Οὓς.* cod. 2 ἧς, omisso sequente καί. [79] cod. 1 ταύτῃ. [80] cod. 2 πατέρων. [81] *Ἐν.* Abest a cod. 1. [82] *Καὶ ἐπιθυμήσει.* cod. Vatic. ὅτι ἐπεθύμησεν. [83] *Ἐπιθυμήσει.* cod. 1 addit γάρ φησι. [84] *Τήν.* In cod. 1, 2 ponitur ante ἀξίαν. [85] *Καὶ — δώροις.* Propius ad Hebr. veritatem accedit hæc lectio, quam recepta, καὶ προσκυνήσουσιν αὐτῷ θυγατέρες Τύρου ἐν δώροις.

Digitized by Google

bus. » Alii quidem tres interpretes jubent ut ipsa filia adoret. Aquila sane et Theodotio sic ediderunt : *Et adorato ipsum :* Symmachus vero sic : *Ipse enim Dominus tuus, et adora ipsum.* Septuaginta autem docent reginam, non ipsius solum Dominum esse sponsum, sed etiam eorum qui adhuc contradicere audent : sic ut filiæ quoque Tyri dona offerant, et servitutem ostendant. Per has autem universam innuit impietatem. Mos enim est Scripturæ sacræ a parte totum demonstrare. Sic alibi hi per Libanum omnem superstitionis cessationem prædicit. Nam Libanus, inquit, cum excelsis cadet. Porro in sequentibus de pluribus mentionem facit : « Vultum tuum deprecabuntur divites plebis. » Vultus autem Ecclesiæ proprie quidem **894** ipse Dominus est. Est enim caput corporis : « Ipsum enim, ait, constituit caput super omnia Ecclesiæ [r]. » Deinde sacerdotum etiam ordo veluti quædam facies est Ecclesiæ, tanquam majori spirituali dignitate exornatus. Cæterum prophetiæ hujus eventum licet intueri : quandoquidem homines divitiis affluentes, et maximarum dignitatum splendore illustres, honorant Ecclesiæ faciem quæ dicitur. Quoniam autem dixit reginam vestitu deaurato indutam esse, vilitas autem vestimentorum decorat virtutis athletas, et ideo [*] hujusmodi vestibus utuntur, ornatus pompam interpretatur.

μὲν οὖν ἄλλοι τρεῖς ἑρμηνευταὶ αὐτὴν ἐκέλευσαν ποιήσασθαι τὴν προσκύνησιν. Καὶ ὁ μὲν Ἀκύλας καὶ ὁ Θεοδοτίων ἡρμήνευσαν· *Καὶ προσκύνησον αὐτῷ.* Ὁ δὲ Σύμμαχος· *Αὐτὸς γὰρ Κύριός σου, καὶ προσκύνει* [66] *αὐτόν* [67]. Οἱ δὲ Ἑβδομήκοντα τὴν βασιλίδα διδάσκουσιν, ὅτι οὐκ αὐτῆς [68] ἐστι μόνος Κύριος ὁ νυμφίος, ἀλλὰ καὶ τῶν ἔτι ἀντιλέγειν τολμώντων· ὡς καὶ τῆς Τύρου τὰς θυγατέρας δῶρα προσοῖσαι, καὶ τὴν δουλείαν δηλῶσαι [69]. Διὰ τούτων δὲ πᾶσαν ἠνίξατο τὴν ἀσέβειαν. Σύνηθες γὰρ τῇ Γραφῇ [70] τὸ πᾶν ἀπὸ μέρους δηλοῦν. Οὕτως [71] ἀλλαχοῦ διὰ τοῦ Λιβάνου πᾶσαν τῆς δεισιδαιμονίας τὴν παῦλαν προαγορεύει. Ὁ γὰρ Λίβανος, φησί, σὺν τοῖς ὑψηλοῖς πεσεῖται. Ἐν δὲ τοῖς ἑξῆς καὶ πλειόνων μέμνηται· « Τὸ πρόσωπόν σου λιτανεύσουσιν οἱ πλούσιοι τοῦ λαοῦ αὐτοῦ [72] » Πρόσωπον δὲ τῆς Ἐκκλησίας [73] κυρίως μὲν αὐτὸς ὁ [74] Δεσπότης· κεφαλὴ [75] γάρ ἐστι τοῦ σώματος· « Αὐτὸν γάρ, φησὶν, ἔδωκε κεφαλὴν ὑπὲρ πάντα τῇ Ἐκκλησίᾳ. » Ἔπειτα δὲ καὶ τὸ ἱερατικὸν τάγμα οἷόν τι πρόσωπον ὑπάρχει τῆς Ἐκκλησίας, ἅτε δὴ πλείονα πνευματικὴν [76] περιβεβλημένον ἀξίαν. Ἔστι [77] δὲ ἰδεῖν καὶ τήνδε τὴν προφητείαν δεξαμένην τὸ πέρας· οἱ γὰρ πλούτῳ κομῶντες, καὶ τῶν μεγίστων ἀξιωμάτων τὴν περιφάνειαν ἔχοντες, τὸ καλούμενον τῆς Ἐκκλησίας γεραίρουσι πρόσωπον. Ἐπειδὰν [78] δὲ ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλῆσθαι ἔφη τὴν βασιλίδα· εὐτέλεια δὲ περιβολαίων κοσμεῖ [79] τοὺς τῆς ἀρετῆς ἀθλητάς· διὸ δὴ καὶ τοιούτοις [80] κεχρημένοι διατελοῦσιν, ἑρμηνεύει [81] τοῦ κόσμου τὴν πολυτέλειαν.

VERS. 14, 15. « Omnis gloria filiæ regis intus, in fimbriis aureis. Amicta, variegata. » Intus, inquit, habet virtutis decorem, et variis Spiritus sancti gratiis effulget. Quoniam enim diversæ sunt divini Spiritus operationes (nam diversa quidem sunt donorum gratiæ genera, sed idem est Spiritus, et huic quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem scientiæ secundum eumdem Spiritum, alii vero data est fides in eodem Spiritu, alii prophetia, alii **895** genera linguarum [s]), ex multis autem hominibus, qui varia Spiritus dona acceperunt, Ecclesia conflata est, merito fimbriis aureis comparat gratiarum divisionem. Fimbriæ enim a se invicem divisæ sunt, et rursus conjunguntur, quippe quæ ex eadem stola dependent.

ιδ', ιε'. « Πᾶσα ἡ δόξα τῆς [82] θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν [83], ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς. Περιβεβλημένη, πεποικιλμένη. » Ἔνδοθεν ἔχει, φησὶ, τῆς ἀρετῆς τὴν εὐπρέπειαν, καὶ τοῖς παντοδαποῖς τοῦ ἁγίου [84] Πνεύματος διαλάμπει χαρίσμασιν. Ἐπειδὴ [85] γὰρ διάφοροι τοῦ θείου Πνεύματος αἱ ἐνέργειαι· διαιρέσεις [86] γὰρ χαρισμάτων εἰσὶ, τὸ δὲ αὐτὸ Πνεῦμα· καὶ ᾧ μὲν διὰ τοῦ Πνεύματος δίδοται λόγος σοφίας, ἄλλῳ δὲ γνώσεως [87] κατὰ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, ἑτέρῳ δὲ πίστις ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι [88], ἄλλῳ δὲ προφητεία, ἄλλῳ δὲ γένη γλωσσῶν· ἐκ πολλῶν δὲ πνευματικῶν ἀνθρώπων δεξαμένων διάφορα χαρίσματα ἡ Ἐκκλησία συνέστηκεν· εἰκότως κροσσοῖς ἀπείκασε χρυσοῖς τὴν τῶν χαρισμάτων διαίρεσιν. Διῄρηνται γὰρ ἀπ' ἀλλήλων οἱ κροσσοὶ, καὶ πάλιν ἥνωνται ὡς τῆς αὐτῆς ἐξηρτημένοι στολῆς.

[r] Ephes. I, 22. [s] I Cor. XII, 4-11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[66] cod. 2 προσκυνήσεις. Montf. in Hexaplis ad h. l. habet προσκύνησον. [67] cod. 1, 2 αὐτῷ. [68] cod. 2 αὐτός. [69] cod. 2 δουλῶσαι. [70] *Γραφῇ.* cod. 1, 2 præm. θείᾳ. [71] *Οὕτως — μέμνηται.* Des. apud. Cord. p. 854. [72] *Αὐτοῦ.* Abest a cod. 1. cod. 2 autem habet σου. cod. Vatic. τῆς γῆς. [73] *Ἐκκλησίας.* In cod. 2 sequitur ὁ Χριστὸς, addito colo. [74] *Αὐτὸς ὁ.* cod. 2 ὁ αὐτός. [75] *Κεφαλὴ — ἐκκλησίᾳ.* Des. apud Cord. p. 854. [76] *Πνευματικήν.* Abest a cod. 2. [77] *Ἔστι — πέρας.* Hæc, et quæ deinde sequuntur, ἐπειδὰν — πολυτέλειαν, des. apud Cord. l. c. [78] cod. 1 ἐπεί. cod. 2 ἐπειδή. [79] cod. 1 κοσμεῖται. [80] cod. 2. τούτοις. [81] *Ἑρμηνεύει.* cod. 2 præm. εἶτα. [82] *Τῆς.* cod. Vatic. αὐτῆς, litteram enim ultimam vocis כבודה nonnulli suffixum femin. esse putarunt. [83] *Ἔσωθεν.* Præferenda est hæc lectio cod. Alex. illi quam habet Vatic. Ἐσεβών. [84] *Ἁγίου.* cod. 1 παναγίου. [85] *Ἐπειδὴ — γλωσσῶν.* Des. apud Cord. p. 854, ubi hæc adhuc ad vers. 11 relata sunt. [86] *Διαιρέσεις — γένη γλωσσῶν.* Hæc quasi epitomen exhibent eorum quæ I Cor. XII, 4-10 pluribus exponuntur. [87] *Γνώσεως.* cod. 1, 2 præm. λόγος. [88] *Πνεύματι.* cod. 1, 2 addunt, ἄλλῳ δὲ χαρίσματα ἰαμάτων ἐν τῷ αὐτῷ Πνεύματι. Hæc ob ὁμοιοτέλευτα excidisse videntur, et ad v. 9, l. c. pertinent.

Digitized by Google

« Ἀπενεχθήσονται [89] παρθένοι [90] τῷ βασιλεῖ ὀπίσω αὐτῆς, αἱ πλησίον αὐτῆς [91] ἀπενεχθήσονταί σοι. [ις'.] Ἀπενεχθήσονται ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀγαλλιάσει· ἀχθήσονται εἰς ναὸν βασιλέως. » Ἐπειδὴ γὰρ οὐχ ἅπαντες τὴν ἄκραν ἔχουσι τελειότητα, τοὺς μὲν καλεῖ *νύμφην*, ὡς τελείους ἐν ἀρετῇ, τοὺς δὲ *παρθένους*, ὡς ἀκήρατον φυλάξαντας ἣν παρέλαβον πίστιν. Λέγει δὲ ὅμως καὶ ταύτας ἀκολούθους εἶναι τῆς βασιλίδος, καὶ εἰς τὸν βασιλικὸν σὺν αὐτῇ εἰσιέναι [92] νεών. Ταύτην ἡμᾶς τὴν διαφορὰν ὁ [93] Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς [94] Εὐαγγελίοις ἐδίδαξε, φήσας· « Πολλαὶ μοναὶ παρὰ τῷ Πατρί μου. » Συνῳδὰ [95] καὶ ὁ μακάριος [96] ἔφη Παῦλος, « Ἐπειδὴ γὰρ δι ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου [97] ἀνάστασις νεκρῶν· ὥσπερ [98] γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται, ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. »

ιζ'. « Ἀντὶ τῶν πατέρων σου ἐγεννήθησαν οἱ υἱοί σου [99], καταστήσεις αὐτοὺς ἄρχοντας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Εἰπάτωσαν Ἰουδαῖοι, τίνας ἔσχον υἱοὺς πάσης ἄρξαντας τῆς οἰκουμένης; Ἀλλ' [1] οὐκ ἂν δείξαντο [2]· οὔτε γὰρ ἦρξαν, οὔτε ἄρχουσιν, ἀλλὰ τὴν ἐσχάτην δουλείαν δουλεύουσιν [3], οἱ δὲ θεῖοι ἀπόστολοι, πατέρας ἐσχηκότες τοὺς πατριάρχας, γῆς καὶ θαλάττης καὶ μετὰ θάνατον ἄρχουσιν οἱόν [4] τινες ὕπαρχοι, καὶ στρατηγοί, καταστάντες ὑπὸ τοῦ παμβασιλέως Χριστοῦ. Καὶ οἱ μετ' ἐκείνους δὲ, οὓς οὐκ ἂν τις ἁμάρτοι καλέσας τῆς Ἐκκλησίας υἱοὺς, οἱ νικηφόροι φημὶ μάρτυρες τὴν αὐτὴν ἐτάχθησαν διέπειν ἀρχήν, καὶ πάντας ἔχουσι νῦν [5] ὑπηκόους· τοὺς μὲν πόθῳ τοῦτο ποιεῖν αἱρουμένους, τοὺς δὲ τῷ φόβῳ βιαζομένους.

ιη', ιθ'. « Μνησθήσομαι [6] ὀνόματός [7] σου [8] ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ. Διὰ τοῦτο λαοὶ ἐξομολογήσονταί σοι εἰς τὸν αἰῶνα [9] τοῦ αἰῶνος. » Ταῦτα προθεσπίσας ὁ Ψαλμῳδὸς, ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ διὰ τῶν κατὰ καιρὸν εὐσεβῶν τὸ ὄνομα τὸ θεῖον ἀνυμνεῖν ὑπισχνεῖται. Οὕτω γὰρ καὶ οἱ τρεῖς ἐξέδωκαν· « Ἀνυμνήσω [10] τὸ ὄνομά σου καθ' ἑκάστην γενεὰν, διὰ τοῦτο λαοὶ ὑμνήσουσί σε εἰς αἰῶνα [11] διηνεκῶς. » Τῇ γὰρ ὑπ' ἐμοῦ συγγραφείσῃ χρώμενοι μελῳδίᾳ πάντες οἱ κατὰ τὴν οἰκουμένην λαοὶ, καὶ διὰ ταύτης τὴν παρασχεθεῖσαν αὐτοῖς σωτηρίαν [12] ἄνωθεν προρρηθεῖσαν μανθάνοντες, σὲ τὸν εὐεργέτην καὶ χορηγὸν τῶν ἀγαθῶν ἀνυμνοῦντες διατελέσουσι [13].

« Adducentur regi virgines post eam, proximæ ejus afferentur tibi. [Vers. 16.] Afferentur in lætitia et exsultatione, adducentur in templum regis. » Quoniam enim non omnes summam habent perfectionem, alios quidem vocat *sponsam*, ut virtute perfectos, alios vero vocat *virgines*, ut fidem quam acceperunt sinceram conservantes. Dicit tamen etiam has pedissequas esse reginæ, atque in regium templum simul cum ipsa ingredi. Hanc nos differentiam docuit Christus in sacris Evangeliis, dicens : « Multæ mansiones apud Patrem meum [1]. » His similia dixit etiam beatus Paulus : « Quoniam enim per hominem mors, per hominem etiam resurrectio mortuorum : sicut enim in Adamo omnes moriuntur, sic et in Christo omnes reviviscent, unusquisque autem in suo ordine [u]. »

Vers. 17. « Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram. » Dicant Judæi quosnam habuerint filios qui toti terrarum orbi imperarint? Certe hoc ostendere non possunt : neque enim imperarunt, neque imperant, sed **896** extremam servitutem serviunt. Divini autem apostoli, cum patres habuerint patriarchas, terra marique etiam post mortem dominantur, velut quidam præfecti et magistri militum a Christo omnium rege constituti. Et qui post illos secuti sunt, quos qui Ecclesiæ filios nominarit non errabit, triumphatores, inquam, martyres, præpositi sunt ut idem imperium gerant, et omnes nunc habent subditos, hos quidem amore ultro hoc facientes, illos vero timore coactos.

Vers. 18, 19. « Memor ero nominis tui in omni generatione et generatione. Propterea populi confitebuntur tibi in sæculum sæculi. » Hæc vaticinando prædicit Psalmista, et pollicetur se in unaquaque generatione per homines pios qui quocunque tempore erunt, divinum nomen esse celebraturum. Sic enim etiam tres interpretes ediderunt : « Cantabo nomen tuum per singulas generationes, propterea populi celebrabunt te in sæculum semper. » Utentes enim carminibus a me compositis, omnes populi qui ubique terrarum habitant, et per hæc carmina salutem ipsis concessam multo ante prædictam discentes, te beneficii auctorem, et bonorum largitorem celebrare non desinent.

[1] Joan. xiv. 2. [u] I Cor. xv, 21-23.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[89] cod. 2 ἐπενεχθήσονται. [90] *Παρθένοι*. In cod. 1, 2 ponitur post βασιλεῖ, quæ est recepta lectio h. l. [91] *Αἱ πλησίον αὐτῆς*. Anonymus apud Montf. et Drus. ad h. l. habet αἱ φίλαι αὐτῆς. [92] cod. 2 συνιέναι. [93] *Ὁ*. cod. 1, 2 præm. καί. [94] *Ἱεροῖς*. Abest a cod. 1. [95] *Συνῳδὰ — τάγματι*. Des. apud Cord. p. 856. [96] *Μακάριος*. cod. 2 θεῖος. [97] cod. 1 ἄνθρωπον. [98] *Ὥσπερ — ζωοποιηθήσονται*. cod. 2 καὶ κατωτέρω. [99] *Οἱ υἱοί σου*. cod. Vatic. σοι υἱοί. Chrys. ad h. l. ἔσονταί σοι υἱοί σου. [1] *Ἀλλ' — ἄρχουσιν*. Des. apud Cord. l. c. [2] cod. 1, 2 δείξαιεν. [3] cod. 1 δουλεύουσιν. [4] *Οἷον — βιαζομένους*. Apud Cord. l. c. hæc pauca tantum leg. καὶ μετ' ἐκείνους οἱ θεῖοι μάρτυρες. [5] *Νῦν*. Abest a cod. 2. [6] *Μνησθήσομαι*. Rec. lectio h. l. est μνησθήσονται, sed singularem numerum, quem etiam ed. Ald. et Complut. exprimunt. Postulat textus Hebr. [7] *Ὀνόματος*. cod. 1, 2 præm. τοῦ. [8] *Σοῦ*. Abest a cod. 1. [9] *Αἰῶνα*. cod. 2 addit καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, secundum rec. lectionem τῶν ο'. [10] cod. 1 ἀναμνήσω. Sicque Montf. in Hexaplis ad h. l. lectionem trium istorum interpretum exhibet. [11] *Αἰῶνα*. cod. 1 præm. τόν. [12] *Σωτηρίαν*. In cod. 1 ponitur post ἄνωθεν. [13] cod. 2 διατελοῦσι.

Digitized by Google

VERS. 1. « In finem. Pro filiis Core, pro occultis. » Quæ **897** post longam temporis seriem futura sunt, vaticinans sermo propheticus, rursus *in finem* inscripsit psalmum, admonens ut prædictionis finis exspectetur. Prædicit autem insultus contra Ecclesiam factos, et auxilium e cœlo post hæc exhibitum, et pacem qua nunc fruitur. Sciendum sane est nonnullos existimasse præsentem psalmum in Gogum et Magogum compositum esse; alios vero in Achasum et Pekam; alios in Ezechiam et Assyrium. Verum interpretatio singulorum ostendet, Deo duce, sensum psalmi nemini e supradictis convenire.

α΄. « Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορὲ, ὑπὲρ τῶν κρυφίων [14]. » Τὰ [15] μετὰ πολλὴν χρόνου περίοδον ἔνθεν [16] ἐσόμενα προαγορεύων προφητικὸς λόγος, πάλιν *εἰς τὸ τέλος* ἐπέγραψε τὸν ψαλμὸν, ἀναμεῖναι τῆς προφητείας τὸ τέλος παρεγγυῶν. Προλέγει δὲ τὰς κατὰ τῆς Ἐκκλησίας γεγενημένας ἐπαναστάσεις, καὶ τὴν μετὰ ταῦτα παρασχεθεῖσαν οὐρανόθεν βοήθειαν, καὶ τὴν νῦν [17] πολιτευομένην εἰρήνην. Ἰστέον μέντοι, ὥς τινες εἰς τὸν Γὼγ καὶ Μαγὼγ ὑπέλαβον εἰρῆσθαι [18] τὸν προκείμενον ψαλμόν· τινὲς δὲ εἰς τὸν Ἄχαζ, καὶ τὸν Φακεέ· ἄλλοι δὲ εἰς τὸν Ἐζεκίαν, καὶ τὸν Ἀσσύριον. Δείξει δὲ σὺν Θεῷ φάναι ἡ κατὰ μέρος ἑρμηνεία, ὡς οὐδενὶ τῶν εἰρημένων ἁρμόττει ἡ τοῦ ψαλμοῦ διάνοια.

VERS. 2. « Deus noster refugium et virtus, adjutor in tribulationibus quæ invenerunt nos valde. » Postquam prædixit superior psalmus Ecclesiam ex impiis gentibus collectam reginam fore ostenditque ejus filios totius orbis principes futuros, declarat hoc loco tumultus qui in principio prædicationis facti sunt, consurgentibus adversariis, et fideles impugnantibus. Deinde verbis adumbrat quo pacto cœtus eorum qui persecutionem passuri erant, fretus et munitus spe divina [*] irruentes procellas despecturus sit. Habentes enim, inquit, pro inexpugnabili vallo Deum omnium conditorem, afflictiones quascunque minime sentimus.

β΄. « Ὁ Θεὸς ἡμῶν καταφυγὴ καὶ δύναμις, βοηθὸς ἐν θλίψεσι ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς [19] σφόδρα. » Προθεσπίσας ὁ προτεταγμένος ψαλμὸς περὶ τῆς ἐκ δυσσεβῶν ἐθνῶν συλλεγείσης Ἐκκλησίας, καὶ βασιλίδος γεγενημένης, καὶ δείξας τοὺς υἱοὺς [20] αὐτῆς ἄρχοντας πάσης ἀποφανθέντας [21] τῆς γῆς, ὑποδείκνυσιν ἐνταῦθα τοὺς γεγενημένους θορύβους ἐν ἀρχῇ τοῦ κηρύγματος, τῶν ἀντιλεγόντων ἐπανισταμένων, καὶ τοῖς πιστεύουσι πολεμούντων. Εἶτα προδιαγράφει τῷ λόγῳ, ὅπως ὁ τῶν διωκομένων χορὸς τῇ εἰς τὸν Θεὸν ἐλπίδι πεφραγμένος, τῶν προσβαλλόντων [22] καταφρονήσει [23] κυμάτων. Περίβολον γὰρ, φησὶν [24], ὀχυρὸν ἔχοντες τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, τῶν παντοδαπῶν οὐκ αἰσθανόμεθα θλίψεων.

VERS. 3. « Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, et transferentur montes in cor maris. » **898** Similia quædam et divinus prædixit Isaias : « Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur, et redigentur obliqua in rectum, et aspera in vias planas [α]. » Et *vallem* quidem vocat cavas et humiles gentes altitudine carentes, quas sermone doctrinæ implendas esse vaticinatus est. *Montes* vero et *colles*, nominavit dæmonum delubra : et illorum varias fallacesque artes deprimendas et ad nihilum redigendas prædixit. Quapropter etiam hic propheticus sermo eos qui Salvatori crediderint, vociferantes inducit, quasi dicerent : Nullam timoris tempestatem animo admissuri sumus, cum viderimus terram turbari, et in abyssum dæmones expelli, conantes perturbare homines ab ipsis vexatos. Prædicit autem eadem opera propheticus sermo, impietatem immuu-

γ΄. « Διὰ τοῦτο οὐ φοβηθησόμεθα ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν, καὶ μετατίθεσθαι ὄρη ἐν καρδίαις θαλασσῶν. » Τοιαῦτά [25] τινα καὶ ὁ θεῖος προηγόρευσεν Ἡσαΐας· « Πᾶσα φάραγξ πληρωθήσεται, καὶ πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται· καὶ ἔσται τὰ σκολιὰ εἰς εὐθεῖαν [26], καὶ ἡ τραχεῖα εἰς ὁδοὺς λείας. » Καὶ *φάραγγα* μὲν καλεῖ [27] τὰ κοῖλα καὶ ταπεινὰ ἔθνη, τὰ τοῦ ὕψους ἐστερημένα· ἃ τῷ διδασκαλικῷ πληρωθήσεσθαι προεθέσπισε λόγῳ. Ὄρη δὲ καὶ *βουνοὺς* ὠνόμασε τὰ τῶν δαιμόνων τεμένη· καὶ τὰς παντοδαπὰς ἐκείνων καὶ ἀπατηλὰς ἐνεργείας ταπεινωθήσεσθαι [28], καὶ ἀφανεῖς ἔσεσθαι [29] παντελῶς προηγόρευσε. Τοιγάρτοι κἀνταῦθα ὁ προφητικὸς δείκνυσι λόγος τοὺς τῷ Σωτῆρι πεπιστευκότας βοῶντας, ὡς Οὐδεμίαν δέους ἐν τῇ ψυχῇ δεξόμεθα ζάλην, τὴν γῆν ὁρῶντες ταραττομένην, καὶ τοὺς ἐξελαυνομένους [30] εἰς τὴν ἄβυσσον δαίμονας, κυκᾶν [31] πειρωμένους τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἐνεργουμένους ἀνθρώπους. Προλέγει

[α] Isa. XL, 4.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[14] *Ὑπὲρ τῶν κρυφίων.* Hebr. עַל־עַלְמוֹת, quod Symm. effert ὑπὲρ τῶν αἰωνίων. Aqu. ὅπερ τῶν νεανιοτήτων. [15] *Τὰ — διάνοια.* Des. in cod. 3. [16] *Ἔνθεν.* Abest a cod. 2. [17] *Νῦν.* Abest a cod. 1. [18] *Εἰρῆσθαι.* In cod. 1, 2 ponitur post ψαλμόν. [19] *Ταῖς εὑρούσαις ἡμᾶς.* Præstat anonymi interpretatio εὑρισκόμενος, quam Chrysost. ad h. l. attulit. Alius habet εὑρέθη. [20] *Υἱούς.* Abest a cod. 3. [21] *Ἀποφανθέντας.* In cod. 3 ponitur post τῆς γῆς. [22] cod. 2 προβαλλόντων. [23] cod. 3 κατεφρόνει. [24] *Φησὶν.* Abest a cod. 1. [25] *Τοιαῦτα — βοῶντας.* Des. in cod. 3. Ad pauca hæc videas reducta apud Cord. t. I, p. 874. [26] cod. 2 εὐθεῖα. [27] *Καλεῖ.* Abest a cod. 1. [28] *Ταπεινωθήσεσθαι.* cod. 1, 2 præm. ἃς. [29] *Ἀφανεῖς ἔσεσθαι.* cod. 1 ἀφανισθήσεσθαι. [30] cod. 2 ἐλαυνομένους. [31] *Κυκᾶν — ἀνθρώπους.* Des. in cod. 3.

Digitized by Google

δὲ κατὰ ταὐτὸν ὁ λόγος, ὅτι φροῦδος ἔσται καθάπερ τινὶ παραπεμφθεῖσα βυθῷ ἡ πάλαι κρατήσασα [33] τῶν δαιμόνων ἀσέβεια, ἡ τῶν ὀρῶν μιμουμένη τὸ ὕψος, καὶ τῆς οἰκουμένης ἐπὶ πλεῖον [34] ἐσχηκυῖα τὸ κράτος [35].

δ'. « Ἠχῆσαν καὶ ἐταράχθησαν τὰ ὕδατα αὐτῶν· ἐταράχθησαν τὰ ὄρη ἐν τῇ κραταιότητι αὐτοῦ. » Διδάσκει δὲ ἡμᾶς καὶ ἡ τῶν Πράξεων ἱστορία, ὅπως τῶν ἱερῶν ἀποστόλων τὴν οἰκουμένην περινοστούντων, ζάλης ἐμπίπλαντο [36] καὶ θορύβου [37] αἱ πόλεις. Καὶ γὰρ ἐν Ἐφέσῳ Δημήτριος πᾶσαν τὴν πόλιν ἐκύκησεν [38]· καὶ ἐν Λύστροις καὶ Δέρβῃ ταὐτὸ τοῦτο γεγένηται· καὶ πάλιν ἐν Φιλιππησίοις [39], καὶ Θεσσαλονίκῃ, καὶ Ἀθήναις, καὶ Κορίνθῳ, τῶν τῆς ἀπάτης πνευμάτων ταῦτα διεγειρόντων τὰ κύματα. Ὑπὸ τούτων τινὲς ἐνεργούμενοι κατὰ τῶν ἱερῶν ἑδόων ἀποστόλων, « Οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες, οὗτοι καὶ ἐνθάδε πάρεισι. » Ταῦτα καὶ ὁ μακάριος [40] προηγόρευσεν Ἀββακούμ [41]· « Ἐπεβίβασας γάρ, φησίν, εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου ταράσσοντας ὕδατα πολλά. » Ἵππους δὴ [42] προηγόρευσεν ὡς [43] ὄχημα θεῖον γεγενημένους [44] τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους. Ἐπ' αὐτῶν γὰρ ἐποχούμενος [45] ὁ Δεσπότης, τὰ πολλὰ καὶ διάφορα τῆς ἀσεβείας δόγματα, οἷά [46] τινα ὕδατα διεσκέδασε. Λέγει [46] τοίνυν κἀνταῦθα ὁ προφητικὸς λόγος, ὡς καὶ τὰ ὕδατα ζάλην ἐδέξατο [47], καὶ τὰ ὄρη κλόνους [48] ὑπέμεινε, τοῦ εὐαγγελικοῦ διαπορθμευομένου κηρύγματος. Ἐνταῦθα δὲ *ὄρη* τὸ τῶν δαιμόνων προσηγόρευσε στίφος, διὰ τὸν τῆς ἀλαζονείας ὄγκον, καὶ τοῦ τύφου τὸ ὑψηλόν· *ὕδατα* δὲ τὰς [49] τῶν ἀνθρώπων γνώμας, τὰς δίκην ὑδάτων τῇδε κἀκεῖσε φερομένας ῥᾳδίως, καὶ ὑπὸ τῶν τῆς ἀπάτης κυκωμένας πνευμάτων [50].

ε'. « Τοῦ [51] ποταμοῦ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ. » *Ποταμὸν* [52] δὲ ἐνταῦθα τὸ εὐαγγελικὸν προσηγόρευσε κήρυγμα· *πόλιν* δὲ, τῶν εὐσεβῶν πολίτευμα, τὸ [53] τοῖς τοῦ ποταμοῦ ῥεύμασιν εἰς καρποφορίαν ἀρδόμενον. Τοῦτο σαφέστερον οἱ τρεῖς ἡρμηνεύκασιν· *Τοῦ ποταμοῦ αἱ διαιρέσεις εὐφραίνουσι τὴν πόλιν τοῦ Θεοῦ.* Καθάπερ γὰρ [54] ἡ τοῦ παραδείσου πηγὴ εἰς τέσσαρας ποταμοὺς διῃρέθη· οὕτως οὗτος ὁ τοῦ Θεοῦ ποταμὸς μυρίας ἔσχε

dorum spirituum, quæ antiquitus dominabatur, vanam fore, tanquam ad quamdam hyssum demersam, licet prius celsitudini montium æquata fuerit, et plurimum roboris per orbem terrarum obtinuerit.

Vers. 4. « Sonuerunt et turbatæ sunt aquæ eorum : conturbati sunt montes fortitudine ejus. » Docet autem nos etiam Actuum historia, quemadmodum sacris apostolis terram obeuntibus civitates agitatione et tumultu implebantur. Etenim apud Ephesios Demetrius totam urbem commovit; et hoc idem Lystris 898 et Derbæ accidit; et rursus Philippis, et Thessalonicæ, et Athenis, et Corinthi hoc evenit, fallacibus spiritibus hos fluctus excitantibus. Ab his quidam agitati, contra sacros apostolos clamabant : « Qui orbem terrarum subverterunt, hi etiam hic adsunt [y]. » Hæc et beatus Habacuc prædixit : « Duxisti enim, inquit, in mare equos tuos turbantes aquas multas [z]. *Equos* autem appellavit sacros apostolos, ut qui divinum vehiculum vecti sunt. His enim vectus Dominus, multa et varia impietatis dogmata, veluti quasdam aquas dissipavit. Dicit igitur etiam hic propheticus sermo aquas fluctibus agitatas, et montes terræ motu concussos fuisse, cum Evangelii prædicatio advenisset. Hoc autem in loco *montes* dæmonum agmen nominavit, ob superbiæ fastum, et insolentiæ elationem : *aquas* vero, hominum mentes, quæ aquarum more huc et illuc facile feruntur, et a fallacibus spiritibus 900 commoventur.

Vers. 5. « Fluminis impetus lætificant civitatem Dei. » *Fluvium* vero evangelicam prædicationem dixit : *civitatem*, piorum vitam, quæ fluvii fluxibus irrigatur, ut fructum ferat. Hoc apertius tres interpretes exposuerunt, *Fluvii divisiones lætificant civitatem Dei.* » Sicut enim paradisi fons in quatuor flumina divisus est, sic etiam hic Dei fluvius infinitos habuit et innumerabiles rivos, qui ad omnes hominum gentes pervaserunt. Hic

[y] Act. xvii, 6. [z] Habac. iii, 15.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[33] cod. 1 κρατοῦσα. [34] cod. 3 πλεῖστον. [35] *Κράτος*. Quæ in cod. 3 sequuntur, Εἶτα λέγει ὁ προφητικὸς λόγος, κ. λ. eadem sunt cum illis quæ deinde ad vers. 4 leguntur. [36] cod. 1 ἐνεπίμπλαντο. [37] cod. 3 θορύβων. [38] *Ἐκύκησεν*. cod. 2 ἐκίνησεν. [39] codd. tres Aug. Φιλίπποις. [40] *Μακάριος*. cod. 2 μέγας. [41] cod. 1 Ἀμβακούμ. [42] *Δή*. codd. tres Aug. δέ. [43] *Ὡς*. Abest a codd. Aug. [44] *Γεγενημένους*. In cod. 2 ponitur post ἀποστόλους. [45] cod. 3 ὀχούμενος. [46] *Οἷα — ὕδατα*. Des. in cod. 3. [46] *Λέγει — πνευμάτων*. Hæc fere eadem sunt cum illis quæ Euseb. ad h. l. habet. Apud eumdem in Montf. Coll. nova PP. t. I, p. 193 seq. deprehendi locum istum satis prolixum, qui in cod. nostro 3 sine ulla distinctione sequitur post ἐσκέδασε. Primo ejus verba, quæ statim suspicionem movebant, hæc ad alium quemdam pertinere hæc sunt : Νοήσεις δὲ καὶ ἄλλως τὴν σύγχυσιν τῆς γῆς καὶ τὴν ταραχὴν αὐτῆς, ἀκούων τοῦ Σωτῆρος λέγοντος, Πῦρ ἦλθον βαλεῖν, κ. λ. Quæ sequuntur, eadem sunt cum iis apud Euseb. usque ad verba ista ἥ τε ἀνατροπὴ τῆς πολυθέου πλάνης. Hæc in cod. Aug. excipiunt pauca ista, quæ quia apud Euseb. desiderantur, apponenda esse duxi : Ταῦτα γὰρ οὐ μόνον τὴν δόξαν τοῦ Σωτῆρος παρίστησιν, ἀλλὰ καὶ τὴν κραταιότητα αὐτοῦ καὶ τὴν ἔνθεον ἰσχύν. *Hæc enim non modo gloriam Salvatoris significant, sed etiam fortitudinem ejus ac divinam virtutem.* [47] cod. 2 ἐδέξαντο. [48] cod. 3 κλόνον. [49] *Τὰς*. In cod. 3 ponitur post τῶν ἀνθρώπων. [50] *Πνευμάτων*. In cod. 3 sequuntur quæ in textu nostro præc. Ταῦτα διδάσκει ἡμᾶς, κ. λ. Ita quoque apud Euseb. ad h. l. [51] *Τοῦ — ὁρμήματα*. Hebr. נהר פלגיו : *Ad fluvium quod attinet, rivali ejus*, etc. [52] *Ποταμὸν— πόλιν τοῦ Θεοῦ*. Des. in cod. 3. [53] *Τὸ — ὠρόμασε ποταμούς*. Des. apud Cord. p. 877. [54] *Γάρ*. Abest a cod. 3.

Digitized by Google

enim cucurrit ad Indos, hic vero ad Hispanos; ille rursus Ægyptum, hic Græciam occupavit; et aliis Judæam irrigare commissum est, aliis Syriam et Ciliciam, aliis denique aliarum gentium cultura mandata est. Et hoc ipsum beatus prædixit Habacuc : « Fluviorum enim, inquit, scindetur terra [y], » hoc est, dividetur per rivos terra, recipiens magni fluminis fluenta. Hujus enim divisiones, *fluvios* nuncupavit. « Sanctificavit tabernaculum suum Altissimus. » Quam vocavit civitatem, hanc nominavit *tabernaculum*. « Inhabitabo enim, inquit, in ipsis, et inambulabo, et ero illorum Deus, ipsi erunt mihi populus, dicit Dominus omnipotens [z]. » Eosdem **901** igitur ait et irrigari, et sanctos reddi a Deo universorum.

καὶ ἀριθμοῦ κρείττους διώρυγας [55], εἰς πάντα [56] τῶν ἀνθρώπων τὰ φῦλα διαδραμούσας [57]. Ὁ μὲν γὰρ ἔδραμε πρὸς Ἰνδούς, ὁ δὲ πρὸς [58] Ἱσπανούς· καὶ ὁ μὲν τὴν Αἴγυπτον, ὁ δὲ τὴν Ἑλλάδα κατέλαβε· καὶ ἕτεροι μὲν τὴν Ἰουδαίαν ἐπιστεύθησαν ἄρδειν, ἕτεροι δὲ Συρίαν καὶ Κιλικίαν [59], ἄλλοι [60] δὲ ἄλλων ἐθνῶν τὴν γεωργίαν ἐνεχειρίσθησαν. Καὶ τοῦτο δέ γε ὁ μακάριος [61] προεθέσπισεν Ἀββακούμ· « Ποταμῶν γὰρ, φησὶ, ῥαγήσεται γῆ, » ἀντὶ τοῦ, διανεμηθήσεται κατὰ διωρυγὰς ἡ γῆ, τοῦ μεγάλου ποταμοῦ δεχομένη τὰ ῥεῖθρα. Τὰς γὰρ τούτου διαιρέσεις ὠνόμασε *ποταμούς*. « Ἡγίασε τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος. » Ἦν ἐκάλεσε πόλιν, ταύτην ὠνόμασε *σκήνωμα*. « Ἐνοικήσω γὰρ, φησὶν [62], ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν Θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαὸς, λέγει Κύριος παντοκράτωρ [63]. » Τοὺς αὐτοὺς τοίνυν ἔφη καὶ ἄρδεσθαι καὶ ἁγιάζεσθαι ὑπὸ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ.

A

Vers. 6. « Deus in medio ejus, et non commovebitur. » Hoc et Dominus in sacris Evangeliis promisit : « Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem sæculi [a]. » Et : « Ubi duo vel tres sunt congregati in nomine meo, ibi sum in medio illorum [b]. » — « Adjuvabit eam Deus mane sub diluculo. » Celerem, ait, et velocem suæ civitati opem feret universitatis Dominus. Nam *mane sub diluculo*, celeriter et velociter dixit.

ς'. « Ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται. » Τοῦτο καὶ ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις ὑπέσχετο· « Ἰδοὺ ἐγὼ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. » Καὶ, « Ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι εἰς τὸ ἐμὸν ὄνομα, ἐκεῖ εἰμι [64] ἐν μέσῳ αὐτῶν. » — « Βοηθήσει αὐτῷ [65] ὁ Θεὸς τὸ πρωΐ [66] πρωΐ. » Ταχεῖαν, φησὶ, καὶ ὀξεῖαν τῇ ἑαυτοῦ [67] πόλει παρέξει βοήθειαν τῶν ὅλων ὁ Κύριος. *Πρωΐ* γὰρ *πρωΐ* [68] τὸ ταχὺ καὶ ὀξὺ προσηγόρευσεν.

B

Vers. 7. « Conturbatæ sunt gentes, et inclinata sunt regna : dedit vocem suam Altissimus, et mota est terra. » * Cum, ait, divinum auxilium apparuisset, terga hostes dederunt, et regna quæ olim adversabantur, cervices inclinarunt, et salutare jugum susceperunt. Deus enim veritate rerumque ipsarum testimonio, et omnis generis miraculis, velut quadam voce utens, propriam altitudinem hominibus ostendit, et timore eorum animos implevit.

ζ'. « Ἐταράχθησαν ἔθνη, ἐκλιναν βασιλεῖαι, ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ ὁ Ὕψιστος [69], ἐσαλεύθη ἡ γῆ. » Τῆς θείας, φησὶ [70], βοηθείας ἐπιφανείσης, νῶτα ἔδωκαν οἱ πολέμιοι, καὶ αἱ πάλαι τἀναντία φρονοῦσαι βασιλεῖαι, ὑπέκλινον [71] τὸν αὐχένα, καὶ τὸν σωτήριον ζυγὸν ὑπεδέξαντο. Τῇ γὰρ ἀληθείᾳ, καὶ τῇ τῶν πραγμάτων μαρτυρίᾳ, καὶ ταῖς παντοδαπαῖς θαυματουργίαις [72], οἷόν τινι φωνῇ χρησάμενος ὁ Θεὸς, τὸ οἰκεῖον ὕψος τοῖς ἀνθρώποις ὑπέδειξε, καὶ δέους αὐτῶν ἐνέπλησε τὰς ψυχάς.

C

Vers. 8. « Dominus Deus virtutum nobiscum : auxiliator noster Deus Jacobi. » Superiores igitur inimicis facti sumus, adjutorem habentes cœlestium virtutum Dominum, qui Jacobum lacessitum hostibus potentiorem reddidit, atque ab Esau et Labani insidiis liberavit. **902** Jacobi autem non frustra propheticus sermo mentionem fecit : sed quoniam ille primus gentium vocationem prædixit. « Non deficiet enim, inquit, princeps de Juda, et dux de femore ejus, donec veniat cui repositum est, et ipse exspectatio gentium [c]. » Itaque hic

η'. « Κύριος [73] ὁ Θεὸς [74] τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν, ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. » Κρείττους [75] τοίνυν τῶν πολεμούντων [76] ἀπεφάνθημεν, ἐπίκουρον ἐσχηκότες τὸν τῶν ἐπουρανίων δυνάμεων Κύριον· ὃς τὸν Ἰακὼβ διωκόμενον ἀμείνω τῶν πολεμούντων ἀπέφηνε, καὶ τῆς [77] Ἡσαῦ καὶ τοῦ Λάβαν ἐπιβουλῆς ἠλευθέρωσε. Τοῦ δὲ Ἰακὼβ τὴν μνήμην οὐχ ἁπλῶς ὁ προφητικὸς ἐποιήσατο λόγος, ἀλλ' ἐπειδὴ πρῶτος ἐκεῖνος τὴν τῶν ἐθνῶν προεθέσπισε κλῆσιν. « Οὐκ ἐκλείψει γὰρ, φησὶν, ἄρχων ἐξ Ἰούδα, καὶ ἡγούμενος ἐκ τῶν μηρῶν αὐτοῦ, ἕως ἂν [78] ἔλθῃ ᾧ [79] ἀπόκειται, καὶ αὐτὸς προσ-

D

[y] Habac. III, 9. [z] II Cor. VI, 16. [a] Matth. XXVIII, 20. [b] Matth. XVIII, 20. [c] Gen. XLIX, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[55] *Διωρυγάς*. In cod. 3 seq. ποταμὸν δ' ἐνταῦθά φησι τὸ εὐαγγελικὸν κήρυγμα. [56] *Πάντα*. cod. 3 addit γάρ. [57] cod. 3 διέδραμεν. [58] *Πρός* cod. 2 εἰς. [59] *Κιλικίαν*. cod. 2. Λυκίαν. [60] *Ἄλλοι*. cod. 2 præm. καί. [61] *Μακάριος*. cod. 2 μέγας. [62] *Φησίν*. in cod. 1 ponitur post ἐν αὐτοῖς. [63] *Λέγει Κύριος παντοκράτωρ*. Hæc e vers. 18 l. c. adduntur. [64] *Εἰμι*. cod. 2 addit κἀγώ. [65] cod. 2 αὐτῇ, quæ est rec. lectio h. l. [66] *Πρωΐ*. cod. 1, 2 præm. πρός. codex Vatic. habet τῷ προσώπῳ. [67] *Ἑαυτοῦ*. cod. 2 αὐτοῦ. [68] *Γὰρ πρωΐ*. Des. in cod. 1. In cod. 2 legitur tantum γάρ. [69] *Ὁ ὕψιστος*. Abest a textu Hebr. exstat vero in cod. Alex. [70] *Φησί*. Abest a cod. 2. [71] codd. tres Aug. ὑπέκλιναν. [72] *Θαυματουργίαις*. cod. 1 μαρτυρίαις, ascripta tamen lectione altera. [73] cod. 2 Κύριε. [74] *Ὁ Θεός*. Abest a cod. 1. [75] *Κρείττους — ἠλευθέρωσε*. Des. in cod. 2. [76] cod. 2 πολεμίων, ascripta vero est lectio altera. [77] *Τῆς*. cod. 1, 2 addunt τοῦ. [78] *Ἄν*. cod. 2 οὗ. [79] *ὯΙ*. cod. 2 ὃ. Vid. supra p. 113, n. 6.

Digitized by Google

δοκία ἐθνῶν. » Τῶν ἐθνῶν δὲ κάνταῦθα τὴν μεταβολὴν προθεσπίζων [80], εἰκότως τὸν τοῦ Ἰακὼβ τοῦ ταῦτα προειρηκότος θεὸν ταῦτα ἔφη κατωρθωκέναι.

θ'-ια'. « Δεῦτε καὶ ἴδετε τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ [81], ἃ ἔθετο τέρατα ἐπὶ τῆς γῆς. Ἀνταναιρῶν πολέμους μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς, τόξον συντρίψει, καὶ συνθλάσει [82] ὅπλον, καὶ θυρεοὺς [83] κατακαύσει ἐν πυρί. Σχολάζετε [84] καὶ γνῶτε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός· ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ. » Ταύτην μου τοίνυν ὁρῶντες, ὦ ἄνθρωποι, τὴν ἰσχὺν, καὶ θεώμενοι τὴν ἀθρόαν τῶν πραγμάτων μεταβολὴν, καὶ τὴν ἀπὸ ζάλης μεγίστης γεγενημένην γαλήνην, καὶ τοῦ πολέμου τὴν παῦλαν, καὶ τῆς εἰρήνης τὸ δῶρον, δι' αὐτῶν μάθετε τῶν πραγμάτων, ὡς ἐγὼ τῶν ὅλων εἰμὶ Θεὸς, καὶ τῶν ἁπάντων δημιουργὸς, οὐκέτι μόνοις Ἰουδαίοις, ἀλλὰ γὰρ καὶ πᾶσιν ἔθνεσι, τὸ τῆς δυνάμεως ὕψος [85] ἐπιδεικνύς. Τούτων ὁ ἀποστολικὸς χορὸς ἐπακούσας τῶν λόγων παιανίζων κατὰ τῶν ἀντιπάλων βοᾷ

ιβ'. « Κύριος ὁ Θεὸς [86] τῶν δυνάμεων μεθ' ἡμῶν· ἀντιλήπτωρ ἡμῶν ὁ Θεὸς Ἰακώβ. » Εἰπάτωσαν [87] τοίνυν οἱ τὸν ψαλμὸν εἰς τὸν Γὼγ εἰληφότες, ἢ οἱ τῷ Ἄχαζ τοῦτον [88] ἁρμόττειν [89] εἰρηκότες, πῶς ἐκείναις ἁρμόττει ταῖς ἱστορίαις τὸ, « Ἀνταναιρῶν πολέμους μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς. » Οὐ γὰρ δὴ ἐπ' ἐκείνων πάντας ἔπαυσε τοὺς πολέμους, ἀλλ' ἐπὶ μὲν τοῦ Γὼγ καὶ Μαγὼγ ἡ Παλαιστίνη μόνη εἰρήνης ἀπῆλαυσεν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Ἄχαζ οὐδὲ πᾶσα ἡ Παλαιστίνη, ἀλλ' [90] Ἰούδα μία [91] φυλή· Φακεὲ γὰρ ὁ τοῦ Ῥωμελίου τὴν τῶν Ἀσσυρίων ἐδέξατο προσβολήν. Ἐπὶ δὲ τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ ἔσχε τὸ πέρας ἡ προφητεία. Πρῶτον μὲν γὰρ αἱ τοπαρχίαι καὶ αἱ μερικαὶ κατελύθησαν βασιλεῖαι· δι' ἃς οὐδὲ βραχείας εἰρήνης ἀπήλαυσαν ἄνθρωποι [92], ἀλλὰ πᾶσα πόλις ἔνοπλος ἦν, τὰς ἐξαπιναίως γινομένας ἐφόδους δειμαίνουσαι. Ἐπὶ [93] δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ [94] ἡ Ῥωμαίων βασιλεία, τὰς μερικὰς καταλύσασα βασιλείας, τὰς τῶν [95] ἁπάντων ἀνθρώπων ἀκοὰς ηὐτρέπισε τοῖς κηρύττουσιν. Ἁδεῶς γὰρ ὡς ἐν μιᾷ βασιλείᾳ διέδραμον, καὶ τὴν σωτήριον διδασκαλίαν τοῖς ἀνθρώποις προσήνεγκαν. Κατὰ μὲν [96] τὴν ἱστορίαν οὕτω συμβέβηκε [97] τὸ, « Ἀνταναιρῶν πολεμίους μέχρι τῶν περάτων τῆς γῆς, καὶ τόξον συντρίψει, καὶ συνθλάσει ὅπλα, καὶ θυρεοὺς κατακαύσει ἐν πυρί. » Τροπικώτερον [98] δὲ εἴ τις ἐθέλοι νοῆσαι, ὄψεται τοῦ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας πολέμου τὴν παῦλαν, καὶ τὴν παρασχεθεῖσαν αὐτοῖς [99] θεόθεν εἰρήνην, καὶ θεωρήσει [1] τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΜΖ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς [2] τὸ τέλος, Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορέ. » Καὶ

A etiam gentium mutationem vaticinans, merito Deum Jacobi, qui hæc prædixerat, hæc effecisse inquit.

Vers. 9-11. « Venite et videte opera Domini, prodigia quæ posuit super terram. Cessare faciens bella usque ad finem terræ : arcum conteret, et confringet arma, et scuta comburet igne. Otiamini, et videte, quoniam ego sum Deus : exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra. » Hoc igitur meum robur, o homines, et frequentem rerum mutationem cernentes, et e maximis fluctibus secutam tranquillitatem et belli cessationem, atque pacis donum, discite e rebus ipsis me universorum Dominum esse, et omnium opificem, non tantum Judæis, sed etiam gentibus omnibus potentiæ celsitudinem ostendentem. His verbis auditis apostolorum chorus, contra adversarios exsultans exclamat :

B Vers. 12. « Dominus Deus virtutum nobiscum, auxiliator noster Deus Jacobi. » Dicant igitur, qui referunt psalmum ad Gogum, vel qui hunc Achaso congruere dixerunt, **903** quomodo illis historiis hæc quadrent : « Cessare faciens bella usque ad finem terræ. » Non enim eorum tempestate omnia bella sedavit, sed temporibus Gogi et Magogi sola Palæstina pace potita est. Sub Achaso vero nec tota Palæstina, sed sola tribus Juda : nam Pekah filius Romeliæ Assyriorum impetum passus est. Tempore autem Domini Christi vaticinatio eventum habuit. Primum quidem toparchiæ, et particularia regna eversa fuerunt, ob quæ homines nec modica quidem pace fruebantur, verum omnis civitas in armis erat pertimescens incursiones repentinas. C Cæterum tempore Salvatoris nostri Christi, Romanorum imperium cum singula regna subvertisset, omnium hominum aures Evangelii præconibus aptavit. Securi enim velut in unico regno excurrerunt, salutaremque doctrinam hominibus attulerunt. Ac secundum historiam quidem sic illud accidit : « Cessare faciens bella usque ad finem terræ, et arcum conteret, et confringet arma, et scuta comburet igne. » Si quis vero per figuram hæc intelligere velit, videbit belli contra Ecclesiam cessationem, pacemque hominibus a Deo præstitam, et prophetiæ eventum contemplabitur.

904 INTERP. PSALMI XLVI.

Vers. 1. « In finem. Pro filiis Core. » Hic etiam

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[80] cod. 3 προθεσπίζει. [81] *Θεοῦ*. cod. Vatic. Κυρίου. [82] Rec. lectio h. l. est συγκλάσει. [83] *Θυρεούς*. Hebr. מגנות, quod alii rectius expr. ἅρματα vel ἁμάξας. [84] Rec. lectio est σχολάσατε. [85] *Ὕψος*. Abest a cod. 1. cod. 2 habet κράτος. [86] *Ὁ Θεός*. Abest a cod. 1, 2. [87] *Εἰπάτωσαν — δειμαίνουσαι*. Des. apud Cord. p. 880. [88] *Τοῦτον*. Abest a cod. 2. [89] cod. 1 ἁρμόζειν. [90] *Ἀλλ'*. cod. 1, 2 addunt ἡ. [91] *Μία*. Abest a cod. 1, 2. [92] *Ἄνθρωποι*. cod. 1, 2 præm οἱ. [93] *Ἐπὶ — προφητείας ἀλήθειαν*. Horum epitomen vid. apud Cord. p. 880. [94] *Χριστοῦ*. cod. 1, 2 addit præm. Ἰησοῦ. [95] *Τὰς τῶν*. In cod. 1 omissum τῶν, in cod. 2 τάς. [96] *Μέν*. cod. 1, 3 οὖν. [97] *Συμβέβηκε*. cod. 1, 2 ἐκβέβηκε. [98] *Τροπικώτερον*. cod. 2 καθολικώτερον. [99] cod. 1 αὐτῇ. cod. 2 τήν. [1] cod. 1 θεωροίη. cod. 2 θεωρεῖται. [2] *Εἰς — Κορέ*. Des. in cod. 1.

Digitized by Google

psalmus omnium gentium salutem prædicit, atque contra hostes victoriam vaticinatur.

A οὗτος ὁ ψαλμὸς τῶν ἐθνῶν ἁπάντων προλέγει τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν κατὰ τῶν πολεμίων νίκην προαγορεύει.

Vers. 2, 3. « Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo voce exsultationis. Quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. » Propheticus quidem sermo hæc prædixit : tacite vero apostolorum chorus ostendit, qui omnes gentes ad hymnos canendos adhortatur. Proprius autem victoriæ est plausus, et jubilus vincentium est vox. Sensus igitur hujus psalmi superiori congruit. Ille enim post tempestatem et tumultus significatam pacem prædixit. Et hic similiter eos qui victoriam consecuti sunt, ut hymnum victoriæ largitori offerant cohortatur : quandoquidem, inquit, excelsus et terribilis rex omnibus vobis demonstratus est. Et hæc quidem Judæis tantum olim nota erant, in præsentia vero toti hominum naturæ propalata sunt.

β', γ'. « Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας, ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως. Ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. » Ὁ μὲν προφητικὸς ταῦτα προηγόρευσε λόγος· τὸν δὲ ἀποστολικὸν ὑποδείκνυσι χορὸν, ἅπαντα τὰ ἔθνη εἰς ὑμνῳδίαν προτρέποντα. Νίκης δὲ ἴδιος ὁ κρότος· καὶ ὁ ἀλαλαγμὸς νικώντων φωνή. Ἕπεται τοίνυν τῷ προτεταγμένῳ τοῦδε τοῦ Ψαλμοῦ ἡ διάνοια. Καὶ γὰρ ἐκεῖνος, μετὰ τὴν ζάλην καὶ τοὺς θορύβους, τὴν μηνυομένην [2] προηγόρευσε νίκην. Καὶ οὗτος ὡσαύτως τοῖς τετυχηκόσι τῆς νίκης παρεγγυᾷ τῷ χορηγῷ τῆς νίκης τὸν ὕμνον προσενεγκεῖν· Ὕψιστος γὰρ, φησὶ, καὶ φοβερὸς βασιλεὺς πᾶσιν ὑμῖν ἀπεδείχθη. Καὶ ταῦτα μὲν πάλαι γνώριμα μόνοις ἦν [3] Ἰουδαίοις· ἐπὶ δὲ τοῦ παρόντος, καὶ πάσῃ τῇ φύσει τῶν ἀνθρώπων δεδήλωται.

B

Vers. 4, 5. « Subjecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris. Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Jacobi, quam dilexit. » Pro *populis*, Symmachus *reges* dixit; et pro *specie Jacobi*, Aquila *elationem Jacobi*. » Apostolorum igitur chorus dicit, par **905** esse, nos exsultantes et tripudiantes triumphalem hymnum Deo omnium conditori offerre, qui et reges nobis subjecit, in omnium gentium principatum nobis donavit : et præterea speciem et excellentiam Jacobi nobis in manus tradidit. Non enim omnes Judæos, qui vocantur Jacob, sed pulchritudinem Jacobi, et præstantiam atque excellentiam Jacobi, eos nempe qui fide ornati sunt, qui sine cunctatione prædicationem susceperunt, qui suave Salvatoris jugum subierunt : hos enim et elegit, et dilexit, apostolatusque gubernacula eis credidit. Prophetiæ porro veritas oculis perspici potest. Licet enim videre eos qui ex omnibus gentibus crediderunt, ante apostolorum sepulcra supplices prosterni, et illum pusillum pulverem cum multo amore venerari, ut simul videant, et psallant illud : « Subjecit populos nobis, et gentes sub pedibus nostris. »

δ', ε'. « Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. Ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν ἑαυτῷ [5], τὴν καλλονὴν Ἰακώβ, ἣν ἠγάπησεν. » Ἀντὶ τῶν λαῶν [6], *βασιλεῖς* ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν, ἀντὶ δὲ τῆς *καλλονῆς Ἰακώβ*, ὁ Ἀκύλας [7] τὸ *ὑπερήφανον* [8] *Ἰακώβ*. Ὁ ἀποστολικὸς τοίνυν λέγει [9] χορὸς, ὅτι δίκαιον κροτοῦντας καὶ χορεύοντας τὸν ἐπινίκιον ὕμνον τῷ τῶν ὅλων προσφέρειν [10] Θεῷ, καὶ βασιλεῖς ἡμῖν ὑποτάξαντι, καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων ἡμῖν τὴν ἀρχὴν δεδωκότι· καὶ πρὸς τούτοις, τὴν καλλονὴν καὶ τὸ ὑπερφερὲς [11] Ἰακὼβ ἐγχειρίσαντι. Οὐ γὰρ πάντα τὸν Ἰουδαϊκὸν [12] τὸν καλούμενον Ἰακὼβ, ἀλλὰ τὴν καλλονὴν Ἰακὼβ καὶ τὸ ὑπερφερὲς, τὸ [13] ἐξαίρετον τοῦ Ἰακὼβ, τοὺς τῇ πίστει κεκοσμημένους, τοὺς ἀναμφιβόλως τὸ κήρυγμα δεξαμένους, τοὺς τὸν χρηστὸν τοῦ Σωτῆρος ὑπελθόντας [14] ζυγὸν. Τούτους γὰρ καὶ ἐξελέξατο, καὶ ἠγάπησε, καὶ τοὺς ἀποστολικοὺς [15] ἐνεπίστευσεν οἴακας. Δυνατὸν δὲ καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς θεάσασθαι τὴν τῆς προφητείας ἀλήθειαν. Ἔστι γὰρ ἰδεῖν τοὺς ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν πεπιστευκότας, τῶν ἀποστολικῶν προκαλινδουμένους [16] θηκῶν, καὶ τὴν ὀλίγην κόνιν μετὰ πολλοῦ τοῦ πόθου γεραίροντας, ὥστε κατ' αὐτὸν καὶ βλέπειν [17], καὶ ψάλλειν τὸ, « Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, καὶ ἔθνη ὑπὸ τοὺς πόδας ἡμῶν. »

C

Vers. 6. « Ascendit Deus cum jubilo, et Dominus cum voce tubæ. » Qui autem, inquit, hæc omnia præstitit Dominus, primum quidem homo factus est, hostisque tyrannidem evertit, deinde in cœlos ascendit, cœlestibus virtutibus præeuntibus, et angelorum choris, his quidem deorsum clamantibus :

D

ς'. « Ἀνέβη ὁ Θεὸς ἐν ἀλαλαγμῷ. Κύριος ἐν φωνῇ σάλπιγγος. » Ὁ δὲ ταῦτα, φησὶν, ἅπαντα κατορθώσας Δεσπότης, πρότερον μὲν ἐνηνθρώπησε, καὶ τὴν τοῦ ἀλάστορος κατέλυσε τυραννίδα, ἔπειτα εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθε τῶν ἐπουρανίων ἡγουμένων δυνάμεων, καὶ χορῶν [18] ἀγγελικῶν, τῶν μὲν κάτω

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

Μηνυομένην. cod. 1, 2 γενομένην. [3] *Ἦν*. In cod. 1, 2 ponitur post Ἰουδαίοις. [5] *Ἑαυτῷ*. Hanc minus aptam lectionem habet ed. Ald. et Complut. codex Alex. habet ἑαυτοῦ. Vatic. αὐτοῦ. Rectius autem Aquila et Symm. habent ἡμῶν. Hebr. בְּחַלְתּוֹ. [6] *Τῶν λαῶν*. cod. 1 τοῦ λαοῦ. [7] *Ὁ Ἀκύλας*. In cod. 1 ponitur post ὑπερήφανον Ἰακώβ. [8] *Ὑπερήφανον*. Montf. in Hexaplis Aquilæ tribuit lectionem τὸ ὑπερφερές. [9] *Λέγει*. In cod. 1 ponitur post χορός. [10] *Προσφέρειν*. In cod. 1 ponitur ante τῷ τῶν ὅλων. [11] cod. 2 ὑπερφυές. [12] *Ἰουδαϊκόν*. cod. 1, 2 addunt λαόν. [13] *Τό*. cod. 1, 2 καί. [14] cod. 1 ὑπεξελθόντας. [15] *Τοὺς ἀποστολικοὺς — οἴακας*. cod. 1, 2 τοῖς ἀποστολικοῖς — οἴαξιν. [16] cod. 2 προκυλινδουμένους. [17] *Βλέπειν*. cod. 2 λέγειν. [18] *Καὶ χορῶν — τῆς δέξης*. Hæc paucis istis complectitur Cord. p. 892, καὶ τὸ, Ἄρατε πύλας, προσφωνούντων.

Digitized by Google

βοώντων, « Οὗτος[19] ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ὑμῶν, οὕτως ἐλεύσεται· ὃν τρόπον ἐθεάσασθε[20] αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν· » τῶν δὲ ἄνω παρεγγυώντων, « Ἄρατε πύλας, οἱ ἄρχοντες, ὑμῶν[21], καὶ ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι, καὶ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. » Τὰς γὰρ τοιαύτας φωνὰς ἀλαλαγμὸν ὠνόμασε καὶ σαλπίγγων φωνὴν, ὡς εἰς ἅπασαν διαδραμούσας[22] τὴν γῆν.

ζ-θ. Ψάλατε τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλατε· ψάλατε τῷ βασιλεῖ ἡμῶν, ψάλατε. Ὅτι βασιλεὺς πάσης τῆς γῆς ὁ Θεὸς, ψάλατε συνετῶς. Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη, ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. » Ὑμνῳδίαις τοίνυν, καὶ πνευματικαῖς χορείαις, τὸν παμβασιλέα τῶν ὅλων γεραίρετε[23]· ἅπασι γὰρ ἀνθρώποις τὴν οἰκείαν ἔδειξε βασιλείαν, καὶ τὰ ἔθνη πέπεικεν[24] ἅπαντα, ὡς αὐτός ἐστι Θεός τε καὶ Κύριος, τοῖς βασιλικοῖς ἐγκαθήμενος θώκοις. Τὸ δὲ, « Ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ, » τῷ ἀποστολικῷ συνᾴδει ῥητῷ· « Ἐκάθισεν ἐν δεξιᾷ τῆς μεγαλωσύνης, ἐν ὑψηλῷ[25]· τοσούτῳ κρείττων γενόμενος τῶν ἀγγέλων, ὅσῳ διαφορώτερον παρ' αὐτοῖς[26] κεκληρονόμηκεν ὄνομα. » Καλῶς δὲ καὶ τὸ « Ψάλατε συνετῶς » τέθεικε διδάσκων[27] μὴ μόνῃ τῇ γλώττῃ προφέρειν τὴν ὑμνῳδίαν, ἀλλὰ καὶ τὴν διάνοιαν εἰς κατανόησιν τῶν λεγομένων ἐγείρειν[28].

ι'. « Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν μετὰ[29] τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ· ὅτι τοῦ Θεοῦ οἱ κραταιοὶ[30] τῆς γῆς[31] σφόδρα ἐπῄρθησαν. » Πέρας, φησὶν, αἱ πρὸς[32] τὸν πατριάρχην Ἀβραὰμ ἔλαβον ὑποσχέσεις. Ὑπέσχετο δὲ τῶν ὅλων ὁ Κύριος, ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ εὐλογήσειν[33] πάντα τὰ ἔθνη. Τοιγάρτοι καὶ ταῦτα, καὶ οἱ τούτων ἄρχοντες, τοὺς πατρῴους καταλιπόντες Θεοὺς, μετὰ τοῦ Θεοῦ Ἀβραὰμ συναθροίζονται, καὶ τοῦτον οἰκεῖον Θεὸν ὀνομάζουσιν. Ὑπουργοὶ δὲ τῆς τούτων κλήσεως οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, τῇ θαυματουργίᾳ τὸ τῆς θεολογίας βεβαιώσαντες ὕψος. Τούτους γὰρ οἱ μὲν Ἑβδομήκοντα *κραταιοὺς*, ὁ δὲ Ἀκύλας *θυρεοὺς*, ὁ Θεοδοτίων[34] καὶ ὁ Σύμμαχος *ὑπερασπισμοὺς*[35] προσηγόρευσαν. Διὰ πάντων δὲ οὐ μόνον αὐτῶν τὸ ἄναρχον[36] καὶ ἀήττητον, ἀλλὰ καὶ τὸ τῶν ἄλλων θηλοῦται φυλακτικόν. Οἷον γάρ τινες θυρεοὶ καὶ πρόμαχοι τῶν πεπιστευκότων γενόμενοι, οὐκ εἴασαν ἐν τῇ τῶν δεινῶν προσβολῇ ῥαγῆναι τὴν φάλαγγα· ἀλλὰ[37] τοὺς πολεμίους τρεψάμενοι[38], παιανίζειν[39] τοῖς ὁμοπίστοις παρεγγυῶσι φάσκοντες, « Πάντα τὰ ἔθνη, κροτήσατε χεῖρας· ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ ἐν φωνῇ ἀγαλλιάσεως· ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερὸς, βασιλεὺς μέγας ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν. »

« Hic Jesus, qui assumptus est a vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem **906** in cœlum[d]; » illis vero sursum adhortantibus : « Tollite, principes, portas vestras, et elevamini, portæ æternæ, et introibit rex gloriæ[e]. » Has enim voces, jubilum tubarumque clangorem vocavit, ut quæ per totum orbem terrarum pervagatæ sint.

Vers. 7-9. « Psallite Deo nostro, psallite; psallite regi nostro, psallite. Quoniam rex omnis terræ Deus, psallite sapienter. Regnavit Deus super gentes, Deus sedet super throno sancto suo. » Honorate igitur universorum regem hymnorum [a] cantibus et cœlestibus tripudiis; quandoquidem imperium suum omnibus hominibus ostendit, omnibusque gentibus persuasit se Deum et Dominum esse, in regalibus sedentibus sedentem. Hoc autem, « Deus sedet super throno sancto suo, » Apostoli sententiæ quadrat : « Sedet ad dexteram majestatis in excelsis, tanto melior angelis factus, quanto excellentius præ illis nomen hæreditavit [f]. » Porro, « Psallite sapienter, » præclare posuit, docens non sola lingua hymnos proferendos esse, verum etiam mentem in eorum quæ dicuntur intelligentiam excitandam.

Vers. 10. « Principes populorum congregati sunt cum Deo Abrahami, quoniam fortes Dei vehementer super terram elevati sunt. » Promissiones, inquit, quæ patriarchæ Abrahamo **907** factæ erant, suum finem sortitæ sunt. Promiserat autem Dominus omnium rerum, se in semine ejus omnibus gentibus esse benedicturum. Idcirco et hæ gentes, et earum principes, paternos Deos derelinquentes, cum Deo Abrahami congregantur, et hunc proprium Deum nominant. Ministri autem vocationis harum gentium divini Apostoli fuerunt, miraculis theologiæ altitudinem firmantes. Hos enim Septuaginta *fortes* nuncuparunt, Aquila vero *scuta*, Theodotio et Symmachus *protectiones* appellarunt. Per omnia autem ita non solum ostenditur eorum potentia nemini subjecta et inexpugnabilis, sed etiam custodia quam aliis exhibuerunt. Nam velut quædam scuta et propugnacula credentium facti, phalangem in calamitatum impressione frangi non permiserant, sed hostibus in fugam versis, adhortantur ejusdem fidei participes, ut pæana decantent, dicentes : « Omnes gentes, plaudite manibus, jubilate Deo voce exsultationis : quoniam Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. »

[a] Act. I, 11. [e] Psal. XXIII, 7, 9. [f] Hebr. I, 4.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[19] *Οὗτος*. cod. 1 addit ἐστὶν. [20] *Ἐθεάσασθε*. In cod. 3 ponitur post αὐτόν. [21] cod. 2 ἡμῶν. [22] cod. 2 δραμούσας. [23] *Γεραίρετε*. cod. 1 addit Κύριον. [24] *Πέπεικεν* cod. 2 πεπίστευκεν. [25] cod. 1, 2 ὑψηλοῖς. [26] cod. 1, 2 αὐτούς. [27] *Διδάσκων*. Abest a cod. 1. [28] cod. 1 διεγείρειν. [29] *Μετά*. Hebr. עם, pro quo οἱ ο' et Theodot. עמ legisse videntur. Præstat autem Symmachi versio, λαὸς τοῦ Θεοῦ Ἀβραάμ. [30] *Οἱ κραταιοί*. Hebr. מגני. Aqu. θυρεοί. Symm. Theodot. et edit. Vat. ὑπερασπισμοί. [31] *Τῆς γῆς*. Abest a cod. 1. [32] *Πρός*. cod. 2 περί. [33] cod. 3 εὐλογεῖν. [34] *Ὁ Θεοδοτίων*. Abest a cod 3. [35] cod. 2 ὑπερασπισμόν. [36] *Ἄναρχον*. cod. 1, 2 ἄμαχον. [37] *Ἀλλά*. cod. 2 addit καί. [38] *Τρεψάμενοι*. Abest a cod. 2. [39] cod. 3 παιωνίζειν.

Digitized by Google

INTERP. PSALMI XLVII.

VERS. 1. « Psalmus cantici. Filiis Core. Secundo die Sabbati. » Et hic psalmus eamdem victoriam prædicit, atque Dei civitatis robur.

VERS. 2. « Magnus Dominus, et valde laudabilis, in civitate Dei nostri, in monte sancto suo. » Et jam supra diximus divinam Scripturam **908** non ædificia, sed reipublicæ statum, sæpe *civitatem* nominare : propterea et nunc asserit omnium Dominum magnum ostensum esse per ea quæ ab ipso circa ejus civitatem facta sunt : quam insignem reddidit altitudo dogmatum, tanquam in edito et excelso monte positam. « Non enim potest, inquit Dominus, abscondi civitas supra montem posita [g]. »

VERS. 3. « Bene radicans in exsultatione universæ terræ. » Hanc autem, inquit, in lætitia universæ terræ bene et optime et solide ædificavit. Ædificavit enim ipsam, ait divinus Apostolus, super fundamento apostolorum et prophetarum, cum sit petra angularis ejus Christus Jesus [h]. Et ipse Dominus beato Petro dixit : « Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferni non prævalebunt adversus eam [i]. » Hoc igitur, *bene radicans*, pro *solide fundans* posuit, ut ipsa intrepida et inconcussa permaneat. « Montes Sion latera aquilonis, civitas regis magni. » Atque etiam montibus ipsam circumdedit, ut aquilonis damnum declinet. « Ab aquilone enim, inquit, accendentur mala super omnem terram [j] ; » et rursus, aquilonem expellam a vobis. Sionis porro nomen de cœtesti civitate divinus Apostolus accepit. « Accessistis enim, inquit, ad montem Sion, et civitatem Dei viventis, Hierosolymam cœlestem [k]. » Montes autem, qui Boream expellunt, **909** et civitatem incolumem custodiunt, jure dixerit quis apostolos prophetas esse, et varias eorum doctrinas, et præterea angelos credentibus præfectos. « Castrametabitur enim, inquit, angelus Domini circa timentes eum, et eripiet eos [l]. »

VERS. 4. « Deus in domibus ejus cognoscitur, cum susceperit eam. » Una quidem per totum orbem atque mare est Ecclesia, propterea orantes

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΜΖ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ψαλμὸς ᾠδῆς [40], τοῖς υἱοῖς Κορέ. Δευτέρᾳ Σαββάτου [41]. » Καὶ οὗτος ὁ ψαλμὸς ὡσαύτως τὴν αὐτὴν νίκην προαγορεύει, καὶ τῆς [42] τοῦ Θεοῦ πόλεως [43] τὴν ἰσχύν [44].

β'. « Μέγας Κύριος, καὶ αἰνετὸς σφόδρα, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ. » Καὶ ἤδη προειρήκαμεν, ὡς πόλιν πολλάκις ἡ θεία Γραφὴ οὐ τὴν οἰκοδομίαν, ἀλλὰ τὴν *πολιτείαν* καλεῖ· τοιγάρτοι καὶ νῦν μέγαν ἀποδεδεῖχθαι λέγει τῶν ὅλων τὸν Κύριον [45], διὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ περὶ τὴν αὐτοῦ πόλιν γεγενημένων· ἦν ἐπίσημον ἀπέφηνε τῶν δογμάτων τὸ ὕψος, ὡς ἐπ' ὄρους ὑψηλοῦ καὶ μεγίστου κειμένην. « Οὐ δύναται [46] γάρ, φησὶν ὁ Δεσπότης, κρυβῆναι πόλις [47] ἐπάνω ὄρους κειμένη [48]. »

γ'. « Εὐριζῶν [49] ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς. » Ταύτην δέ, φησὶν, ἐπ' εὐφροσύνῃ πάσης τῆς γῆς, εὖ καὶ καλῶς καὶ παγίως ἐδείματο. Ὠκοδόμησε γὰρ αὐτὴν, φησὶν [50] ὁ θεῖος Ἀπόστολος, ἐπὶ τῷ θεμελίῳ τῶν ἀποστόλων καὶ [51-52] προφητῶν, ὄντος ἀκρογωνιαίου αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος πρὸς τὸν μακάριον ἔφη [53] Πέτρον· « Καὶ [54] ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Τὸ οὖν *εὐριζῶν* [55], ἀντὶ τοῦ *παγίως θεμελιῶν*· ὥστε αὐτὴν ἀτρεμῆ καὶ ἀσάλευτον διαμεῖναι [56]. « Ὄρη Σιὼν τὰ πλευρὰ τοῦ βορρᾶ, ἡ πόλις τοῦ βασιλέως τοῦ μεγάλου. » Καὶ μέντοι καὶ ὄρεσιν αὐτὴν περιέβαλεν, ὥστε τοῦ βορρᾶ τὴν βλάβην διαφυγεῖν. « Ἀπὸ βορρᾶ γὰρ, φησὶν, ἐκκαυθήσεται τὰ κακὰ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν· » καὶ πάλιν, τὸν βορρᾶν ἐκδιώξω ἀφ' ὑμῶν· καὶ τὸ Σιὼν δὲ ὄνομα ἐπὶ τῆς πνευματικῆς ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐδέξατο πόλεως. « Προσεληλύθατε γὰρ, φησὶν, ὄρει Σιὼν, καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος, Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. » Ὄρη δὲ τὰ τὸν βορρᾶν ἐξελαύνοντα, καὶ φυλάττοντα τὴν πόλιν ἀλώβητον, εἴποι ἂν τις εἰκότως ἀποστόλους καὶ προφήτας, καὶ τὰς παντοδαπὰς ἐκείνων διδασκαλίας, καὶ πρὸς τούτοις τοὺς ἐφεστῶτας τοῖς πεπιστευκόσιν ἀγγέλους. « Παρεμβαλεῖ γὰρ, φησὶν, ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς. »

δ'. « Ὁ Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γινώσκεται, ὅταν [57] ἀντιλαμβάνηται αὐτῆς. » Μία μέν ἐστι κατὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν Ἐκκλησία· διὸ [58] προσευ-

[g] Matth. v, 14. [h] Ephes II, 20. [i] Matth. XVI, 18. [j] Jerem. I, 14. [k] Hebr. XII, 22. [l] Psal. XXXIII, 8.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[40] *Ψαλμὸς ᾠδῆς.* cod. 2. ᾠδή. [41] *Δευτέρᾳ Σαββάτου.* Des. in cod. 2. Tota inscriptio abest a cod. 1. [42] *Τῆς.* Abest a cod. 1. [43] *Πόλεως.* cod. 1 πολλήν. [44] *Ἰσχύν.* In cod. 1 sequitur, ᾠδὴ τοῖς υἱοῖς Κορέ. Δευτέρα Σαββάτου. [45] *Κύριον.* cod. 2 Θεόν. [46] cod. 2 δυνατόν. [47] cod. 2 πόλιν. [48] cod. 2 κειμένην. [49] *Εὐριζῶν.* cod. 1 εὐρίζων, cod. 2 εὐρίζῳ, quam utramque lectionem notavit etiam Savilius edit. Chrysost. t. I, p. 658. Hebr. יפה נוף *pulcher situ*, sc. est mons Sion. Hunc sensum non assecuti sunt interpretes Græci, quorum valde diversæ sunt versiones, quas recenset Montf. in Hexapl. ad h. l. Eusebius ad h. l. legit εὐρίζῳ, illudque ad præc. vers. retulit, ita ut sensus sit : *In monte sancto suo bene radicato.* [50] *Φησὶν.* cod. 1, 2 præm. ᾗ. [51-52] *Καὶ.* cod. 1 addit τῶν. [53] *Ἔφη.* In cod. 1 ponitur post Πέτρον. [54] *Καὶ.* cod. 2 præm. σὺ εἶ Πέτρος. [55] *Οὖν εὐριζῶν.* cod. 1 εὐρίζων δέ. [56] *Διαμεῖναι.* cod. 2 εἶναι. [57] *Ὅταν—αὐτῆς.* Hebr. למשגב. Symm. et edit. vet. εἰς ὀχύρωμα. [58] *Διό.* cod. 1, 2 addunt καί.

Digitized by Google

χόμενοι λέγομεν, Ὑπὲρ ἁγίας καὶ μόνης καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἀπὸ περάτων ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης. Διῄρηται δὲ πάλιν αὕτη [59] κατὰ πόλεις, καὶ κώμας, καὶ ἀγρούς· ἃς *βάρεις* ὁ προφητικὸς προσηγόρευσε λόγος. Ὥσπερ [60] ἑκάστη πόλις πολλὰς [61] ἔνδοθεν οἰκίας ἔχει διῃρημένας, μία δὲ ὅμως [62] ὀνομάζεται πόλις· οὕτω μυρίαι καὶ ἀριθμοῦ κρείττους εἰσὶν ἐκκλησίαι, καὶ ἐν νήσοις, καὶ ἐν ἠπείροις· εἰς μίαν δὲ κοινῇ πᾶσαι τελοῦσι τῇ συμφωνίᾳ [63] τῶν ἀληθῶν ἡνωμέναι δογμάτων. Ἐν ταύταις ἔφη τὸν τῶν ὅλων Θεὸν ἐπιφαίνεσθαι, τὴν οἰκείαν ἐπικουρίαν ὀρέγοντα· « Ὁ γὰρ Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γινώσκεται, ὅταν ἀντιλαμβάνηται αὐτῆς. » Εἶτα τὰς ἐσομένας ἐπαναστάσεις προλέγει, καὶ τὴν τῶν πολεμίων μεταβολήν.

ε', ς'. « Ὅτι ἰδοὺ οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς συνήχθησαν, διῆλθοσαν [64] ἐπὶ τὸ αὐτό. Αὐτοὶ ἰδόντες οὕτως ἐθαύμασαν. » Συνέδραμον μὲν γὰρ [65] ὡς πολεμήσοντες [66]· θεασάμενοι δὲ τῆς πολεμουμένης τὸ ἄμαχον κατεπλάγησαν.

« Ἐταράχθησαν γάρ, φησὶν, ἐσαλεύθησαν [67]. [ζ', η'.] Τρόμος ἐπελάβετο [68] αὐτῶν [69].— Ἐκεῖ ὠδῖνες ὡς τικτούσης· ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις πλοῖα Θαρσεῖς. » Θεασάμενοι [70], φησὶ, τὰ ἀῤῥαγῆ τῆς Ἐκκλησίας θεμέλια, καὶ καταμαθόντες τὸ τῆς προῤῥήσεως ἀψευδὲς, δέος καὶ φρίκην ἐδέξαντο, καθάπερ οἱ τὰ τῆς θαλάσσης διαπερωτώμενοι νῶτα, καὶ καταιγῖσι βαλλόμενοι, καὶ πανωλεθρίαν προσμένοντες. Οὗ δὴ χάριν [71] τοῦ πολεμεῖν καὶ βάλλειν παυσάμενοι, αὐτοὶ [72] κηρύττουσι τῆς πολεμουμένης τὴν δύναμιν, καὶ βοῶσι·

θ'. « Καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτως καὶ εἴδομεν· ἐν πόλει Κυρίου τῶν δυνάμεων, ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. » Τὰς γὰρ περὶ αὐτῆς προῤῥήσεις οὐ βουλόμενοι δέχεσθαι, δι' αὐτῶν [73] ἐθεασάμεθα [74] τῶν πραγμάτων [75] τὴν ἐκείνων ἀλήθειαν [76]. « Ὁ Θεὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα. » Αὐτοῦ γὰρ ἐστι [77] φωνὴ, « Ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω τὴν [78] Ἐκκλησίαν, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς. » Οὕτω δεῖξας ὁ προφητικὸς λόγος τὴν τῶν πολεμίων μεταβολὴν, προλέγει λοιπὸν ὁποίοις οἱ τῆς σωτηρίας τετυχηκότες χρήσονται λόγοις, τὸν εὐεργέτην ὑμνοῦντες.

ι'. Ὑπελάβομεν [79], ὁ Θεὸς, τὸ ἔλεός σου ἐν μέσῳ τοῦ λαοῦ σου. » Προσδεχόμεθα [80], φησὶ, ταύτην σου τὴν ἐπικουρίαν, ὦ Δέσποτα, τῶν σῶν ἐπαγγελιῶν εἰδότες τὸ ἀψευδές. Σὺ γὰρ εἶπας· « Μεθ' ὑμῶν

[m] Matth. xvi, 18.

A dicimus, Pro sancta et unica catholica et apostolica Ecclesia, a finibus usque ad fines terræ. Rursus vero divisa est ipsa per civitates, et oppida, et villas, quas propheticus sermo *domos* nuncupavit. Quemadmodum quælibet civitas intus multas habet domos inter se divisas, et una tamen civitas nominatur : sic infinitæ et innumerabiles sunt Ecclesiæ in insulis et in continenti : simulque omnes in unam rediguntur, verorum dogmatum ' unitæ consonantia. In his ait Deum universitatis auctorem apparere, proprium auxilium porrigentem : « Deus enim in domibus ejus cognoscitur, cum susceperit eam. » Deinde futuros incursus prædicit, hostiumque mutationem.

B Vers. 5, 6. « Quoniam ecce reges terræ congregati sunt, convenerunt in unum. Ipsi videntes sic admirati sunt. » Nam concurrerunt quidem tanquam bellum illaturi, conspicati vero inexpugnabile robur bello impetitæ, consternati sunt.

« Conturbati sunt enim, **910** ait, commoti sunt. [Vers. 7, 8] Tremor apprehendit eos. — Ibi dolores ut parturientis : vento vehementi conteres naves Tharsis. » Cum, inquit, vidissent infracta Ecclesiæ fundamenta, et prædictionis veritatem didicissent, timuerunt et exhorruerunt, sicut qui maris terga transmittunt, et a fluctibus et procellis agitati, extremam perniciem exspectant. Hac de causa a bello et incursionibus cessantes, ipsi potentiam ejus, quæ oppugnabatur, prædicant et clamant:

C Vers. 9. « Sicut audivimus, sic vidimus, in civitate Domini virtutum, in civitate Dei nostri. » Nam prædictiones de ipsa nolentes admittere, per ipsum rerum eventum veritatem illarum vidimus. « Deus fundavit eam in æternum. » Ipsius enim est vox : « Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferni non prævalebunt adversus eam [m]. » Sic sermo propheticus, hostium mutatione demonstrata, deinceps prædicit quibus verbis usuri sint qui salutem consecuti sunt, beneficii auctorem collaudantes.

D Vers. 10. « Suscepimus, o Deus, misericordiam tuam in medio populi tui. » Exspectamus, inquit, **911** hoc tuum auxilium, o Domine, tuarum promissionum veritatem scientes. Tu enim dixisti :

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[59] cod. 1, 2 αὐτή. [60] *Ὥσπερ.* cod. 1, 2 addunt γάρ. [61] *Πολλὰς.* Abest a cod. 2. [62] *Ὅμως.* Abest a cod. 1. [63] cod. 1 τὴν συμφωνίαν. [64] Rec. lectio h. l. est ἦλθοσαν. [65] *Γάρ.* Abest a cod. 3. [66] *Πολεμήσοντες.* In cod. 3 sequitur οἱ τῆς Ἐκκλησίας ἐχθροί. [67] *Ἐσαλεύθησαν.* Abest a cod. 1. [68] cod. 2 ὑπελάβετο. [69] cod. 2 *σὐτούς.* [70] *Θεασάμενοι — προσμένοντες.* Des. in cod. 3. [71] *Οὗ δὴ χάριν.* cod. 3 καί. [72] *Αὐτοὶ — καί.* Des. in cod. 3. [73] *Αὐτῶν.* cod. 3 ἑαυτῶν. [74] cod. 2 θεασόμεθα. [75] *Τῶν πραγμάτων.* Des. in cod. 3. [76] *Ἀλήθειαν.* In cod. 3 sequuntur hæc : Πῶς δὲ λέγειν ἐδύναντο « ἐν πόλει τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, » μὴ πιστοὶ γεγονότες; Οἱ γὰρ Θεόν τε ὁμοῦ καὶ τῶν δυνάμεων Κύριον ὁμολογοῦντες ὑπάρχειν αὐτὸν, ἱδρυμένην πάντως που τὴν πίστιν ἐν ἑαυτοῖς ἐσχήκαμεν. *Quomodo autem dicere poterant « in civitate Dei nostri, » qui fidem non habebant ? Nos enim qui Deum simul et virtutum Dominum illum esse confitemur, firmam omnino fidem in nobis habemus.* Hæc ad marginem rejicimus, quia Cyrilli nomen æque ac Theodoreti ascriptum habent. [77] cod. 2 ἐστιν ἡ. [78] *Τήν.* cod. 1, 2 præm. μου. [79] *Ὑπελάβομεν.* Hebr. דמִּינוּ, *cogitamus*, s. *consideramus.* [80] *Προσδεχόμεθα — αἰῶνος.* Hæc apud Cord. p. 907, tribuuntur Cyrillo.

Digitized by Google

« Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi [n]. »

VERS. 11. « Quale est nomen tuum, o Deus, talis etiam est laus tua ad fines terræ. » Falsi dii non habent potentiam appellationi respondentem : non enim sunt quod vocantur. Nomen autem tuum, o Domine, opera sequuntur, quæ appellationis veritatem prædicant. Idcirco juste a toto orbe hymnus tibi offertur. Ut enim omnium Deus est, sic ab omnibus laudatur. « Justitiæ plena est dextera tua. » Justa enim sententia prolata dissipasti hostes qui contra nos assurrexerunt.

VERS. 12. « Lætetur mons Sion, et exsultent filiæ Judæ, propter judicia tua, o Domine. » *Montem Sionis* vocavit eos quibus theologiæ altitudo commissa est. *Filias* autem *Judæ*, nuncupavit Ecclesias quæ per orbem terrarum sunt, tanquam ab apostolis fundatas, qui quidem ex Judæis originem duxerunt. Admonet autem et Evangelii præcones et auditores, ut lætentur et exsultent ob justa Dei judicia, quibus usus orbis salutem operatus est.

VERS. 13, 14. « Circumdate Sionem, et complectimini eam, narrate in turribus **912** ejus. Ponite corda vestra ad virtutem ejus, et distribuite domos ejus. » *Sionem* rursus vocat piorum rempublicam, hoc est, Ecclesiam, quæ per totum terrarum orbem est. *Turres* autem ipsius, appellat homines summa virtute præditos, et angelorum conversationem imitantes in terra, qui turrium instar cingunt et custodiunt ipsam. *Domos* vero rursus, ut jam superius diximus, Ecclesias nominat, quæ per urbes, et oppida, et villas divisæ sunt : nam eamdem et unam vocat, et multas. Jubet itaque sermo propheticus, seu Spiritus sancti gratia, ut illi quibus salutaris prædicatio credita est, circumeant et concurrent, et turres doctrina stabiliant, et reliquum ipsius robur confirment, et insuper distribuant Ecclesiarum curam : quod quidem quadragesimo quinto psalmo diximus. Hoc enim et hoc in loco jubet, « Distribuite domos ejus. » Nimirum ut hic quidem hanc gubernet Ecclesiam, ille vero illam, et suus cuilibet agricola præsit, et congruentem ipsius curam gerat. Et hoc non semel atque iterum, sed

[n] Matth. xxviii, 20.

A εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος[81]. »

ια'. « Κατὰ τὸ ὄνομά σου, ὁ Θεὸς, οὕτως καὶ ἡ αἴνεσίς σου ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς γῆς. » Οἱ ψευδώνυμοι θεοὶ οὐκ ἔχουσι συμβαίνουσαν τῇ προσηγορίᾳ τὴν δύναμιν· οὐ γάρ εἰσιν ὃ καλοῦνται. Τῷ δὲ σῷ ὀνόματι, Δέσποτα, ἕπεται τὰ ἔργα κηρύττοντα τὴν τῆς προσηγορίας ἀλήθειαν. Οὗ δὴ χάριν δικαίως σοι παρὰ πάσης τῆς οἰκουμένης[82] ὁ ὕμνος προσφέρεται. Ὡς[83] γὰρ ἁπάντων Θεὸς, οὕτω παρὰ πάντων ὑμνεῖται[84]. « Δικαιοσύνης πλήρης ἡ δεξιά σου. » Δικαίᾳ γὰρ ψήφῳ χρησάμενος, τοὺς καθ' ἡμῶν ἐπαναστάντας πολεμίους ἐσκέδασας.

ιϐ'. « Εὐφρανθήτω ὄρος Σιὼν, καὶ ἀγαλλιάσθωσαν αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας, ἕνεκα[85] τῶν κριμάτων B σου, Κύριε. » *Ὄρος Σιὼν* τοὺς τὸ ὕψος τῆς θεολογίας πεπιστευμένους ἐκάλεσε· *θυγατέρας* δὲ *τῆς Ἰουδαίας*, τὰς κατὰ τὴν οἰκουμένην ἐκκλησίας[86], ὡς ἀπὸ[87] τῶν ἀποστόλων παγείσας, οἳ ἐξ Ἰουδαίων κατῆγον τὸ[88] γένος. Παρεγγυᾷ δὲ καὶ[89] τοῖς κηρύττουσι, καὶ τοῖς ἀκούουσιν, εὐφραίνεσθαι καὶ γανύεσθαι, ἕνεκα[90] τῶν δικαίων τοῦ Θεοῦ[91] κριμάτων, οἷς χρησάμενος τὴν τῆς οἰκουμένης ἐπραγματεύσατο σωτηρίαν.

ιγ', ιδ'. « Κυκλώσατε Σιὼν, καὶ περιλάβετε[92] αὐτὴν, διηγήσασθε[93] ἐν τοῖς πύργοις αὐτῆς. Θέσθε τὰς καρδίας ὑμῶν εἰς τὴν δύναμιν[94] αὐτῆς, καὶ καταδιέλεσθε[95] τὰς βάρεις αὐτῆς. » *Σιὼν*[96] πάλιν[97] καλεῖ τὸ εὐσεβὲς[98] πολίτευμα, τουτέστι τὴν κατὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαν. *Πύργους* δὲ αὐτῆς, τοὺς C τῆς ἄκρας ἀρετῆς ἐπειλημμένους, καὶ τὴν τῶν ἀγγέλων πολιτείαν[99] ἐπὶ γῆς μιμουμένους, οἳ πύργων δίκην κυκλοῦσιν αὐτὴν καὶ φυλάττουσι. *Βάρεις* δὲ πάλιν, ὡς καὶ ἤδη προειρήκαμεν, τὰς κατὰ πόλεις[1], καὶ κώμας, καὶ ἀγροὺς διῃρημένας Ἐκκλησίας· τὴν γὰρ αὐτὴν καὶ μίαν λέγει, καὶ πολλάς. Παρεγγυᾷ τοίνυν ὁ προφητικὸς λόγος, ἡ[2] τοῦ παναγίου Πνεύματος χάρις, τοῖς τὸ σωτήριον κήρυγμα πιστευθεῖσι, περινοστεῖν καὶ διατρέχειν[3], καὶ τοὺς τε πύργους στηρίζειν τῇ διδασκαλίᾳ, τήν τε ἄλλην αὐτῆς δύναμιν βεβαιοῦν, πρὸς δὲ τούτοις καὶ διανείμασθαι τὴν τῶν Ἐκκλησιῶν ἐπιμέλειαν· ὃ[4] δὴ καὶ ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ ψαλμῷ προειρήκαμεν[5]. Τοῦτο γὰρ καὶ ἐνταῦθα παρεγγυᾷ· « Καταδιέλεσθε D τὰς βάρεις αὐτῆς· » ὥστε τοῦτον μὲν[6] ταύτης, ἐκεῖνον δὲ ἐκείνης προμηθεῖσθαι τῆς Ἐκκλησίας,

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[81] *Αἰῶνος*. cod. 2 addit ἀμήν. [82] *Οἰκουμένης*. cod. 1 κτίσεως, ascripta tamen lectione altera. [83] *Ὡς — ἐσπέδασας*. Des. in cod. 3. [84] cod. 3 ὑμνῇ. [85] cod. 2 et 3 ἕνεκεν, quæ est lectio cod. Alex. [86] *Ἐκκλησίας*. cod. 3 addit ἐκάλεσεν. [87] *Ἀπό*. cod. 3 ὑπό. [88] cod. 2 κατήγοντο. [89] *Καί*. Abest a cod. 2. [90] cod. 3 ἕνεκεν. [91] *Τοῦ Θεοῦ*. Abest a cod. 3. [92] *Περιλάβετε*. Hebr. הקיפוה, quod ab interprete Græco anonymo bene expr. περιέλθετε, *circuite*. Conf. Montf. Hexapla ad h. l. [93] *Διηγήσασθε — πύργοις*. Præstat Symm. versio ἀριθμήσατε τοὺς πύργους. Aqu. ψηφίσατε τοὺς πύργους. [94] *Δύναμιν*. Hebr. חילה. Symm. bene εἰς τὸν περίβολον. [95] *Καταδιέλεσθε — αὐτῆς*. Hebr. פסגו ארמנותים. Symm. διαμετρήσατε τὰ βασίλεια αὐτῆς. [96] *Σιὼν — πνεύματος χάρις*. Hæc pauca tantum in cod. 3 exstant, ἄλλος δὲ οὐ τοῖς ἀγγέλοις φησὶ ταῦτα λέγεσθαι, ἀλλὰ τοῖς, κ. λ. [97] *Πάλιν*. cod. 2 præm. δέ. [98] *Καλεῖ τὸ εὐσεβές*. cod. 1, 2 τὸ εὐσεβὲς λέγει. [99] *Πολιτείαν*. In cod. 1 ponitur post ἐπὶ γῆς. [1] cod. 1 πόλιν. [2] *Ἡ*. cod. 1 præm. ὡς. [3] cod. 1 περιτρέχειν. [4] *Ὃ — ἐπιμέλειαν*. Des in cod. 3. [5] *Προειρήκαμεν*. Vid. p. 903. [6] *Μέν*. cod. 2 δέ.

Digitized by Google

καὶ ἑκάστῃ ἐπιστῆναι τὸν γεωργοῦντα [7] καὶ τὴν προσήκουσαν ποιούμενον ἐπιμέλειαν. Καὶ τοῦτο οὐχ ἅπαξ, οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ καθ' ἑκάστην γενεὰν ἐπιτελεῖσθαι κελεύει. Διὸ [8] δὴ καὶ ἐπήγαγεν·

« Ὅπως ἂν διηγήσησθε εἰς γενεὰν ἑτέραν. [ιε'] Ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος. Αὐτὸς ποιμανεῖ ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας [9]. » Χρὴ γὰρ γενεὰν ἑκάστην τῇ μετ' αὐτὴν παραδιδόναι, ἃ παρὰ τῆς προτέρας παρειλήφαμεν [10], ὥστε ἐν ἁπάσαις ταῖς γενεαῖς διαπορθμευθῆναι τὸ σωτήριον κήρυγμα, καὶ [11] γνῶναι πάντας ἀνθρώπους, ὅτι οὗτος ἡμῶν καὶ [12] Θεὸς καὶ Κύριος, καὶ ποιμὴν ἀγαθὸς, καὶ αἰώνιος. Ἐπειδὴ [13] γὰρ εἶπε, « Καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς, » καὶ [14] τὸ ποιμαίνειν αὐτοῖς ἐνεχείρισεν, ἀναγκαίως ἐδίδαξεν, ὅτι εἷς [15] ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τεθεικὼς ὑπὲρ τῶν προβάτων, εἰς [16] αἰῶνα ποιμαίνων [17], καὶ ποιμαίνων [18] οὐ μόνον [19] τὰ πρόβατα, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν προβάτων καλουμένους [20] νομέας.

A omnibus sæculis faciendum jubet; propterea subjunxit :

« Ut enarretis in progenie altera. [Vers. 13.] Quoniam hic est Deus noster in æternum, et in sæculum sæculi : ipse pascet **913** nos in sæcula. » Oportet enim ut sæculum unumquodque tradat sequenti sæculo ea quæ nos accepimus a priori Adeo ut in omnes ætates salutis præconium transmittatur, omnesque homines cognoscant hunc nostrum esse et Deum et Dominum, et pastorem bonum, et sempiternum. Quin enim dixit : « Distribuite domos ipsius, » et pascendi officium ipsis tradidit, apposite docuit unum esse pastorem bonum, qui animam suam posuit pro ovibus, in æternum pascens, et pascens non modo oves, verum etiam eos qui ovium pastores nuncupantur.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΜΗ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Εἰς τὸ τέλος, τοῖς υἱοῖς Κορὲ ψαλμός. » Ὁ θεῖος τῶν ἀποστόλων χορὸς καὶ ἤδη τοῖς ἔθνεσι παρηγγύησε τὸν ἐπινίκιον ὕμνον προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ· καὶ νῦν ὡσαύτως τοῖς αὐτοῖς [21] ἔθνεσι προσφέρει παραίνεσιν, προστθεῖναι τῇ πίστει τοῦ βίου τὴν ἀρετήν. Καὶ διδάσκει τοῦ πλούτου τὸ μάταιον, καὶ τῆς τοῦ κόσμου σοφίας τὸ ἀκερδές. Προλέγει δὲ καὶ τὴν ἐσομένην κρίσιν, καὶ τὴν ἀξίαν [22] ἀντίδοσιν. Διὰ τοῦτο καὶ *εἰς τὸ τέλος* ὁ ψαλμὸς ἐπιγέγραπται, ὡς παντὸς τοῦ βίου τὸ τέλος προαγορεύων.

INTERP. PSALMI XLVIII.

Vers. 1. « In finem, Filiis Core psalmus. » Divinus apostolorum chorus, et jam admonuit gentes ut triumphalem hymnum Deo afferrent : et nunc similiter easdem gentes hortatur ut fidei virtutem vitæ adjungant, et docet divitiarum vanitatem, et mundi sapientiæ inutilitatem. Prædicit autem, et futurum judicium, et condignam remunerationem. Quocirca et *in finem* psalmus inscriptus est, quippe qui totius vitæ finem prædicit.

C

β'. « Ἀκούσατε ταῦτα, πάντα τὰ ἔθνη, ἐνωτίσασθε, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. » Ὅτι μόνοις Ἰουδαίοις οἱ προφῆται διδασκαλίαν [23] προσέφερον, παντὶ που δῆλον· ἀλλ' ἐνταῦθα ὁ προφητικὸς λόγος τὴν οἰκουμένην πᾶσαν εἰς ἀκρόασιν συνεγείρει [24]. Τοῦτο δὲ τῆς ἀποστολικῆς χάριτος ἴδιον· αὐτοῖς γὰρ τὴν τῶν ἁπάντων ἐθνῶν ὁ [25] Δεσπότης [26] Χριστὸς ἐνεχείρισε σωτηρίαν. « Πορευθέντες γὰρ, φησὶ, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη. » Δῆλον τοίνυν ὡς ἐξ αὐτῶν οἱ λόγοι προσφέρονται, οὐκ [27] Ἰουδαίοις μόνοις, οὐδὲ τοῖσδε ἢ τοῖσδε τοῖς [28] ἔθνεσιν, ἀλλὰ πάσῃ τῇ τῶν ἀνθρώπων φύσει.

Vers. 2. « Audite hæc, omnes gentes, auribus percipite, omnes qui habitatis orbem. » Sane omnibus manifestum est sanctissimos prophetas solis Judæis doctrinam obtulisse : sed hoc **914** in loco prophetica vox universam terram ad audiendum excitat. Hoc autem proprium est gratiæ apostolicæ : ipsis enim Dominus Christus salutem omnium gentium commisit : « Euntes enim, inquit, docete omnes gentes [a]. » Patet ergo eorum sermones afferri non solum Judæis, neque his, vel illis gentibus, sed omni hominum generi.

γ'. « Οἵ τε γηγενεῖς, καὶ υἱοὶ [29] τῶν ἀνθρώπων. » Τινὲς *γηγενεῖς* τὸν Ἀδὰμ καὶ τὴν Εὔαν ἐκάλεσαν, ὡς ἐκ γῆς διαπλασθέντας, καὶ οὐκ ἐκ συνουσίας φύντας. Ἀλλὰ πόρρω [30] τῆς ἀληθείας [31] ὁ λόγος. Οὐ γὰρ τοῖς ἤδη τετελευτηκόσιν, ἀλλὰ τοῖς ἔτι ζῶσι προσφέ-

D

Vers. 3. « Quique terrigenæ, et filii hominum. » Quidam *terrigenas* Adamum et Evam nuncuparunt, tanquam ex terra formatos, non autem ex coitu natos. Sed a veritate hoc est alienum. Non enim admonent eos qui jam mortui sunt, sed illos qui

[a] Matth. xxviii, 18.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

ε'. « Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ὅτι ἅγιός ἐστιν. » Ἀμείψασθε τοίνυν τὸν εὐεργέτην, οἷς δύνασθε, καὶ τὸ πρόσφορον αὐτῷ προσενέγκατε σέβας· τὸ δὲ *ὑψοῦτε*, ἀντὶ Τὸ ὑψηλὸν [98] αὐτοῦ κηρύττετε. *Ὑποπόδιον* δὲ *τῶν ποδῶν αὐτοῦ*, πάλαι μὲν ὁ ἐν Ἱεροσολύμοις νεὼς ἐνενόμιστο, νῦν δὲ αἱ κατὰ πᾶσαν γῆν καὶ θάλασσαν Ἐκκλησίαι, ἐν αἷς τῷ παναγίῳ Θεῷ [99] προσφέρομεν τὴν προσκύνησιν.

ς'. « Μωσῆς καὶ Ἀαρὼν ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ· καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ ὄνομα αὐτοῦ. » Οὐχ ἁπλῶς τοὺς ἄλλους προφήτας καταλιπὼν, τούτων ἐμνημόνευσε μόνον, ἀλλὰ τὴν σύντροφον Ἰουδαίων λύτταν καὶ τυραννίδα διδάσκων. Καὶ γὰρ ἐπὶ Μωσοῦ καὶ Ἀαρὼν ἁρπάσαι τὴν ἱερωσύνην ἐπειρά-

A circumscripta, et terræ ambitum habitantesque in ea ut locustas continens [1], cujusnam sedis indiget? Fingit tamen oratione Deum universorum regio more Cherubinis insidentem, territantem, timoremque audientibus injicientem.

B Vers. 2. « Dominus in Sion magnus, et excelsus super omnes populos. » Cum Judæi reversi essent divinumque templum erexissent, Dei potentia **1397** omnibus demonstrata fuit. Præcipue enim is qui crucem subiit, totius orbis Dominus declaratus est, cum sacri apostoli salutarem prædicationem gentium attulissent.

Vers. 3. « Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile et sanctum est. » Decet igitur omnes te laudibus decantare, tuaque beneficia enarrare, et inexplicabilem tuam naturam curiosius non inquirere sed nomini tuo honorem afferre, quod terribile et sanctum est: quoniam credentes sanctificat, terret vero incredulos.

Vers. 4. « Et honor regis judicium diligit. » Convenit autem nobis timere eum ut regem, et justitia utentem: nam proprium veri regni est, subditos juste gubernare. Honor enim regis judicium diligit, hoc est, diligere justitiam honoratum efficit regem. Hoc autem etiam quod sequitur declarat. « Tu parasti directiones: judicium et justitiam in Jacobo tu fecisti. » Nam velut justus rex rectam et justam sententiam protulisti, et Israelem a potentia eorum qui illum servituti addixerant, liberasti, [gentesque a jugo diaboli.] Cæterum secundum aliam prophetiam sic intelligendum est: Ostendisti promissionis tuæ veritatem, cum pollicitationes, quæ majoribus Israelis factæ fuerant, perfeceris, et per semen Abrahami salutem largitus fueris.

Vers. 5. « Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctus est. » Rependite ergo beneficii auctori quæ potestis, congruentemque illi **1398** offerte honorem. *Exaltate* autem, idem quod, sublimitatem ejus prædicate. *Scabellum* vero *pedum ejus*, olim quidem quod Hierosolymis erat templum existimabatur: nunc vero ecclesiæ quæ ubique terrarum et marium sunt, in quibus Deus sanctissimus colitur.

Vers. 6. « Moses et Aaron in sacerdotibus ejus, et Samuel inter eos qui invocant nomen ejus. » Non temere, aliis prætermissis prophetis, de his tantum mentionem fecit, sed ut innatum Judæorum furorem et tyrannidem doceret. Etenim sub Mose et Aarone sacerdotium subripere conati sunt:

[1] Isa. XL, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[91] *Κατέχουσα.* cod. 1 præm. καί. [92] *Γάρ.* cod. 1 add. δείκνυσιν ὅτι. [93] *Ἀπεφ. Δεσπ.* cod. 1 δεσπότης ὑπάρχει. [94] *Ἔθνεσιν.* cod. 1 add. καλῶς οὖν ἔχειν διὰ τῶν ἑξῆς ἔφη. [95] *Φύσιν.* cod. 1 οἰκονομίαν. [96] *Καὶ — ἀγαπᾷ.* Hebr.: *Robur quidem est regi, judicium tamen amat.* [97] E cod. 1. [98] *Ἀντὶ τὸ ὑψ.* cod. 1 ἀντὶ τοῦ τὸ ὕψος. [99] *Τῷ παναγ. Θεῷ.* cod. 1 τῇ παναγίᾳ καὶ παμμακαρίᾳ Τριάδι.

Digitized by Google

et Samuelis tempore, divinum regnum aspernati, humanum adamarunt. Decet igitur divinus sermo, eos nihil novi facere, qui in Salvatorem furorem emittunt, et salutare regnum ejus non admittunt : quandoquidem a principio insania fuit ipsis familiaris.

« Invocabant Dominum, et ipse exaudiebat eos. [Vers. 7.] In columna nubis loquebatur ad eos. » Atqui, ait, multam erga Deum habebant fiduciam. Hi enim implorabant, ipse vero exaudiebat, et postulata concedebat et cernentibus omnibus cum ipsis loquebatur, per nubem apparens. Deinde docet se non injuste ipsis hanc gratiam impertiisse. « Quoniam custodiebant testimonia ejus, et præcepta quæ dedit illis. » Nam secundum legem vitam ducentibus, et secundum ejus præcepta viventibus, hanc largiebatur gratiam.

Vers. 8. « Domine Deus noster, tu exaudiebas **1309** eos. Deus tu propitius fuisti eis. » Tu es, o Domine, ait, qui a nobis prædicaris, qui tantæ fiduciæ ipsos participes fecisti, et multa benevolentia ipsos dignatus es. « Et ulciscens omnia studia eorum. » Symmachus autem sic : *Et ultor super injurias eorum.* Eos enim qui contra magnum Mosen tyrannidem affectarant, igni tradidit, eosque qui flammam declinaverant, viventes sepulcro intulit, jubens terræ dehiscere, locumque tyrannidis sepulcrum illico paratum reddidit, et eos qui per mare ambulaverant, et profundum illud mare pedibus transierant, demersit in terra, inusitatis fluctibus obruens : alios vero, qui tempore prophetæ Samuelis seditionem concitarant, Saulis dominationi subjecit, et omnium generum calamitatibus circumdedit.

Vers. 9. « Exaltate Dominum Deum nostrum, et adorate in monte sancto ejus, quoniam sanctus est Dominus Deus noster. » Horum igitur admirabilium virorum pietatem imitantes, congruentem Deo exhibete honorem. Cæterum *Mons sanctus* olim quidem Sion appellabatur, nunc vero divinæ cognitionis sublimitas. Sic enim et Isaias et Michæas vaticinati sunt : « Erit in ultimis diebus mons Domini manifestus [u] : » hoc est, Dei cognitio omnibus clara fiet. Novit etiam divinus Apostolus mysticum montem Sion. « Accessistis enim, inquit, ad Sionem montem, et **1310** civitatem Dei viventis Hierosolymam cœlestem [v]. » Jussi sumus igitur secundum scientiam, quæ data est nobis a Deo,

θησαν· καὶ ἐπὶ Σαμουὴλ τὴν θείαν ἀτιμάσαντες βασιλείαν, τὴν ἀνθρωπείαν ἠγάπησαν. Διδάσκει τοίνυν ὁ λόγος, ὅτι καινὸν οὐδὲν δρῶσι κατὰ τοῦ Σωτῆρος [1] λυττῶντες, καὶ τὴν σωτήριον οὐ δεχόμενοι βασιλείαν· ἄνωθεν γὰρ αὐτοῖς ἡ μανία συνήθης.

« Ἐπεκαλοῦντο τὸν Κύριον, καὶ αὐτὸς εἰσήκουεν αὐτῶν [2]. [ζ'] Ἐν στύλῳ νεφέλης ἐλάλει πρὸς αὐτούς. » Καί τοι, φησὶ [3], πολλὴν εἶχον πρὸς τὸν Θεὸν παῤῥησίαν. Οἱ μὲν γὰρ παρεκάλουν [4], ὁ δὲ ὑπήκουε, καὶ τὰς αἰτήσεις παρεῖχε, καὶ πάντων ὁρώντων τὴν πρὸς αὐτοὺς ἐποιεῖτο διάλεξιν, διὰ τῆς νεφέλης τὴν οἰκείαν δεικνὺς ἐπιφάνειαν. Εἶτα διδάσκει [5], ὡς οὐκ ἀδίκως ταύτης αὐτοῖς μετεδίδου χάριτος. « Ὅτι [6] ἐφύλασσον τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, καὶ τὰ προστάγματα αὐτοῦ [7], ἃ ἔδωκεν αὐτοῖς. » Ἐννόμως γὰρ πολιτευομένοις, καὶ κατὰ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ βιοτεύουσι, ταύτην ἐδωρεῖτο τὴν χάριν.

η'. « Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, σὺ ἐπήκουες αὐτῶν· ὁ Θεὸς σὺ [8] εὐίλατος ἐγένου αὐτοῖς. » Σὺ εἶ, Δέσποτα, φησὶν, ὁ ὑφ' ἡμῶν κηρυττόμενος, ὁ τῆς τοσαύτης ἐκείνοις μεταδοὺς [9] παῤῥησίας, καὶ πολλῆς αὐτοὺς ἀξιῶν εὐμενείας. « Καὶ ἐκδικῶν ἐπὶ [10] πάντα τὰ ἐπιδηγεύματα αὐτῶν. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Καὶ ἔκδικος ἐπὶ ταῖς ἐπηρείαις αὐτῶν.* Τοὺς μὲν γὰρ κατὰ τοῦ μεγάλου Μωσοῦ τυραννήσαντας πυρὶ παραδέδωκε [11], καὶ τοὺς τὴν φλόγα διαφυγόντας ζῶντας τῷ τάφῳ παρέπεμψε, χάναι κελεύσας τὴν γῆν, καὶ τάφον αὐτοῖς αὐτοσχέδιον τῆς τυραννίδος τὸ χωρίον ἀπέφηνε, καὶ τοὺς διὰ θαλάσσης ὁδεύσαντας, καὶ τὸν βυθὸν ἐκεῖνον πεζεύσαντας, πεποίηκεν ὑποβρυχίους ἐν γῇ, παραδόξοις χρησάμενος κύμασι· τοὺς δὲ κατὰ τοῦ προφήτου Σαμουὴλ στασιάσαντας τῇ τοῦ Σαοὺλ δυναστείᾳ παρέδωκε, καὶ παντοδαπαῖς περιέβαλε συμφοραῖς [12].

θ'. « Ὑψοῦτε Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, καὶ προσκυνεῖτε εἰς ὄρος ἅγιον αὐτοῦ, ὅτι ἅγιος Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. » Τούτων τοιγαροῦν τῶν θαυμασίων ἀνδρῶν μιμούμενοι τὴν εὐσέβειαν, τὸ προσῆκον σέβας τῷ Θεῷ προσενέγκατε. Ὄρος δὲ ἅγιον, πάλαι μὲν τὸ Σιὼν ἐκαλεῖτο, νῦν δὲ τῆς θεογνωσίας τὸ ὕψος [13]. Οὕτω γὰρ καὶ Ἡσαΐας, καὶ Μιχαίας ἐθέσπισαν· « Ἔσται ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος Κυρίου, » τουτέστιν, ἡ τοῦ Θεοῦ [14] γνῶσις [15] δῆλη πᾶσι γενήσεται. Οἶδε καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος νοητὸν ὄρος Σιών· « Προσεληλύθατε γὰρ Σιὼν ὄρει καὶ πόλει Θεοῦ ζῶντος Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. » Προστετάγμεθα τοίνυν κατὰ τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γνῶσιν προσφέρειν αὐτῷ τὴν προσκύνησιν, [16] καὶ

[u] Isa. II, 2; Mich. IV, 1. [v] Hebr. XII, 22.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[1] *Σωτ.* cod. 1 præm. Θεοῦ καί. [2] *Αὐτῶν.* Additur in cod. Alex. [3] *Καί τοι φησί.* cod. 1 λέγει δὲ ὅτι. [4] cod. 1 ἐκάλουν. [5] *Διδ.* cod. 1 add. διὰ τῶν ἑξῆς. [6] *Ὅτι.* Abest a cod. Vatic. [7] *Αὐτοῦ.* Des. ibid. [8] *Σύ.* Deest in cod. Vat. [9] cod. 1 μεταδιδοὺς; [10] *Ἐπὶ — αὐτῶν.* Hebr. *Et vindictam sumens de actionibus eorum.* [11] cod. 1 παρέδωκε. [12] *Συμφ.* cod. 1 add. Ἀκουέτωσαν καὶ νοείτωσαν ταῦτα οἱ μεμηνότες κατὰ τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων, καὶ παυσάσθωσαν τῆς λύμης, μήποτε χείρονσιν ἐκείνων ὑποπέσωσιν· *Audiant et intelligant hæc qui in Dei sacerdotes iram evomunt, et desistant a furore isto, ne pejora hisce illis obtingant.* [13] *Ὕψος.* cod. 1 add. τουτέστι τῆς εἰς τὸν δεσπότην Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν ἡμῶν γνώσεως. [14] *Τουτέστιν ἡ τοῦ Θεοῦ.* cod. 1 ἀντὶ τοῦ ἡ τοῦ Σωτῆρος. [15] *Γνῶσις.* cod. 1 add. τε καὶ ἐπιφάνεια· αὕτη γάρ. [16] E cod. 1.

Digitized by Google

Θεὸν ἐκ Θεοῦ ὁμολογεῖν καὶ μονογενῆ τῷ Πατρὶ Υἱὸν, τὸν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα. Ἀμήν.]

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ϞΘ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ[17], Εἰς ἐξομολόγησιν· ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις. » Ὁ προφήτης ἐνταῦθα πάντας ἀνθρώπους εἰς ὑμνῳδίαν καλεῖ, παρεγγυῶν διὰ πάντων θεραπεῦσαι τὸν Σωτῆρα Θεόν[18].

β'. « Ἀλαλάξατε τῷ Κυρίῳ[19] πᾶσα ἡ γῆ. » Ἅπαντες ἄνθρωποι τὸν ἐπινίκιον ὕμνον προσενέγκατε τῷ Θεῷ[20]· *γῆν* γὰρ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν καλεῖ. « Δουλεύσατε τῷ Κυρίῳ ἐν εὐφροσύνῃ. » Οὐ γάρ ἐστι κατὰ τὴν πικρὰν τοῦ διαβόλου τυραννίδα, τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἡ βασιλεία, ἀλλ' ἥμερος αὐτοῦ καὶ φιλάνθρωπος ἡ δεσποτεία. Γεγηθότες τοίνυν τῇ δουλείᾳ προσέλθετε[21]. « Εἰσέλθετε ἐνώπιον αὐτοῦ ἐν ἀγαλλιάσει. » Ὁ δὲ Σύμμαχος, *μετ' εὐφημίας* εἴρηκεν· ὁ δὲ Ἀκύλας, *ἐν αἰνέσει*, ἀγαλλομένων δὴ[22] καὶ εὐφραινομένων ὁ ὕμνος.

γ'. « Γνῶτε ὅτι αὐτός[23] ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν[24]. » [[25] Εἰ γὰρ καὶ ἄνθρωπος εἵλετο ὁ φιλάνθρωπος γενέσθαι, ἀλλὰ τὸ εἶναι Θεὸς ἔμεινεν ἔχων ἀεί· λέγει δὲ ὅτι] δι' αὐτῶν μάθετε τῶν πραγμάτων, ὡς ὁ ἡμέτερος Δεσπότης[26] αὐτός ἐστιν τῶν ὅλων Θεός[27]. Ταῦτα τοῖς ἔθνεσι προσέφερε[28] τὰ παιδεύματα καὶ ὁ ἱερὸς τῶν ἀποστόλων χορὸς, ὡς ἡ τῶν πράξεων ἱστορία διδάσκει. « Αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, καὶ οὐχ ἡμεῖς. » Οὐ γὰρ[29] ἡμεῖς ἡμῶν αὐτοὶ δημιουργοὶ καθεστήκαμεν, ἀλλ' ὑπ' αὐτοῦ ἐπλάσθημεν[30]. Οὕτως ὁ μακάριος Παῦλος Ἀθηναίους ἐδίδασκεν· « Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας τὸν κόσμον, καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ, οὗτος οὐρανοῦ καὶ γῆς Κύριος ὑπάρχων, οὐκ ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κατοικεῖ, οὐδὲ ὑπὸ χειρῶν ἀνθρώπων θεραπεύεται προσδεόμενός[31] τινος, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα· ἐποίησέ τε ἐξ ἑνὸς αἵματος πᾶν ἔθνος κατοικεῖν ἐπὶ πᾶν τὸ πρόσωπον τῆς γῆς. » Τοῦτο καὶ ἐνταῦθα ὁ Προφήτης διδάσκει· « Αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, καὶ οὐχ ἡμεῖς. » Ὁ[32] δὲ Σύμμαχος οὕτως, *Αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς οὐκ ὄντας*. « Ἡμεῖς δὲ[33] λαὸς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα νομῆς αὐτοῦ. » Διὰ τούτων οὐ μόνον τὴν δεσποτείαν, ἀλλὰ καὶ τὴν κηδεμονίαν ἐδήλωσεν. Οὐ μόνον γὰρ ἡμῶν Δεσπότης ἐστὶν[34], ἀλλὰ καὶ ποιμὴν, τὴν ἀγαθὴν ἡμῖν προσφέρων νομήν· ἡμεῖς δὲ αὐτοῦ καὶ[35] λαὸς ὡς βασιλέως, καὶ πρόβατα ὡς ποιμένος.

δ'. « Εἰσέλθετε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, εἰς τὰς αὐλὰς αὐτοῦ ἐν ὕμνοις. » *Πύλας αὐτοῦ*[36], καὶ *αὐλὰς αὐτοῦ*, τὰς ἐκκλησίας καλεῖ.

INTERP. PSALMI XCIX.

VERS. 1. « Psalmus Davidi, in confessionem. Sine titulo apud Hebræos. » Propheta hoc in loco omnes homines ad hymnorum cantum vocat, adhortans per omnia Salvatorem Deum colere.

VERS. 2. « Jubilate Deo omnis terra. » Omnes homines triumphalem Deo afferte hymnum. *Terram* enim, habitantes terram nuncupat. « Servite Domino in lætitia. » Non enim est Dei et Salvatoris nostri regnum, sicut amara diaboli tyrannis, sed ejus imperium benignum est et mansuetum. Gaudentes igitur ad servitutem accedite. « Introite in conspectu ejus cum exsultatione. » Symmachus, *cum benedictione*, dixit. Aquila vero, *cum laudatione*. Exsultantium nimirum et lætantium est hymnus.

VERS. 3. « Scitote ipsum esse Deum nostrum. » [Etsi enim hominum amantissimus voluerit homo fieri, omni tamen tempore mansit Deus. Dicit autem,] per ipsas res discite, Dominum nostrum ipsum esse **1311** universorum Deum. Hæc documenta etiam sacer apostolorum chorus gentibus proferebat, ut Actuum historia docet. « Ipse fecit nos, non autem ipsi nos. » Non enim nos nostrum ipsorum conditores fuimus, sed ab ipso formati sumus. Sic beatus Paulus Athenienses docebat : « Deus, qui fecit mundum, et omnia quæ in eo sunt, hic cœli et terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec a manibus hominum colitur indigens aliquo, cum ipse dederit omnibus vitam, et halitum, et omnia : fecitque ex uno sanguine omne genus hominum habitare per universam faciem terræ [x]. » Id hoc etiam in loco propheta docet : « Ipse fecit nos, et non ipsi nos. » Symmachus vero : *Ipse fecit nos, qui non eramus*. — « Nos autem populus ejus, et oves pascui ejus. » Per hæc non modo imperium, sed etiam curam ostendit. Non solum enim Dominus noster est, sed etiam pastor, bonum nobis porrigens pabulum : nos vero ejus et populus sumus ut regis, et oves ut pastoris.

VERS. 4. « Introite portas ejus cum confessione, atria ejus cum hymnis. » *Portas ejus*, et *atria ejus* ecclesias vocat, utpote quæ aditum nobis ad ipsum

[x] Act. XVII, 24, 26.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[17] *Τῷ Δαβ.* Abest a textu Hebr. et Græco codicis Vat. et Alex. [18] *Σωτ. Θεόν.* cod. 1 Θεὸν καὶ Σωτῆρα. [19] *Κυρίῳ.* cod. 1 Θεῷ. [20] *Θεῷ.* cod. 1 add. καὶ Σωτῆρι. [21] *Προσελθ.* cod. 1 add. τοῦτο γὰρ λέγει διὰ τῶν ἑξῆς. [22] *Δή.* cod. 1 δέ. [23] *Αὐτός.* cod. 1 præm. Κύριος, ut in textu τῶν Ο'. leg. [24] *Ἡμῶν.* Abest a cod. Vat. [25] E cod. 1 conf. p. 1286, n. 3. [26] *Δεσπ.* cod. 1 add. καὶ Θεός. [27] *Θεός.* cod. 1 Κύριος. [28] *Προσέφερε.* cod. 1 add. καὶ προσφέρων ὁσημέραι οὐ παύεται. *Et quotidie proferre non desinit.* [29] *Οὐ γάρ.* cod. 1 præm. ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς οὐκ ὄντας. *Symmachus autem ita :* « Ipse fecit nos non exsistentes. » [30] cod. 1 διεπλάσθημεν. [31] *Προσδ.* cod. 1 præm. ὡς. [32] *Ὁ — ὄντας.* cod. 1 ἀντὶ τοῦ οὐκ ὄντας ἡμᾶς ἐποίησεν. [33] *Ἡμεῖς δέ.* Des. in cod. Vatic. [34] *Ἐστίν.* cod. 1 ἐστι, φησίν. [35] *Καί.* Abest a cod. 1. [36] *Αὐτοῦ.* Des. ibid.

Digitized by Google

præbent : in quibus decet divina et salutaria ejus beneficia narrare, hymnumque gratiarum actionis **1312** velut donum aliquod offerre.

« Confitemini illi, laudate nomen ejus. [VERS. 5.] Quoniam bonus est Dominus, in æternum misericordia ejus, et usque in generationem et generationem veritas ejus. » Quomodo enim non est justum laudibus prosequi eum qui inexplicabili benignitate utitur, bonisque promissionibus finem imponit? Quæ enim tempore majorum nostrorum spopondit, hæc nostra tempestate perfecit, et salutem quam pollicitus est, vere donavit, [cum per crucem ac mortem salutem nostram effecerit. Amen].

INTERP. PSALMI C.

VERS. 1. « Psalmus Davidi. » Aliqua exemplaria habent : « Quarta Sabbati. » Verum neque apud Hebræum, neque apud alios interpretes, neque apud Septuaginta hanc invenimus additionem. Hoc autem argumentum psalmus habet. Josias rex omnes idolorum aras funditus evellit [y] : horum vero sacerdotes necavit, et ad pristinam pietatem populum deduxit. Non autem de dogmatum sanitate tantum sollicitus fuit, verum etiam de officiis virtutis curam gessit, recte judicans, honorans justitiam, injuria affectis opem ferens, et injuria afficientes plectens, civium utilitati prospiciens. Hæc cum beatus David prævideret, hunc conscripsit psalmum, et illius virtutem explicans, et omnibus hominibus perfectionis characterem proponens. « Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine. » Quoniam enim et injuria affectorum miserebatur, **1313** et injuria afficientes admirabilis Josias condemnabat, illorum narrationem, laudem misericordiæ et judicii nuncupavit.

VERS. 2. « Psallam, et intelligam in via immaculata. » Symmachus vero sic : *Cantabo, considerabo viam immacullatam.* Quam per sancti Spiritus gratiam vidi esse viam puram Deoque gratam, hanc ego nunc per dulcem symphoniam adjungam. « Quando venies ad me? » Talem enim hic admirabilis vir puritatem habuit, ut cum fiducia ad Deum clamaret, « Quando venies ad me? » Quasi dicat : Regales aulas splendidas et magnificas tibi præparavi : tuum adventum, Domine, exopto, tuamque præsentiam desidero, sed concede quod exoptatur. « Ambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ. » Cum simplicitate vixi, non usus sum fraude,

Αὕται γὰρ ἡμῶν τὴν πρὸς αὐτὸν παρέχουσιν εἴσοδον, ἐν αἷς προσήκει τὰς θείας αὐτοῦ καὶ σωτηρίους ἐργασίας διεξιέναι, καὶ τὸν χαριστήριον ὕμνον οἷόν τι δῶρον προσφέρειν.

« Ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ· αἰνεῖτε τὸ ὄνομα αὐτοῦ. [ε'] Ὅτι χρηστὸς Κύριος, εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ ἕως γενεᾶς καὶ γενεᾶς ἡ ἀλήθεια αὐτοῦ. » Πῶς γὰρ οὐ δίκαιον ὑμνεῖν[37] τὸν ἀῤῥήτῳ φιλανθρωπίᾳ χρώμενον, καὶ ταῖς ἀγαθαῖς ὑποσχέσεσιν ἐπιτιθέντα τὸ πέρας; Ἃ γὰρ ἐπὶ τῆς τῶν προγόνων ὑπέσχετο γενεᾶς, ταῦτα ἐπὶ τῆς ἡμετέρας πεπλήρωκεν, καὶ ἣν ἐπηγγείλατο σωτηρίαν, ἀληθῶς ἐδωρήσατο, [[38] διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν πραγματευσάμενος. Ἀμήν].

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ Ρ' ΨΑΛΜΟΥ.

α'. « Τῷ Δαβὶδ ψαλμός. » Ἕνια τῶν[39] ἀντιγράφων ἔχει· « Τετράδι Σαββάτων. » Οὔτε δὲ παρὰ τῷ Ἑβραίῳ, οὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἑρμηνευταῖς, οὔτε παρὰ τοῖς Ἑβδομήκοντα ταύτην εὑρήκαμεν τὴν προσθήκην. Ὑπόθεσιν δὲ ὁ ψαλμὸς ταύτην ἔχει· Ἰωσίας[40] ὁ βασιλεὺς ἀνέσπασεν ἅπαντας ἐκ βάθρων τοὺς τῶν εἰδώλων βωμούς· τοὺς δὲ τούτων κατηκόντισεν ἱερέας· εἰς δὲ τὴν προτέραν εὐσέβειαν ἐποδήγησε τὸν λαόν. Οὐ μόνης δὲ τῆς τῶν δογμάτων ἐφρόντισεν ὑγείας, ἀλλὰ καὶ τῶν τῆς ἀρετῆς ἐπεμελήθη κατορθωμάτων, ὀρθῶς δικάζων, γεραίρων τὸ δίκαιον, ἐπαρχῶν ἀδικουμένοις, τοὺς ἀδικοῦντας κολάζων, τῆς τῶν συνοικούντων ὠφελείας ἐπιμελούμενος. Ταῦτα πόῤῥωθεν ὁ μακάριος Δαβὶδ θεασάμενος, τοῦτον συνέγραψε τὸν ψαλμὸν, καὶ τὴν ἐκείνου διεξιὼν ἀρετὴν, καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τελειότητος προστιθεὶς χαρακτῆρα. « Ἔλεον[41] καὶ κρίσιν ᾄσομαί σοι, Κύριε. » Ἐπειδὴ γὰρ καὶ τοὺς ἀδικουμένους ἠλέει, καὶ τῶν ἀδικούντων ὁ θαυμάσιος Ἰωσίας κατεψηφίζετο, τὴν περὶ ἐκείνων διήγησιν, εὐφημίαν ἐλέου καὶ κρίσεως προσηγόρευσε.

β'. « Ψαλῶ, καὶ συνήσω ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ. » Ὁ[42] δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Μελῳδήσω, ἐννοήσω ὁδὸν ἄμωμον* Ἣν διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος χάριτος ἐθεασάμην ἄμωμον ὁδὸν, καὶ θυμήρη Θεῷ, ταύτην νῦν διὰ τῆς μελῳδίας προσθήσω. « Πότε ἥξεις πρός με; » τοσαύτην[43] γὰρ ὁ θαυμάσιος[44] οὗτος ἀνὴρ ἐκτήσατο καθαρότητα, ὡς μετὰ παῤῥησίας βοῆσαι πρὸς τὸν Θεὸν, » Πότε ἥξεις πρός με; Ἀντὶ τοῦ, Ἐπρεπῆ[45] σοι τὰ βασίλεια κατέστησα[46], ποθῶ σου [[47] τὴν παρουσίαν, ὦ Δέσποτα· ἱμείρομαί σου] τῆς ἐπιφανείας, ἀλλὰ δὸς τὸ ποθούμενον. « Διεπορευόμην ἐν ἀκακίᾳ καρδίας μου ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου. » Ἁπλότητι[48] συζῶν διετέλεσα· οὐκ ἐχρώμην δι-

[y] IV Reg. XXII et XXIII ; II Paralip. XXXIV et XXXV.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[37] cod. 1 ἀνυμνεῖν. [38] E cod. 1. [39] *Τῶν.* cod. 1 præm. δέ. [40] *Ἰωσ.* cod. 1 præm. ὁ μακάριος. [41] Rec. lectio h. l. est. ἔλεος. [42] *Ὁ — ἄμωμον.* In cod. 1. ponitur post προσηγόρευσε [43] *Τοσ.* cod. 1 τοιαύτην. [44] cod. 1 θαυμαζόμενος. [45] cod. 1 εὐτρεπῆ. [46] *Τὰ βασ. κατέστ.* cod. 1 κατέστησα τῆς βασιλείας τὴν εἴσοδον. [47] E cod. 1. Eamdem lectionem habuit Caraffa. [48] *Ἁπλ.* cod. 1 præm. λέγει δὲ ὅτι.

Digitized by Google

πλόῃ[49], οὐδὲ ἄλλος μὲν τοῖς ἐκτὸς ἐφαινόμην, ἐν δὲ τῇ οἰκίᾳ τἀναντία δρᾷν ἠνειχόμην, ἀλλὰ συνέβαινε τοῖς φαινομένοις τὰ κεκρυμμένα. A neque alius eram intus, quam foris videbar, sed occulta apparentibus respondebant.

γ'. « Οὐ προσετιθέμην[50] πρὸ ὀφθαλμῶν μου πρᾶγμα παράνομον. » Οὐ μόνον τὰς παρανόμους πράξεις ἐδδελυττόμην, ἀλλὰ καὶ τὰς περὶ τούτων ἐνθυμήσεις ἀπεσειόμην, τὸν λογισμὸν πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων ῥυθμίζων καὶ διευθύνων[51]. « Ποιοῦντας παραβάσεις[52] ἐμίσησα. » Ἀπεστρεφόμην δὲ καὶ τοὺς τῶν θείων καταφρονοῦντας θεσμῶν.

Vers. 3. « Non proponebam ante oculos meos rem injustam. » Non modo iniquas actiones detestabar, sed harum etiam cogitationes respuebam, cogitationem præ cæteris omnibus componens et dirigens. « Facientes prævaricationes odivi. » Aversabar autem despicientes divina præcepta.

δ'. « Οὐκ ἐκολλήθη[53] μοι καρδία σκαμβή. » Συνήθεις δέ μοι ἦσαν οἱ τιμῶντες τὸ δίκαιον· τοὺς δὲ τὰ ἐναντία προαιρουμένους, καὶ τὸν ὀρθὸν λογισμὸν οὐκ ἐθέλοντας ἔχειν, πόρρω τῶν ἐμῶν ἐποιούμην[54] συλλόγων[55]. « Ἐκκλίνοντος ἀπ' ἐμοῦ[56] τοῦ πονηροῦ οὐκ ἐγίνωσκον. » Εἰ δέ τις τῶν συνόντων πονηρίᾳ χρώμενος ἀποστῆναι τῆς ἐμῆς ἠθέλησε συνουσίας, οὐδὲ χωρισμὸν ὑπελάμβανον τὸν τοιοῦτον χωρισμόν. Οὕτως εὐκαταφρόνητος ἦν μοι λίαν ὁ τὴν κακίαν αἱρούμενος. Vers. 4. « Non adhæsit mihi cor pravum. » Familiares autem mihi erant, qui justitiam honorabant : eos vero qui contraria præferebant, **1314** et rectam mentem habere nolebant, longe a meis congressibus removebam. « Declinantem a me malignum non cognoscebam. » Si quis autem familiarium malitia utens a mea consuetudine recedere voluit, ne discessionem quidem duxi hujusmodi discessionem : sic nullius momenti erat mihi is, qui pravitatem eligebat. B

ε'. « Τὸν καταλαλοῦντα λάθρα τοῦ[57] πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον[58]. » Τὰς δὲ[59] λάθρα γινομένας κατηγορίας οὐ προσιέμην, ἀλλὰ τοὺς τοῦτο δρᾷν πειρωμένους ἐξήλαυνον. « Ὑπερηφάνῳ ὀφθαλμῷ καὶ ἀπλήστῳ[60] καρδίᾳ, τούτῳ οὐ συνήσθιον. » Οὔτε[61] τοὺς ἀλαζονείᾳ [62 καὶ πλεονεξίᾳ] χρωμένους ἐποιούμην συσσίτους. Vers. 5. « Clam detrahentem proximo suo hunc persequebar. » Porro occultas delationes non admittebam, verum eos, qui hoc facere conarentur, exigebam. « Superbo oculo, et insatiabili corde, cum hoc non edebam. » Neque superbia [et avaritia] utentes meos sodales faciebam.

ς'. « Οἱ ὀφθαλμοί μου ἐπὶ τοὺς πιστοὺς τῆς γῆς, τοῦ συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ. » Συνεδρίων[63] δέ[64] μοι καὶ βουλῆς ἐκοινώνουν οἱ πίστει κοσμούμενοι, καὶ περὶ πολλοῦ τὰ θεῖα ποιούμενοι. « Πορευόμενος ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ, οὗτός μοι ἐλειτούργει. » Οὐ μόνον δὲ φίλων καὶ συμβούλων, ἀλλὰ καὶ τῶν διακόνων[65] πολλὴν ἐποιούμην φροντίδα. Ὑπηρέταις γὰρ ἐχρώμην ἀρετῆς ἐπιμελομένοις, καὶ κακίας ἀπηλλαγμένοις. Vers. 6. « Oculi mei in fideles terræ intenti sunt, ut sedeant ipsi mecum. » Eos vero, qui fide præditi erant, magnique res divinas ducebant, congressus mei atque consiliorum participes faciebam. « Ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. » Non modo de amicis et consiliariis, verum etiam de ministris multam gessi curam. Servis enim utebar iis, qui virtutis studiosi erant, et cujuslibet sceleris expertes. C

ζ'. « Οὐ κατῴκει ἐν μέσῳ τῆς οἰκίας μου ποιῶν ὑπερηφανίαν[66]. » Οὐδένα[67] δὲ τῶν ὑπεροψίᾳ χρωμένων σύνοικον ἔχειν ᾑρούμην. « Λαλῶν ἄδικα[68] οὐ κατεύθυνεν ἐνώπιον[69] τῶν ὀφθαλμῶν μου. » Εἰ δέ[70] τις συνεβούλευσεν, ἢ ἐξῄτησεν ἄδικα, διαμαρτὼν ἀπελήλυθεν· [71 σπουδὴ γάρ μοι ἀποκλείειν τὰς ἀκοὰς τοῖς διαβάλλειν ἐθέλουσιν.] Vers. 7. « Non habitabat in medio domus meæ qui superbus erat. » Neminem autem superbia elatum domesticum habere volui. « Qui loquebatur iniqua, felici successu non gaudebat in conspectu oculorum meorum. » Si autem quis consuluit aut postulavit injusta, spe sua excidens **1315** abiit : [studiose enim obstruxi aures pro illis qui obtrectare volebant aliis.]

η'. « Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτενον πάντας τοὺς ἁμαρτωλοὺς τῆς γῆς, τοῦ ἐξολοθρεῦσαι ἐκ πόλεως Κυρίου πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν[72]. » Vers. 8. « In matutino interficiebam omnes peccatores terræ, ut disperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem. » Hoc manifesto ex D

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[49] *Διπλόῃ*. cod. 1 διπλῇ γνώμῃ. [50] Rec. lectio h. l. est προεθέμην. [51] cod. 1 διεθύνων. [52] *Ποιουντας παρ.* Hebr. עשה־סטים *Agere* s. modum agendi, *declinantium*, sc. a lege tua. [53] *Οὐκ ἐκολλ.* Hæc rectius ad præc. vers. referri solent. [54] cod. ἐποιησάμην. [55] *Συλλ.* cod. 1 add. τοῦτο γὰρ λέγει διὰ τῶν ἑξῆς. [56] *Ἐκκλ. ἀπ' ἐμοῦ*. Hebr. *recedat a me*, sc. cor pravum. [57] cod. 1 τὸν, pro quo legendum esse videtur τῶν, ut habet ed. Ald. et Compl. [58] *Ἐξεδ.* Hebr. אצמית *exscindam*, quod deinde vers. 8 expr. per ἀπέκτενον. [59] *Τὰς δέ.* cod 1 λέγει δὲ ὅτι τὰς. [60] *Ἀπλ.* Editio prior habebat ἀπίστῳ [61] *Οὔτε.* cod. 1 add μὴν. [62] E cod. 1. [63] *Συνεδρ.* cod. 1 præm. ὃ δὲ λέγει τοιοῦτόν ἐστι. [64] *Δέ.* Abest a cod. 1 [65] cod. 1 διακονούντων [66] *Ὑπερηφ.* Hebr. *dolum*. [67] *Οὐδένα.* cod. 1 præm. ἀντὶ τοῦ. [68] *Ἄδικα.* Hebr. *mendacia*. [69] *Ἐνώπ.* Rec. lectio h. l. est ἐναντίον. [70] *Εἰ δέ.* cod. 1 præm. λέγει δὲ ὅτι. [71] E cod. 1 [72] cod. Vat. habet ἀδικίαν.

Digitized by Google

historia didicimus. Omnes enim impios sacerdotes A
ille morte multavit, et sacram expiavit urbem. [Tempus matutinum autem vocat initium imperii sui. Nam instar lucis matutinæ exortus est cum decora et splendente justitia.] Cæterum qui vult hujus viri virtutem accuratius discere, inveniet eam in secundo Paralipomenon libro, et in quarta Regnorum historia [z]. [Operam itaque det unusquisque, ut virum istum imitetur, ut similis coram Christo particeps fiat fiduciæ. Amen.]

Τοῦτο σαφῶς παρὰ τῆς ἱστορίας ἐμάθομεν. Ἅπαντας γὰρ τοὺς δυσσεβεῖς ἱερέας τῷ θανάτῳ παρέπεμψε, καὶ τὴν ἱερὰν ἐξεκάθηρε πόλιν. [[73] Πρωΐαν δὲ καλεῖ τὴν ἀρχὴν τῆς αὐτοῦ βασιλείας· ὡς ὄρθρος γὰρ αὐτὸς ἀνέτειλε μετὰ τῆς πρεπούσης καὶ φωτιζούσης δικαιοσύνης.] Ὁ δὲ βουλόμενος τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν καταμαθεῖν[74] ἀκριβέστερον, εὑρήσεται[75] ταύτην ἔκ τε τῆς δευτέρας τῶν Παραλειπομένων, καὶ ἐκ τῆς τετάρτης τῶν Βασιλειῶν ἱστορίας. [[76] Σπουδασάτω τοίνυν ἕκαστος μιμητὴς τοῦδε τοῦ ἀνδρὸς γενέσθαι· ἵνα τῆς ἴσης αὐτῷ κοινωνήσῃ παρὰ Χριστῷ παῤῥησίας. Ἀμήν.]

INTERP. PSALMI CI.

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΑ' ΨΑΛΜΟΥ.

Vers. 1. « Oratio pauperi, cum anxietate afflicitur, et coram Domino preces suas effundit. » Prædictionem afflictionis populi Judæorum, qui Babylone captivus erat, psalmus continet, reditusque ex eadem. Vaticinatur autem pariter et gentium vocationem ac salutem. Convenit porro et cuilibet cum aliqua calamitate luctanti, et divinam opem ut consequatur obsecranti. *Pauperem* enim vocat divino auxilio indigentem.

α'. « Προσευχὴ τῷ πτωχῷ· ὅταν ἀκηδιάσῃ, καὶ ἐναντι[77] Κυρίου ἐκχέῃ τὴν δέησιν αὐτοῦ. » Πρόῤῥησιν μὲν ὁ ψαλμὸς ἔχει τῆς ἐν Βαβυλῶνι τοῦ λαοῦ τῶν Ἰουδαίων ταλαιπωρίας, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἐπανόδου. Προαγορεύει δὲ κατ' αὐτὸν, καὶ τῶν ἐθνῶν τὴν κλῆσιν καὶ σωτηρίαν. Ἁρμόττει δὲ καὶ παντὶ συμφορᾷ τινι προσπαλαίοντι, καὶ τῆς θείας ῥοπῆς τυχεῖν ἱκετεύοντι. *Πτωχὸν* γὰρ καλεῖ, τὸν θείας ἐνδεῆ προμηθείας.

Vers. 2. « Domine, exaudi orationem meam, et clamor meus ad te veniat. » Deprecationem meam, Domine, suscipe, mihique **1316** obtestanti opem fer. *Clamorem* enim, *lamentationem* Symmachus dixit.

β'. « Κύριε, εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου, καὶ ἡ κραυγή μου πρὸς σὲ [[78] ἐλθέτω]. Δέξαι μου τὴν ἱκετηρίαν, ὦ Δέσποτα, καὶ ποτνιωμένῳ τὴν σὴν βοήθειαν δρεξον. Τὴν γὰρ *κραυγὴν*, *οἰμωγὴν* ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν.

Vers. 3. « Ne avertas faciem tuam a me. » Benevolus mihi esto, et missam fac indignationem. « Quocunque die * tribulor, inclina ad me aurem tuam : quocunque die invocavero te, velociter exaudi me. » Hæc quoque psalmi verba ostendunt, futurorum illis inesse prædictionem, non autem rerum factarum narrationem. Quoniam enim in multa felicitate et splendore sub divini Davidis imperio erat populus, jure propheta, illorum persona utens, precationem offert, utque divinam consequatur opem supplicat, quandocunque tempus id postularit.

γ'. « Μὴ ἀποστρέψῃς τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ. » Εὐμενής μοι γενοῦ, καὶ λῦσον τὴν ἀγανάκτησιν. « Ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ θλίβωμαι, κλῖνον πρός με τὸ οὖς σου· ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ ἐπικαλέσωμαί σε, ταχὺ ἐπάκουσόν[79] μου. » Δηλοῖ καὶ ταῦτα τοῦ ψαλμοῦ τὰ ῥήματα, ὡς μελλόντων ἐστὶ πρόῤῥησις, καὶ οὐ γεγενημένων διήγησις. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν εὐκληρίᾳ πολλῇ, καὶ περιφανείᾳ ἐτύγχανεν ὢν ὁ λαὸς ἐν τῇ τοῦ θεσπεσίου Δαβὶδ βασιλείᾳ· εἰκότως ὁ προφήτης, τῷ ἐκείνων κεχρημένος[80] προσώπῳ, προσφέρει τὴν ἱκετείαν, καὶ τυχεῖν ἀντιβολεῖ τῆς θείας κηδεμονίας, ἡνίκα ἂν γένοιτο τούτου καιρός.

Vers. 4. « Quia defecerunt sicut fumus dies mei, et ossa mea sicut lignum aridum aruerunt. » Deinceps secundum proprium idioma, futuras calamitates tanquam præteritas narrat, et dicit, fumi instar vitæ tempus consumptum esse, et ex mœrore corpus torris instar aridum esse factum, tanquam ab aliqua ignis impressione combustum. Sic enim Aquila : *Et ossa mea sicut exustio exaruerunt.*

δ'. « Ὅτι ἐξέλιπον ὡσεὶ καπνὸς αἱ ἡμέραι μου· καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡσεὶ φρύγιον συνεφρύγησαν[81]. » Ἐντεῦθεν κατὰ τὸ οἰκεῖον ἰδίωμα τὰς ἐσομένας ὡς γεγενημένας συμφορὰς διηγεῖται, καὶ φησι καπνῷ παραπλησίως τὸν τῆς ζωῆς ἀναλωθῆναι χρόνον, καὶ ἐξ ἀθυμίας δαλὸν ξηρὸν[82] γεγενῆσθαι τὸ σῶμα, ὡς ὑπό τινος καταφλεχθὲν[83] πυρὸς προσβολῆς. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν, *Καὶ τὰ ὀστᾶ μου ὡς καῦσις ἐψαθυρώθη.*

Vers. 5. « Percussus sum ut fenum, et exaruit cor meum. » Etenim veluti fenum exstinctus sum, pristinumque florem amisi.

ε'. « Ἐπλήγην ὡσεὶ χόρτος, καὶ ἐξηράνθη ἡ καρδία μου. » Ἀλλὰ γὰρ καὶ χόρτῳ παραπλησίως ἀπέσβην· καὶ τὸ πρότερον ἄνθος ἀπώλεσα.

[z] IV Reg. XXII et XXIII ; II Paral. XXXIV et XXXV.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[73] E cod. 1. [74] cod. 1 μαθεῖν. [75] *Εὑρ.* cod. 1 εἴσεται. [76] E cod. 1. [77] cod. 1 ἐνώπιον. [78] *Πλθ.* E cod. 1 et textu τῶν Ο' suppl. [79] Rec. lectio h. l. est εἰσάκουσον. [80] cod. 1 χρησάμενος. [81] *Ὡσεὶ φρυγ. συνεφρ.* Hebr. *tanquam focus* (s. id quod in foco comburitur), adusta sunt. Symm. ὡς ἀποκαυμα αὖα γέγονεν. [82] *Ξηρόν.* cod. 1 præm. καὶ. [83] cod. 1 καταφλεγέν.

Digitized by Google

« Ὅτι ἐπελαθόμην τοῦ φαγεῖν τὸν ἄρτον μου. [ς'] Ἀπὸ φωνῆς τοῦ στεναγμοῦ μου ἐκολλήθη τὸ ὀστοῦν μου τῇ σαρκί μου. » Πάσης μὲν γὰρ τροφῆς ἀπεβαλόμην ὄρεξιν· τῆς δὲ προτέρας εὐπαθείας πεντελῶς ἐγυμνώθην. Τῇ γὰρ ἐξ ἀθυμίας τηκεδόνι κατηναλώθην τὸ σῶμα[84]. Γυμνοῖς δὲ τοῖς ὀστοῖς[85] ἐπίκειμαι τὸ[86] δέρμα. [[87] Ἄρτος οὖν ἡμῶν τῆς ψυχῆς ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· ὥσπερ γὰρ ὁ ἄποιος ἄρτος τὸ σῶμα τρέφει, οὕτως ὁ ἐξ οὐρανοῦ λόγος τὴν οὐσίαν τῆς ψυχῆς. Καὶ τοῦτον ὁ Χριστὸς τὴν προσευχὴν παραδιδοὺς ἔλεγε τοῖς ἀποστόλοις, « Τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον δὸς ἡμῖν σήμερον. » Ὅς ἂν τοίνυν τοῦτον φαγεῖν ἐπιλάθηται, τουτέστιν ἐργάσασθαι· τοῦ γὰρ νοητοῦ ἄρτου βρῶσιν ἐργασία καθέστηκεν· δηλοῖ δὲ οὗ εἶπεν τοῖς ἀποστόλοις ὁ Κύριος, « Ἐργάζεσθε μὴ τὴν βρῶσιν τὴν ἀπολλυμένην, ἀλλὰ τὴν μένουσαν εἰς ζωὴν αἰώνιον· » τούτου ἡ καρδία δίκην χόρτου πληγεῖσα ξηραίνεται. Πῶς δὲ ὁ χόρτος πλήττεται καὶ ξηραίνεται; ὅταν ὑετὸς ἐπ' αὐτὸν ἐπανήσῃ. Ὥσπερ καὶ ἡ καρδία, ὅταν ἐνδεία νοσήσῃ τοῦ λόγου, τότε πλήττεται καὶ ξηραίνεται, ἄνθος ἀρετῆς βλαστῆσαι οὐκ ἰσχύουσα.]

ζ', η'. « Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ, ἐγενήθην ὡσεὶ νυκτικόραξ ἐν οἰκοπέδῳ[88]. Ἠγρύπνησα, καὶ ἐγενόμην ὡς[89] στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματι. » Πολλαῖς κέχρηται παραβολαῖς, ἀξίως βουλόμενος παραστῆσαι τὰς συμφοράς· δι' ἑκάστου δὲ τῶν εἰρημένων ὀρνίθων τὴν δειλίαν δηλοῖ, καὶ τοῦ κηδεμόνος τὴν ἐρημίαν. Τό τε γὰρ *στρουθίον* ὑπ' ἀγωνίας ἐξελαύνει τὸν ὕπνον, καὶ ὁ *νυκτικόραξ* τὰς οἰκουμένας φεύγων τῶν οἰκιῶν, ταῖς ἐρήμοις καὶ καταλελειμμέναις προστρέχει. Τὰ γὰρ *οἰκόπεδα*, *ἐρείπια*[90] ὁ Σύμμαχος εἴρηκεν· οὕτω καὶ τὸ ἄλλο ὄρνεον ταῖς ἐρήμοις ἐνδιαιτᾶται.

θ'. « Ὅλην τὴν ἡμέραν ὠνείδιζόν με οἱ ἐχθροί μου, καὶ οἱ ἐπαινοῦντές με[91] κατ' ἐμοῦ ὤμνυον. » Καταγέλαστος ἐγενόμην τοῖς δυσμενέσι· καὶ ὁ ποτὲ ζηλωτὸς, καὶ περίβλεπτος, νῦν ὅρκος γέγονα τοῖς πάλαι θαυμάζουσι· κατὰ γὰρ τῶν ἐμῶν ὀμνύουσι συμφορῶν· Μὴ πάθοιμι[92] ἃ οἱ δεῖνες πεπόνθασιν.

ι', ια'. « Ὅτι σποδὸν ὡσεὶ ἄρτον ἔφαγον, καὶ τὸ πόμα μου μετὰ κλαυθμοῦ ἐκίρνων[93]. Ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου, καὶ τοῦ θυμοῦ σου. » Ταῦτα καὶ ὁ[94] ο' καὶ θ' ἔφη ψαλμός[95]. « Ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτον δακρύων, καὶ ποτιεῖς ἡμᾶς ἐν δάκρυσιν ἐν μέτρῳ. » Τὴν δὲ τῆς ὀδύνης ὑπερβολὴν διὰ τούτων δηλοῖ. Εἰ γὰρ ὁ τῆς τροφῆς καιρὸς ὀδύνης ὑπῆρχε μεστὸς, σχολῇ γε ἂν ἄλλος καιρὸς ταύτης ἐλεύθερος ἦν. Τούτοις δέ φησι περικλύζομαι τοῖς κακοῖς, ἐπειδὴ, Δέσποτα, κατ' ἐμοῦ κεκίνηκας τὴν ὀργήν. « Ὅτι ἐπάρας κατέῤῥαξάς με[96]. » Ὑψηλὸν γὰρ με δείξας, καὶ

« Quia oblitus sum comedere panem meum. [Vers. 6.] A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ. » Cujuslibet enim cibi appetitum perdidi, pristina vero bona corporis habitudine penitus spoliatus sum. Corpore enim confectus sum ex tabe, quæ e tristitia evenit : **1317** nudis vero ossibus cutem hærentem habeo. [Panis itaque animæ nostræ est verbum Dei. Prout enim panis qualitatis expers, corpus, sic quoque verbum quod e cœlo est, animam nutrit. Et hic est panis ille, quem Christus, cum apostolis suis ostenderet quomodo precandum esset, intellexit, dicens : « Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. » Quisquis itaque obliviscitur hunc comedere, hoc est operari (panis enim, qui mente percipitur, comestio operando perficitur, juxta illud quod apostolis suis dicit Dominus : « Operamini cibum, non pereuntem sed permanentem in æternum, » illius cor instar leni percussum, arescit. Quomodo autem fenum percutitur et arescit? si pluvia non amplius super illud cadit. Haud aliter cor, si penuria verbi laborat, percutitur et arescit, nec florem virtutis producere valet]

Vers. 7, 8. « Similis factus sum pelicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilavi, et factus sum sicut passer solitarius in tecto. » Multis utitur comparationibus, volens digne ob oculos ponere calamitates. Per quamlibet autem harum avium timorem demonstrat, et protectoris penuriam. Quandoquidem *passer* ob ægritudinem somnum abigit, et *nycticorax* habitatas domos fugiens, desertas derelictasque frequentat. *Domicilia* enim, *parietinas* Symmachus dixit. Sic etiam et alia avis in solitudinibus versatur.

Vers. 9. « Toto die exprobrabant **1318** mihi inimici mei, et qui laudabant me, adversus me jurabant. » Ridiculus factus sum hostibus, et qui alias felix et illustris eram, juramentum factus sum iis, qui olim me admirabantur : adversus meas enim calamitates jurant, Ne patiar ea, quæ illi et illi perpessi sunt.

Vers. 10, 11. « Quia cinerem tanquam panem manducabam, et poculum meum cum fletu miscebam. A facie iræ et indignationis tuæ. » Hæc etiam septuagesimo nono psalmo dixit : « Cibabis nos pane lacrymarum, et potabis nos lacrymis in mensura [a]. » Magnitudinem vero doloris per hæc ostendit. Si enim edendi tempus dolore refertum erat, tanto minus aliud tempus ab hoc dolore erat liberum. His autem, inquit, circumdatus sum malis, quoniam tu, Domine, in me iram tuam excitasti. « Quoniam elevans allisisti me. » Cum enim me sublimem et

[a] Psal. LXXIX, 6.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[84] *Σῶμα.* cod. 1 add. μου. [85] cod. 1 ὀστέοις. [86] *Τό.* cod. 1 præm. μου. [87] E cod. 1. [88] *Ἐν οἰκοπ.* Hebr. *Solitudinum.* [89] *Ἐγ. ὡς.* cod. Vat. ἐγενήθην ὡσεί. [90] *Ἐρείπια.* Hanc lectionem auctoritate cod. 1 posuimus pro εὐρίπιστα, ut habebat editio prior. Montf. in Hexapl. ad h. l. legit ἐν ἐρεπτίῳ. [91] *Ἐπαιν. με.* Hebr. *insanientes.* [92] cod. 1 πάθοιεν. [93] cod. 1 ἐκίνουν. [94] *Ὁ.* cod. 1 ἐν τῷ. [95] cod. 1 ψαλμῷ. [96] *Κατ. μς* · Hebr. *Projecisti me.*

Digitized by Google

conspicuum reddidisses, repente me ejecisti. *Allisisti* enim, dixit per metaphoram desumptam ab illis, qui in altum aliquid sublevant, et in terram illidunt.

περίβλεπτον ἀποφήνας, ἐξαίφνης ἀπέῤῥιψας. Τὸ γὰρ κατέῤῥαξας ἐκ μεταφορᾶς τέθεικε τῶν ἐπαιρόντων εἰς ὕψος τι, καὶ κατὰ τοῦ ἐδάφους καταῤῥηγνύντων.

Vers. 12. « Dies mei sicut umbra declinaverunt, ego autem sicut fenum exarui. » Prope ipsum, inquit, vitæ occasum constitutus sum, et similis sum umbræ declinanti, et jam desinenti, aridumque fenum imitor, metentium manus accersens.

ιβ'. « Αἱ ἡμέραι μου ὡσεὶ σκιὰ ἐκλίθησαν· κἀγὼ ὡσεὶ χόρτος ἐξηράνθην. » Παρ' αὐτάς εἰμι, φησὶ, τὰς τοῦ βίου δυσμάς· καὶ ἔοικα σκιᾷ κλινάσῃ[97], καὶ ληγούσῃ λοιπόν· καὶ χόρτου δὲ μεμίμημαι[98] τὴν ξηρότητα, τῶν θεριζόντων προσκαλουμένου τὰς χεῖρας.

Vers. 13. « Tu autem, Domine, in æternum permanes, et memoriale tuum per generationem et generationem. » Verum ego quidem talem naturam habeo, talibusque calamitatibus sum oppressus. Tu autem, sempiternus cum sis et æternus, aliquam mutationem præsentium malorum **1319** facile largiri posses. Hoc enim addit :

ιγ'. « Σὺ δὲ, Κύριε, εἰς τὸν αἰῶνα μένεις, καὶ τὸ μνημόσυνόν σου εἰς γενεὰν καὶ γενεάν. » Ἀλλ' ἐγὼ μὲν καὶ τὴν φύσιν τοιαύτην ἔχω, καὶ συμφοραῖς συνεζύγην τοσαύταις· σὺ δὲ, ἄϊδιος ὢν καὶ αἰώνιος, μεταβολήν τινα τῶν παρόντων κακῶν ῥᾳδίως ἂν μοι χαρίσαιο. Τοῦτο γὰρ ἐπιφέρει·

Vers. 14. « Tu exsurgens misereberis Sionis, quia tempus est miserendi ejus, quia venit tempus. » Concede calamitati mutationem in melius : etenim tempus misericordiam efflagitat. Per hæc autem innuit finem pœnæ septuaginta annorum termino circumscriptæ. Sic et admirabilis Daniel, cum servitutis tempus enumerasset, precationem etiam offert. Cum his conveniunt quoque verba spiritualis cantionis :

ιδ'. « Σὺ ἀναστὰς οἰκτειρήσεις τὴν Σιών· ὅτι καιρὸς τοῦ οἰκτειρῆσαι αὐτὴν, ὅτι ἥκει καιρός. » Δὸς, φησὶ, μεταβολὴν ἀμείνω τῇ συμφορᾷ· ὁ γὰρ καιρὸς τὸν ἔλεον ἀπαιτεῖ. Αἰνίττεται δὲ διὰ τούτων τῆς τοῖς ἑβδομήκοντα ἔτεσιν περιωρισμένης τιμωρίας τὸ τέλος. Οὕτω καὶ ὁ θαυμάσιος Δανιὴλ, ἀριθμήσας τῆς αἰχμαλωσίας τὸν χρόνον, προσφέρει καὶ τὴν ἱκετηρίαν. Τούτοις συνᾴδει καὶ τῆς πνευματικῆς μελῳδίας τὰ ῥήματα·

« Quia tempus est miserendi ejus, quia venit tempus. [Vers. 15.] Quoniam placuerunt servis tuis lapides ejus, et terræ ejus miserebuntur. » Sion enim peramabilis est nobis, licet valde deserta sit. Amatu etiam digni sunt lapides destructi, et aggerum qui ex direptione facti sunt memoria misericordiam nobis ingerit.

« Ὅτι καιρὸς τοῦ οἰκτειρῆσαι αὐτὴν, ὅτι ἥκει καιρός. [ιε'.] Ὅτι εὐδόκησαν οἱ δοῦλοί σου τοὺς λίθους αὐτῆς[99], καὶ τὸν χοῦν αὐτῆς οἰκτειρήσουσι. » Τριπόθητος γὰρ ἡμῖν Σιὼν, καὶ λίαν ἔρημος γενομένη· ἀξιέραστοι δὲ καὶ οἱ καταλελυμένοι λίθοι, καὶ τῶν ἐκ τῆς πορθήσεως γεγενημένων χωμάτων [1] ἡ μνήμη οἶκτον ἡμῖν ἐντίθησιν.

Vers. 16. « Et timebunt gentes nomen Domini, et omnes reges terræ gloriam tuam. » Nam videntes reditum nostrum, civitatisque instaurationem, qui afflictiones nostras priores conspexerant, et reges, et principes, et subditi, tuam admirabuntur potentiam, et timentes, te solum esse Deum credent. Hoc vero proprie ac vere post Dei et Salvatoris nostri incarnationem contigit. Post revocationem enim Judæorum, mirati quidem sunt vicini quod factum fuerat; sed tantum abfuit ut crederent Deo universorum, ut ipsis eodem tempore bellum intulerint. Cæterum hoc loco sermo divinus omnium gentium et regum conversionem præcinit. Quarum rerum alias quidem jam perfectas videmus, alias vero futuras esse speramus. **1320** Ait enim divinus Apostolus : « Nondum enim illi omnia subjecta videmus [b]. » Verumtamen docuit [c], omne genu ipsi flectendum esse, cœlestium, terrestrium, et infernorum.

ιε'. « Καὶ φοβηθήσονται τὰ ἔθνη τὸ ὄνομα Κυρίου [2], καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς [3] τὴν δόξαν σου. » Ὁρῶντες γὰρ ἡμῶν τὴν ἐπάνοδον, καὶ τὴν οἰκοδομίαν τῆς πόλεως, οἱ τὰς προτέρας ἡμῶν θεασάμενοι συμφορὰς, καὶ βασιλεῖς, καὶ ἄρχοντες, καὶ ἀρχόμενοι, θαυμάσονταί σου τὴν δύναμιν, καὶ δείσαντές σε Θεὸν εἶναι μόνον πιστεύσουσιν. Τοῦτο δὲ κυρίως καὶ ἀληθῶς μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν γέγονε. Μετὰ γὰρ τὴν Ἰουδαίων ἀνάκλησιν, ἐθαύμασαν μὲν τὸ γεγονὸς οἱ περίοικοι· τοσοῦτον δὲ ἀπέσχον τοῦ πιστεῦσαι τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, ὅτι τὸν πρὸς αὐτοὺς κατὰ ταυτὸν ἤραντο πόλεμον. Ἐνταῦθα δὲ ὁ λόγος καὶ τῶν ἐθνῶν ἁπάντων, καὶ τῶν βασιλέων μεταβολὴν προθεσπίζει. Ὧν τὰ μὲν ὁρῶμεν γεγενημένα, τὰ δὲ ἐλπίζομεν ἔσεσθαι. Φησὶ γὰρ ὁ θεῖος Ἀπόστολος· « Οὔπω γὰρ ὁρῶμεν αὐτῷ τὰ πάντα ὑποτεταγμένα. » Ἀλλ' ὅμως ἐδίδαξεν, ὅτι αὐτῷ κάμψει πᾶν γόνυ ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων

[b] Hebr. II, 8. [c] Philipp. II, 10.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[97] cod. 1. κλινούσῃ. [98] cod. 1 μιμεῖται. [99] Prior editio habebat. αὐτοῦ. [1] *Χωμ.* Abest a cod. 1. [2] *Κυρίου.* Rec. lectio h. l. est σοῦ Κύριε. Sed editio. Ald. et Compl. habent Κυρίου. [3] *Τῆς γῆς.* Abest a cod. Vatic

Digitized by Google

ις'. « Ὅτι οἰκοδομήσει Κύριος τὴν Σιών, καὶ ὀφθήσεται ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ. » Ἐπειδὴ γὰρ οἱ τὰς θείας ἀγνοοῦντες οἰκονομίας, ἀσθένειαν ὑπελάμβανον τοῦ Θεοῦ τὴν Ἰουδαίων δουλείαν, καὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ τὴν ἐρημίαν, εἰκότως δόξαν ἐκάλεσε τοῦ Θεοῦ, τὴν τῆς πόλεως νεουργίαν· ἀντὶ τοῦ, Πάλιν τῆς Σιὼν οἰκοδομηθείσης, ἐν τῇ προτέρᾳ δόξῃ πάντες ὄψονται τὸν τῶν ὅλων Θεόν.

ιη'. « Ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν ταπεινῶν[a], καὶ οὐκ ἐξουδένωσε τὴν δέησιν αὐτῶν. » Οὐ κατεφρόνησε γάρ, ὡς αἰχμαλώτων καὶ δούλων· ἀλλ' ἐδέξατο τὴν ἱκετείαν, καὶ δέδωκε τὴν ἐλευθερίαν.

ιθ'. « Γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν, καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον. » Ταύτην δὲ τὴν εὐεργεσίαν ἀνάγραπτον εἰς ἀεὶ ποιήσομεν· ὥστε καὶ τοὺς ἐσομένους[b] τὴν σὴν φιλανθρωπίαν μαθεῖν. *Λαὸν* δὲ *κτιζόμενον* τὸν ἐξ ἐθνῶν συλλεγέντα καλεῖ, περὶ οὗ καὶ ὁ μακάριος λέγει Παῦλος· « Εἴ τις ἐν Χριστῷ καινὴ κτίσις. » Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ ἐν τῷ κ' καὶ α' ἔφη ψαλμῷ· « Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη, καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ λαῷ τῷ τεχθησομένῳ, ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος. » Οὗτος ὁ λαὸς καὶ τὰ παλαιὰ καὶ τὰ νέα παιδευόμενος τὸν προσήκοντα ὕμνον ἀναπέμπει τῷ Σωτῆρι Θεῷ.

κ'-κβ'. Ὅτι ἐξέκυψεν ἐξ ὕψους ἁγίου αὐτοῦ Κύριος, ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπέβλεψε. Τοῦ ἀκοῦσαι τοῦ στεναγμοῦ τῶν πεπεδημένων, τοῦ λῦσαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων[c]. Τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐν Σιὼν τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ τὴν αἴνεσιν αὐτοῦ ἐν Ἰερουσαλήμ. » Πάντα γὰρ ἐφορῶν καὶ πρυτανεύων ὁ τῶν ὅλων Θεὸς τῶν ἐφορωμένων[d] ἐπῆκουσε, καὶ τὴν τῆς ἐλευθερίας ἐξενήνοχε ψῆφον, ὥστε τοὺς πεπεδημένους ἀντὶ τῶν ἀνῃρημένων ἐπανελθεῖν, καὶ τὴν πόλιν τὴν πατρῴαν οἰκοδομῆσαι, καὶ συνήθως ἐν ἐκείνῃ τὴν κατὰ τὸν νόμον λατρείαν προσενεγκεῖν τῷ Θεῷ.

κγ'-κε'. « Ἐν τῷ ἐπισυναχθῆναι[e] λαοὺς ἐπὶ τὸ αὐτὸ καὶ βασιλεῖς[f], τοῦ δουλεύειν τῷ Κυρίῳ. Ἀπεκρίθη αὐτῷ[g] ἐν ὁδῷ ἰσχύος αὐτοῦ[h], τὴν[i] ὀλιγότητα τῶν ἡμερῶν μου. ἀνάγγειλόν[j] μοι· μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου. » Ὅταν, φησὶ, τῆς ἐπανόδου τύχωμεν, ἀθροίσονται λαοὶ[k] καὶ βασιλεῖς, τὴν σὴν θαυμάζοντες δύναμιν. Τηνικαῦτα τοίνυν τοσαύτην ἕξομεν εὐφροσύνην, ὡς καὶ δεηθῆναί σου τῆς ἀγαθότητος, προσθήκην ἡμῖν ἐτῶν χαρίσασθαι, καὶ μὴ μεσοῦντος ἡμῶν[l] τοῦ χρόνου τῷ θανάτῳ παραδοῦναι· *ὁδὸν* δὲ *ἰσχύος* καλεῖ τὴν διὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ Θεοῦ παρασχεθεῖσαν ἐπάνοδον. « Ἐν γενεᾷ γενεῶν

A

B

C

D

Vers. 17. « Quia ædificavit Dominus Sionem, et conspicietur in gloria sua. » Quoniam enim ii qui ignorabant divinas dispensationes, Judæorum servitutem, Hierosolymæque vastitatem a Dei imbecillitate proficisci suspicabantur, jure gloriam appellavit Dei urbis instaurationem. Quasi dicat : Sione rursus ædificata, in pristina gloria universorum Deum omnes cernent.

Vers. 18. « Respexit ad orationem humilium, et non sprevit preces eorum. » Non enim despexit, veluti captivos et servos, sed preces admisit, libertatemque largitus est.

Vers. 19. « Scribatur hæc in generatione altera, et populus qui creabitur laudabit Dominum. » Hoc autem beneficium in litteras relatum semper conservabimus, ut posteri tuam benignitatem discant. *Populum* vero *qui creatur*, illum dixit qui e gentibus conflatus est : de quo et beatus Paulus ait : « Si quis in Christo, nova est creatura [d]; » et ipse divinus David in vicesimo primo psalmo : « Annuntiabitur Domino generatio ventura, et annuntiabunt justitiam ejus populo qui nascetur, quem fecit Dominus [e]. » Hic populus, et antiqua et nova edoctus, congruentem Deo, qui salutem largitus est, hymnum offert.

Vers. 20-22. « Quia prospexit de sancto suo excelso Dominus, de cœlo terram aspexit. Ut audiret gemitus compeditorum, ut solveret filios interemptorum. **1321** Ut annuntient in Sione nomen Domini, et laudem ejus in Hierosolyma. » Omnia enim inspiciens et moderans universorum Deus, inspectos exaudivit, libertatisque sententiam protulit, ut captivi pro interemptis redirent, patriamque urbem instaurarent, et consueto more in illa cultum secundum legem Deo præstarent.

Vers. 23-25. « Cum conveniunt populi in unum et reges, ut serviant Domino. Respondit ei in via virtutis suæ ; paucitatem dierum meorum nuntia mihi ; ne auferas me in dimidio dierum meorum. » Cum, inquit, reditum consecuti fuerimus, congregabuntur populi et reges, tuam admirantes potentiam. Tunc igitur tantam habebimus lætitiam, ut bonitatem tuam obsecremus, velis nobis annos addere, nec in medio cursu vitæ nostræ nos morte afficere. *Viam* autem *virtutis*, vocat fortitudinem Dei per reversionem concessam. « In generatione generationum anni tui. » Tu enim naturam habes

[d] II Cor. v, 17. [e] Psal. xxi, 32.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[a] *Τῶν ταπ.* Hebr. *Solitarii.* [b] *Ἐσομ.* cod. 1 ἐν μέσῳ. [c] *Τῶν τεθαν* Hebr. תמותה. [d] *Ἐφορ.* cod. 1 ὀλοφυρομένων. [e] *Ἐπισυν.* cod. Vat. habet συναχθῆναι. [f] *Βασ.* Hebr. *regna.* [g] *Ἀπεκρίθη αὐτῷ.* Hebr. ענּ afflixit. Symm. ἐκάκωσεν. [h] *Ἰσχύος αὐτοῦ.* Hæc interpretatio sequitur lectionem τοῦ Kthibh. Præstat autem h. l. lectio τοῦ Kri, כחי. Symm. τὴν ἰσχύν μου. Ita quoque Syrus. [i] *Τὴν — μου.* Hebr. *Abbreviavit.* s. paucos fecit, *dies meos.* [j] *Ἀνάγγ. μοι.* Sic quoque habet Syrus. Sed Hebr. Dico, Deus mi. [k] *Λαοί.* cod. 1 præm. καί. [l] cod. 1 ἡμῖν.

Digitized by Google

finis expertem, et facile est tibi alios etiam longævos facere.

VERS. 26, 27. « Initio tu, Domine, terram fundasti, et opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes. » Quid enim ab universorum Opifice fieri non posset? **1322** Te volente jam exsistit terra, cœlos qui non erant fecisti : et cum ista mutationem patiantur, tu immutabilem habes naturam. Ex elementis porro quæ omnia continent, aliarum rerum omnium ipsum fuisse creatorem ostendit. « Et omnes sicut vestimentum veterascent, et sicut opertorium volves eos, et mutabuntur. » Symmachus autem sic : *Et omnes sicut vestimentum senescent, et sicut amictum mutabis eos, et mutabuntur.* Omnia enim, quæ cernuntur, senescent, vestimentorumque vetustatem imitabuntur. Tu autem ipsa mutabis, et renovabis, et incorruptibilia pro corruptibilibus facies. Hoc et divinus Apostolus inquit, « Quoniam et ipsa creatura [e] liberabitur a servitute corruptionis ad libertatem gloriæ filiorum Dei [f]. »

VERS. 28. « Tu autem idem ipse es, et anni tui non deficient. » Tu quidem, Domine, res creatas immutas, ut vis : tu autem naturam immutabilem et mutatione superiorem habes. Hæc quidem divinus Apostolus in Epistola ad Hebræos Filii attribuit proprietati [g]. Verumtamen in Filio Patrem contemplamur. Quæ enim ille facit, hæc et Filius eodem modo facit, et eadem natura in utroque cognoscitur : unam enim esse actionem Trinitatis scimus.

VERS. 29. « Filii servorum tuorum habitabunt, et semen eorum in sæculum dirigetur. » Symmachus **1323** posuit, *permanebit.* Significat autem illos a servitute liberatos Hierosolymam habitaturos esse : at horum semen in æternum permansurum esse. De hoc semine divinus Apostolus ait : « Donec veniat semen, quod promissum est [h]. » Et : « Abrahamo dictæ sunt promissiones, et semini ejus. Non dicit, et seminibus, tanquam in multis : sed tanquam in uno, et semini tuo, quod est Christus [i]. » Hoc semen in æternum permanebit. Unitum enim cum Deo Verbo, immortalem habet naturam, et credentibus vitam largitur, secundum ipsius Domini vocem : « Qui manducat carnem meam, et bibit sanguinem meum, vivet in æternum [j]. »

τὰ ἔτη σου. » Σὺ γὰρ ἀπέραντον ἔχεις τὸ εἶναι, καὶ ῥᾴδιόν σοι καὶ τοὺς ἄλλους μακροβίους ἐργάσασθαι.

κς', κζ'. « Κατ' ἀρχὰς σὺ, Κύριε, τὴν γῆν ἐθεμελίωσας, καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σού εἰσιν οἱ οὐρανοί. Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις. » Τί γὰρ ἀδύνατον τῷ τῶν ὅλων Δημιουργῷ; τῇ γῇ τὸ εἶναι σὺ δέδωκας, τοὺς οὐρανοὺς μὴ ὄντας ἐποίησας, καὶ τούτων μεταβολὴν δεχομένων, σὺ τὸ ἄτρεπτον ἔχεις. Ἀπὸ δὲ τῶν περιεκτικῶν στοιχείων, καὶ τῶν ἄλλων αὐτὸν ἁπάντων ἔδειξε ποιητήν. « Καὶ πάντες ὡς [16] ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτοὺς [17] καὶ ἀλλαγήσονται. » Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως· *Καὶ πάντες* [18] *ὡσεὶ* [19] *ἱμάτιον παλαιωθήσονται, καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον* [20] *ἀλλάξεις* [21] *αὐτοὺς* [22], *καὶ ἀλλαγήσονται.* Ἅπαντα γὰρ [23] τὰ ὁρώμενα καταγηράσει, καὶ ἱματίων μιμήσεται παλαιότητα· σὺ δὲ αὐτὰ ἀλλάξεις, καὶ νεουργήσεις, καὶ ἄφθαρτα ποιήσεις ἀντὶ φθαρτῶν. Τοῦτο καὶ ὁ θεσπέσιος [24] Ἀπόστολος ἔφη· « Ὅτι καὶ αὐτὴ ἡ κτίσις ἐλευθερωθήσεται ἀπὸ [25] τῆς δουλείας τῆς φθορᾶς, εἰς τὴν ἐλευθερίαν τῆς δόξης τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ. »

κη'. « Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν. » Τὴν μὲν οὖν κτίσιν μεταῤῥυθμίζεις ὡς ἐθέλεις, ὦ Δέσποτα· σὺ δὲ ἄτρεπτον ἔχεις τὴν φύσιν, καὶ ἀλλοιώσεως κρείττονα. Ταῦτα μέντοι ὁ θεῖος Ἀπόστολος τῇ τοῦ Υἱοῦ περιτέθεικεν ἰδιότητι, ἐν τῇ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῇ. Ἀλλ' ὅμως ἐν τῷ Υἱῷ θεωροῦμεν τὸν Πατέρα. Ἃ γὰρ ἂν [26] ἐκεῖνος ποιεῖ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὡσαύτως ποιεῖ· καὶ τὸ ταυτὸν τῆς φύσεως ἐν ἑκατέρῳ γνωρίζεται· μίαν γὰρ ἴσμεν τὴν τῆς Τριάδος ἐνέργειαν.

κθ'. « Οἱ υἱοὶ τῶν δούλων σου κατασκηνώσουσι, καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα [27] κατευθυνθήσεται. » Ὁ δὲ Σύμμαχος *διαμενεῖ* τέθεικε. Σημαίνει δὲ ὡς οἱ μὲν τῆς δουλείας ἀπαλλαγέντες τὴν Ἱερουσαλὴμ οἰκήσουσι, τὸ δὲ ἐξ αὐτῶν σπέρμα εἰς τὸν αἰῶνα διαμενεῖ. Περὶ τούτου δὲ τοῦ σπέρματος ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη· « Ἄχρις οὗ ἔλθῃ τὸ σπέρμα ᾧ ἐπήγγελται [28]. » Καὶ, « Τῷ Ἀβραὰμ ἐῤῥήθησαν [29] αἱ ἐπαγγελίαι, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ. Οὐ λέγει Καὶ τοῖς σπέρμασιν ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνός, Καὶ τῷ σπέρματί σου, ὅς ἐστι Χριστός· » Τοῦτο τὸ σπέρμα εἰς τὸν αἰῶνα διαμενεῖ. Ἐνωθὲν γὰρ τῷ Θεῷ Λόγῳ ἀνώλεθρον ἔχει τὸ εἶναι, καὶ δωρεῖται ζωὴν τοῖς πιστεύουσι, κατὰ τὴν αὐτοῦ Κυρίου φωνήν· « Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. »

[e] Rom. VIII, 21. [f] Hebr. I, 10-12. [g] Galat. III, 19. [h] ibid. 16. [i] Joan. VI, 54, 58.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πεποιημένην καλεῖ, καθ' ἣν ὁ λίθος οὗτος ἀνέστη μετὰ τὸ πάθος. Εὐθὺς γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τοῖς ἱεροῖς ἐκέλευσεν ἀποστόλοις, πορευθῆναι καὶ μαθητεῦσαι πάντα τὰ ἔθνη. Διαφερόντως δὲ ταύτην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι τὴν ἡμέραν ἔφη. Ἐπειδὴ γὰρ [3] ἐξ ἀρχῆς τὸ φῶς ἐν αὐτῇ πεποίηκεν ὁ Θεὸς, καὶ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀνάστασιν δεξαμένη, τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου τὰς ἀκτῖνας εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην κατέπεμψε. Καὶ τὸ φῶς δὲ δημιουργήσας, φῶς τὴν ἡμέραν ἐκάλεσεν, ἄλλο δὲ οὐδὲν κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν πεποίηκεν. Αὕτη τοίνυν [4] ἡ ἡμέρα μόνη, κατὰ τὴν πρώτην ἡμέραν, τὴν δημιουργίαν ἐδέξατο τοῦ φωτός. Ἐν μὲν γὰρ τῇ δευτέρᾳ [5] πεποίηκε τὸ στερέωμα, ἐν δὲ τῇ τρίτῃ τὰ φυτὰ καὶ τὰ σπέρματα, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ὁμοίως τὰ ἄλλα· ἐν δὲ τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τὸ φῶς· ἐκάλεσε δὲ τὸ φῶς *ἡμέραν*. Εἰκότως τοίνυν [6] ἔφη, « Αὕτη ἡ ἡμέρα, ἣν ἐποίησεν ὁ Κύριος, ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ, » ἅτε δὴ ἐν αὐτῇ τῶν ἀγαθῶν δεξάμενοι τὰς πηγάς.

κε'. « Ὦ Κύριε, σῶσον δή, ὦ Κύριε, εὐόδωσον δή. » Καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον, ὦ Δέσποτα, παράσχου τὴν σωτηρίαν, καὶ τὴν πρὸς σὲ φέρουσαν ἡμῖν ὁδὸν ποίησον ῥᾳδίαν καὶ εὔπορον.

κς'. « Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι Κυρίου. » Ταύτην [7] τῷ Δεσπότῃ τὴν φωνὴν καὶ οἱ παῖδες προσήνεγκαν εἰς ἔλεγχον τῶν τὰ θεῖα λόγια διδάσκειν ὑπισχνουμένων, καὶ τὴν ἀληθῆ διάνοιαν συνιδεῖν οὐ βουλομένων. Τῶν γὰρ Γραμματέων καὶ Φαρισαίων Σαμαρείτην τὸν Δεσπότην ἀποκαλούντων, οἱ παῖδες αὐτὸν εἶναι τὸν ἐρχόμενον [8] καὶ εὐλογημένον ἀπεκάλουν [9], καὶ τὸ Ὡσαννὰ δὲ ὁμοίως ἐν τῇδε κεῖται τῇ προφητείᾳ· τὸ γὰρ *σῶσον δὴ Ὡσαννὰ* παρὰ τῷ Ἑβραίῳ κείμενον εὕρομεν. Ἐντεῦθεν δὲ καὶ ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ Βαπτιστὴς τοὺς οἰκείους πρὸς τὴν ἀλήθειαν ποδηγῶν μαθητὰς, ἤρετο δι' ἐκείνων τὸν Κύριον· « Σὺ εἶ ὁ ἐρχόμενος, ἢ ἕτερον προσδοκῶμεν; » Κύριος δὲ ὤν, ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐλήλυθεν. Οὕτως δὲ ἔφη πρὸς Ἰουδαίους· « Ἐγὼ ἐλήλυθα ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ Πατρός μου [10] καὶ οὐκ ἐλάβετέ με· ἔρχεται ἄλλος ἐν τῷ ἰδίῳ ὀνόματι, κἀκεῖνον [11] λήψεσθε. » Καὶ εὐλογημένος ὢν, εὐλογημένου ἐστὶν υἱός. Οὕτω [12] καὶ ὁ ἀρχιερεὺς ἤρετο· « Σὺ εἶ ὁ υἱὸς τοῦ εὐλογητοῦ; » — « Εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐξ οἴκου Κυρίου. » Ταῦτα λέγουσιν οἱ νενικηκότες τοῖς ἑαυτῶν ἐρασταῖς, ὅτι τοῦ λίθου τούτου τὴν εὐλογίαν ὑμῖν προσφέρομεν, ὃς οἶκος ἐγένετο τοῦ ἐν αὐτῷ Θεοῦ Λόγου· « Ὁ γὰρ Λόγος, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο, καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. » Καὶ ὁ Κύριος πρὸς Ἰουδαίους ἔφη· « Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. »

κζ'. « Θεὸς Κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. » Σαφῶς ἐθεολόγησεν ἐνταῦθα τὸν Δεσπότην Χριστόν. Ὃν γὰρ ἐκάλεσεν *ἄνω λίθον*, καὶ μετὰ ταῦτα *εὐλογημένον*,

A vocat illum, quo hic lapis post passionem a mortuis resurrexit. Statim enim post resurrectionem, **1434** sacris apostolis præcepit, ut irent, et docerent omnes gentes. Præcipue autem hunc diem a Deo factum esse dicit. Quoniam enim a principio lucem illo die fecit Deus, cum etiam Salvatoris nostri resurrectionem accepisset, radios Solis justitiæ in totum terrarum orbem emisit. Et cum lucem porro fabricasset, lucem vocavit diem, nihil autem aliud illo die fecit. Hic igitur dies solus, sicut primus dies, luminis institutionem accepit. Secundo enim die firmamentum fecit, tertio plantas et semina, et in aliis similiter alia, primo vero die lucem : vocavit autem lucem *diem*. Jure igitur dixit : « Hic est dies quem fecit Dominus : exsultemus, et lætemur in eo, » ut-

B pote qui in ipso bonorum fontes accepimus.

Vers. 25. « O Domine, salvum me fac, o Domine, bene prosperare. » Et in posterum tempus, o Domine, salutem largire, et viam ad te ducentem facilem et expeditam nobis fac.

Vers. 26. « Benedictus qui venit in nomine Domini. » Idem etiam pueri Domino dixerunt, in reprehensionem eorum qui, divina oracula docere profitentes, veritatem cognoscere nolebant. Cum enim Scribæ et Pharisæi Samaritanum Dominum appellarent, pueri ipsum esse venientem et benedictum dicebant [p]. Et vox Hosanna similiter in hac etiam vaticinatione inest. **1435** *Salvum* enim *fac*, in Hebræo contextu *Hosanna* positum invenimus. Hinc etiam beatus Joannes Baptista, suos discipulos

C ad veritatem ducens, per illos Dominum interrogavit : « Tune es, qui venturus es, an alium expectemus [q]? » Cum autem sit Dominus, in nomine Domini venit. Sic porro Judæis dixit : « Ego veni in nomine Patris mei, [sed non recepistis me;] venit alius in suo nomine, et illum accipietis [r]. » Et cum sit benedictus, benedicti est filius. Similiter et pontifex interrogavit : « Tune es filius benedicti [s]? » — « Benediximus vobis de domo Domini. » Hæc dicunt amicis suis qui victoriam adepti sunt, Hujus lapidis benedictionem vobis afferimus, qui domus factus est Dei Verbi, quod « in ea habitavit, « Verbum enim, inquit, caro factum est, et habitavit in nobis [t]. » Et Dominus Judæis dixit : « Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud [u]. »

D

Vers. 27. « Deus Dominus est, et illuxit nobis. » Manifesto hoc in loco Dominum Christum Deum esse declaravit. Quem enim superius *lapidem* vo-

[p] Matth. xxi, 9. [q] Matth. xi, 5. [r] Joan. v, 43. [s] Marc. xiv, 61. [t] Joan. i, 14. [u] Joan. ii, 19.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[3] *Γάρ*. cod. 1 καί. [4] *Αὕτη τοίνυν*. ib. νῦν. [5] *Δευτ*. ib. sequitur ἡμέρᾳ. [6] *Τοίνυν*. cod. 1. νῦν. [7] *Ταύτην — εὕρομεν*. Hæc Theodoro tribuuntur apud Cord. l. c. p. 361. [8] *Ἐρχ*. cod. 1 add. ὡμολόγουν. [9] ibid. ἐκάλουν. [10] E cod. 1. [11] ib. ἐκεῖνον. [12] *Οὕτω — υἱός*. Des. ibid.

Digitized by Google

cavit, et postea *benedictum*, et *qui venit in nomine Domini* ipsum nominat, et *Dominum*, et *Deum*, qui se ipsum ad conspiciendum præbuit, quique salutem credentibus largitus est. « Constituite diem solemnem in condensis, usque ad cornu altaris. » Congregamini igitur omnes, et diem festum maximum agite, propriam salutem celebrantes, **1436** ut ad ipsum usque altare frequentia constipata perveniat. *In condensis* enim pro *constipati* et frequentia coarctati posuit : nam *condensum*, pro *constipatum*, etiam exteri scriptores vocant.

Vers. 28. « Deus meus es tu, confitebor tibi; Deus meus es tu, et exaltabo te. » Te novi Deum, te novi Dominum, te beneficii auctorem per vitam celebrabo.

« Confitebor tibi, quoniam exaudivisti me, et factus es mihi saluti. [Vers. 29.] Confitemini Domino, quoniam bonus est : quoniam in sæculum sæculi misericordia ejus. » Postquam se ipsos primum, utpote aliorum duces, ad hymnorum cantum excitarunt, sic et alios adhortantur, ut bonum Dominum celebrent, quippe qui affatim misericordiæ fontes porrigit. Sciendum est autem, quod iis etiam, qui a gentibus illis obsessi erant, congruebat, ut scirent eum, qui ex ipsis secundum carnem oriturus erat, et omnibus salutem largiturus. Sic enim audaciores contra invadentes evadebant, fide benedictionis, quæ in ipsis abscondita erat, recreati.

A καὶ *ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐρχόμενον*, αὐτὸν ὠνόμασε καὶ [13] *Κύριον* καὶ *Θεὸν*, τὴν οἰκείαν ποιησάμενον ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν σωτηρίαν τοῖς πιστεύσασι δωρησάμενον. « Συστήσασθε [14] ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἕως τῶν κεράτων τοῦ θυσιαστηρίου. » Συναθροίσθητε τοίνυν ἅπαντες, καὶ πανήγυριν μεγίστην ἐπιτελέσατε, τὴν οἰκείαν ἑορτάζοντες σωτηρίαν, ὡς μέχρις αὐτοῦ φθάσαι τοῦ θυσιαστηρίου τὸ πλῆθος [15] στενοχωρούμενον. Τὸ [16] γὰρ, *ἐν τοῖς πυκάζουσιν*, ἀντὶ τοῦ, *πεπυκνωμένοι*, καὶ τῷ πλήθει στενοχωρούμενοι τέθεικεν. Τὸ γὰρ *πεπυκασμένον*, *πεπυκνωμένον* καὶ οἱ ἔξω τοῦ καθ' ἡμᾶς λόγου καλοῦσιν.

κη'. « Θεός μου εἶ σὺ, καὶ ἐξομολογήσομαί σοι· Θεός μου εἶ σὺ, καὶ ὑψώσω σε. » Σὲ οἶδα Θεὸν, σὲ B οἶδα Δεσπότην, σὲ τὸν εὐεργέτην διὰ βίου ὑμνήσω.

« Ἐξομολογήσομαί [18] σοι, ὅτι ἐπήκουσάς μου, καὶ ἐγένου μοι εἰς σωτηρίαν. [κθ'] Ἐξομολογεῖσθε τῷ Κυρίῳ, ὅτι ἀγαθὸς, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. » Πρώτους ἑαυτοὺς, ἅτε δὴ τῶν ἄλλων προτεταγμένοι, εἰς τὴν [17] δοξολογίαν κινήσαντες, οὕτω καὶ τοῖς ἄλλοις παρεγγυῶσι τὸν ἀγαθὸν ὑμνῆσαι Δεσπότην· ἅτε δὴ πᾶσιν ἀφθόνως ὀρέγοντα [18] τοὺς τοῦ ἐλέου [19] κρουνούς. Εἰδέναι μέντοι προσήκει, ὡς καὶ τοῖς ὑπὸ τῶν ἐθνῶν ἐκείνων πολιορκουμένοις ἥρμοττεν, εἰδέναι τὸν ἐξ αὐτῶν κατὰ σάρκα βλαστήσοντα, καὶ πᾶσι τὴν σωτηρίαν παρέξοντα. Οὕτω γὰρ θαῤῥαλεώτεροι κατὰ τῶν ἐπιόντων ἐγίνοντο, τῇ πίστει τῆς ἐν αὐτοῖς κρυπτομένης εὐλογίας ψυχαγωγούμενοι.

C

INTERP. PSALMI CXVIII.

Alleluia. Multas variasque rerum vicissitudines beatus David **1437** expertus est. Etenim et hostes fugit, et hostes insecutus est, et in mœrores incidit, et jucundiorem rursus habuit vitam, et in divina incessit via, et offendit inter eundum, et rursus divinas secutus est leges. Hæc omnia igitur hoc in psalmo in unum collegit, et preces a se Deo singulis temporibus oblatas invicem connectens, unam utilissimam omnibus hominibus doctrinam proponit, et docet per ista, quomodo possit fieri, ut practicam virtutis partem exsequamur. Non ne-

ΕΡΜΗΝ. ΤΟΥ ΡΙΗ' ΨΑΛΜΟΥ.

Ἀλληλούϊα [20]. Πολλὰς [21] καὶ διαφόρους ὁ θεῖος Δαβὶδ πραγμάτων ἔσχε μεταβολάς. Καὶ γὰρ ἔφευγε πολεμίους, καὶ ἐδίωξε πολεμίους, καὶ περιέπεσεν ἀθυμίαις, καὶ θυμηρεστέραν πάλιν ἔσχε ζωὴν, καὶ τὴν θείαν ὁδὸν ἔδραμε, καὶ ἔπταισεν [22] ὁδεύων, καὶ αὖθις τοῖς θείοις ἠκολούθησε νόμοις. Ταῦτα τοίνυν ἅπαντα κατὰ ταὐτὸν ἐν τῷδε συνήγαγε ψαλμῷ, καὶ τὰς καθ' ἕκαστον καιρὸν ὑπ' αὐτοῦ προσενεχθείσας τῷ Θεῷ προσευχὰς [23] προσαρμόσας ἀλλήλαις, μίαν τοῖς ἀνθρώποις ὀνησιφόρον διδασκαλίαν προτέθεικε· καὶ διδάσκει δι' ὧν [24] λέγει, πῶς δυνατὸν κατορθῶσαι

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[13] *Καὶ.* Des. ibid. [14] *Συστήσασθε — πυκάζουσιν.* Hebr. *Alligare victimam funibus.* Metonymica significatio quam h. l. habet vox עבת, latuit Græcos aliosque multos interpretes. Unicum qui istam perspexisse videtur, Montf. in Hexapl. ad h. l. produxit, cujus versio his paucis comprehenditur, θύσατε θυσίαν. Ejusdem, ut putamus, auctoris est interpretatio illa, θύσατε θυσίας λιπαρὰς, cujus Cord. l. c. t. III, p. 365, meminit, sed sine nomine. [15] *Τὸ πλῆθος.* Abest a cod. 1. [16] *Τὸ — καλοῦσιν.* Parum ab his differunt, quæ sub Hesychii nomine exstant apud Cord. l. c. Pro πεπυκνωμένοι et στενοχ. leg. esse videtur πεπυκνωμένοις et στενοχωρουμένοις. [17] *Ἐξομολ.—σωτηρ.* Hæc in textu Hebr. desid. ex v. 21 ut videtur, inserta. [17] *Εἰς τήν.* cod. 1 πρός. [18] ibid. παρέχοντα. [19] ib. ἐλέους. [20] *Ἀλληλ.* Abest a textu Hebr. Hic Psalmus in cod. Aug. 1 divisus est in tres στάσεις s. *stationes*, quarum secunda incipit a versic. 73, cui στάσις δευτέρα, tertia a vers. 132, cui στάσις τρίτη ascriptum legimus. Huc pertinet quæ J. Meursius in Glossario Græco-Barb. ad voc. Κάθισμα monuit, scilicet apud Græcos universum Psalterium dispesci in Καθίσματα viginti, quorum hic Psalmus constituit decimum septimum. Singula autem καθίσματα teste Leone Allatio de libris Eccles. Græc. p. 54, dividuntur in tres partes, quas στάσεις dicunt. In edit. Sirmond. ad marginem vers. 73, verba ista *statio secunda* apposita sunt, quæ loco isto in hac edit. repetenda esse duximus, desideratur autem indicium stationis tertiæ [21] *Πολλὰς — παθήμασιν.* Cum his conf. quæ Cord. l. c. p. 373, Origeni tribuit. [22] cod. 1 προσέπταισεν [23] ibid. προσφορὰς. [24] *Διὸ. δι' ὧν.* ib. διδάσκων.

Digitized by Google

τὴν πρακτικὴν ἀρετήν. Οὐκ ἀμελεῖ δὲ οὐδὲ τῆς τῶν δογμάτων ἀκριβείας· ἀλλὰ ταῖς ἠθικαῖς ὑποθήκαις καὶ τὴν περὶ τούτων διδασκαλίαν προστίθησι. Ὡς ἀρκεῖν τοῦτον τὸν ψαλμὸν, καὶ τοὺς τῆς τελείας ἀρετῆς ἐφιεμένους ἐν αὐτῇ τελειῶσαι, καὶ τοὺς ῥᾳστώνῃ συζῶντας πρὸς σπουδὴν διεγεῖραι, καὶ ψυχαγωγῆσαι τοὺς ἀθυμοῦντας, καὶ ῥυθμίσαι [25] τοὺς ῥᾳθυμοῦντας, καὶ ἁπαξαπλῶς παντοδαπὴν θεραπείαν ἐνθεῖναι τοῖς ποικίλοις τῶν ἀνθρώπων παθήμασιν [26].

α'. « Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ. » Μακαρίζει τοὺς τὴν βασιλικὴν ὁδὸν ὁδεύοντας [27] ἁπλινῶς, καὶ [28] μήτε δεξιᾷ, μήτε ἀριστερᾷ κατὰ τὰς ὑποθήκας τοῦ νόμου παρατραπέντας. Τίνες δὲ οὗτοι διδάσκει· « Οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου. » Οἱ γὰρ κατὰ τούτους πολιτευόμενοι τὸ ἄμωμον ἔχουσιν. *Ὁδὸν* γὰρ τὸν βίον καλεῖ. Τοῦτον γὰρ ἐξ ὠδίνων [29] μέχρι ταφῆς [30] διοδεύομεν ἅπαντες.

β'. « Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες [31] τὰ μαρτύρια αὐτοῦ, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. » Καὶ τὸν ὄγδοον [32] καὶ δέκατον ψαλμὸν ἑρμηνεύοντες εἰρήκαμεν τίνι διαφέρει νόμος, καὶ μαρτύρια, καὶ δικαιώματα, καὶ κρίματα, καὶ ἐντολαί· ἀναμνήσομεν δὲ ὅμως ἐν κεφαλαίῳ τῶν εἰρημένων. *Νόμον* καλεῖ, τὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων διὰ τοῦ θεσπεσίου Μωσοῦ δεδομένον. *Ἐντολὰς* δὲ καὶ *προστάγματα* πάλιν τὸν αὐτὸν, ὡς βασιλικῶς ἐνταλθέντα καὶ προσταχθέντα. *Δικαιώματα* [33], ὡς δικαιοῦν [34] τὸν κατορθοῦντα [35] δυνάμενον. *Κρίματα* δὲ ὡς τὰς θείας ψήφους ὑποδεικνύντα, καὶ τὰς ἀξίας ἀντιδόσεις τῶν τε ἐννόμως καὶ παρανόμως βιούντων. *Μαρτύρια* δὲ, ὡς διαμαρτυρόμενον, καὶ δεικνύντα, οἷαις ὑποβληθήσονται τιμωρίαις οἱ παραβαίνοντες. Μακαρίζει τοίνυν καὶ ἐνταῦθα τοὺς τὰ μαρτύρια τοῦ Θεοῦ διηνεκῶς ἐρευνῶντας, καὶ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ τὸν Θεὸν ἐκζητοῦντας· οὐ παντὸς δὲ τοῦτο, ἀλλὰ τοῦ τὴν κορυφὴν αὐτὴν [36] κατειληφότος τῆς ἀρετῆς. Ὁ γὰρ τοιοῦτος οὐ μερίζει τὴν διάνοιαν εἰς Θεὸν καὶ φροντίδας βιωτικὰς, ἀλλὰ ὅλον ἑαυτὸν ἀνατίθησι τῷ Θεῷ.

γ'. « Οὐ γὰρ οἱ [37] ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτοῦ ἐπορεύθησαν. » Τὴν διαίρεσιν ταύτην πεποίηκε καὶ ἐν τῷ πρώτῳ ψαλμῷ. Καὶ γὰρ ἐκεῖ μακαρίσας τὸν ἐν νόμῳ Κυρίου μελετῶντα ἡμέρας καὶ νύκτας [38], καὶ τὸν τῆς μελέτης ἐπιδείξας καρπὸν, ἐπήγαγεν· « Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως. » Καὶ ἐνταῦθα τοίνυν μακαρίσας τοὺς ἀμώμους, διδάσκει, ὡς οἱ τῆς ἀνομίας ἐργάται ἑτέραν ἑαυτοῖς ὁδὸν κατεσκεύασαν, καὶ τὴν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ πηγεῖσαν κατέλιπον.

δ'. « Σὺ ἐνετείλω τὰς ἐντολάς σου, τοῦ φυλάξασθαι [39] σφόδρα. » Τοῦτο καὶ διὰ τοῦ νόμου, καὶ διὰ τῶν προφητῶν, καὶ διὰ τῶν ἱερῶν Εὐαγγελίων ὁ Δεσπότης παρακελεύεται· καὶ μεστὴ πᾶσα ἡ θεία

A gligit tamen dogmatum sinceritatem, sed horum quoque doctrinam adjungit præceptis de moribus. Potest itaque hic psalmus et exquisitæ virtutis studiosos in ipsa perficere, et segniter viventes ad studium accendere, et mœrentes recreare, et corrigere pigros, et, ut uno verbo dicam, universi generis medicinam variis hominum morbis adhibere.

Vers. 1. « Beati immaculati in via. » Eos *beatos* esse ait, qui in regia incedunt via, non deflectentes, nec dextrorsum neque sinistrorsum, legis præcepta transgredientes. Quinam autem sint hi, docet: « Qui ambulant in lege Domini. » Qui enim secundum hanc vivunt, reprehendi minime possunt. *Viam* enim vitam vocat; in hac enim a partu B usque ad sepulcrum omnes incedimus.

1438 Vers. 2. « Beati qui scrutantur testimonia ejus, toto corde exquirunt eum. » Et decimum octavum explanantes psalmum, diximus, in quo differant lex et testimonium, et justificationes, et judicia, et mandata: tamen summatim ea quæ dicta sunt in memoriam revocabimus. *Legem* vocat, ab universorum Deo per divinum Mosen datam. *Mandata* vero et *præcepta* rursus vocat legem, tanquam regio more ab ipso injunctam et imperatam. *Justificationes*, ut quæ recte agentem justum reddere potest. *Judicia* autem, tanquam divinas sententias ostendentem, et digna præmia eorum qui secundum legem, et eorum qui inique vivunt. C *Testimonia* vero, ut contestantem, et demonstrantem, quibus suppliciis obnoxii sint qui eam transgrediuntur. *Beatos* igitur etiam hic esse dicit eos qui Dei testimonia continue scrutantur, et toto corde Deum quærunt. Non cujuslibet autem est hoc, sed ejus qui virtutis fastigium apprehendit: quia hujusmodi homo mentem suam in Deum et in inanes vitæ curas non partitur, sed totum se Deo consecrat.

Vers. 3. « Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt. » Hanc divisionem etiam in primo psalmo fecit. Ibi enim cum beatum esse dixisset cum, qui dies noctesque in lege Domini meditatur, et cum meditationis fructum ostendisset, subdidit: « Non sic impii, non sic. » Et D hoc loco igitur, cum beatos esse dixisset immaculatos, docet iniquitatis operarios aliam sibi viam præparasse, et illam, quæ a Deo fixa est, dereliquisse.

Vers. 4. « Tu mandasti **1439** mandata tua, ut custodiantur valde. » Hoc et per legem, et per prophetas, et per sacra Evangelia Dominus jubet: et tota divina Scriptura tali edicto referta est. Non

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[25] *Ῥυθμ.* ibid. παραμυθήσασθαι. [26] *Παθ.* ib. νοτήμασιν. [27] ib. ὁδεύσαντας. [28] *Καὶ.* Des. ibid. [29] *Ἐξ ὠδίνων.* ibid. ἐξόδιον. [30] ib. τάφου. [31] *Οἱ ἐξερ.* Hebr. *servantes.* [32] *Ὄγδοον.* cod. 1 ὀκτώ. [33] *Δικαιώματα.* cod. 1. add. δέ. [34] ib. δικαιοῦντα. [35] ib. κατορθῶσαι. [36] *Αὐτὴν.* Des. ibid. [37] *Οὐ γὰρ οἱ.* Hebr. *Imo etiam non.* [38] cod. 1 νυκτός. [39] *Τοῦ φυλ.* cod. 1 φυλάττεσθαι.

Digitized by Google

enim simpliciter custodire, sed valde custodire præcipit, hoc est cum omni sedulitate.

VERS. 5. « Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes tuas. » Propterea, ait, precor ut mea via lege tua veluti quadam regula dirigatur, ut custodire possim tuas justificationes. Et ostendens hujus fructum, infert :

VERS. 6. « Tunc non confundar, si intueor in omnia mandata tua. » Peccati enim fructus est confusio. Sic et divinus Apostolus inquit : « Quem igitur fructum tunc habuistis eorum, ob quæ nunc erubescitis [v] ? » Qui vero omnia mandata Dei perficiunt, a conscientia fiduciam habent.

VERS. 7. « Confitebor tibi in directione cordis, in eo quod didici judicia justitiæ tuæ. » *Confessionem* gratiarum actionem vocat. Tunc, inquit, purum hymnum tibi offerre potero, cum omnia tua judicia didicero, et secundum ipsa vitam duxero.

VERS. 8. « Justificationes tuas custodiam : non derelinquas me usquequaque. » Sæpius divina gratia nonnullos ad breve tempus deserit, utilitatem illis hinc procurans. Sic magnus Elias, derelictus cum esset, in timiditatis affectum incidit, et humanæ naturæ imbecillitatem didicit : sed confestim divinam iterum nactus est gratiam. Sic divinus Petrus negando **1440** prolapsus est, sed protinus Dominus ei succurrit. Destitutus autem penitus divina ope Judas parata præda diaboli fuit. Derelictus etiam fuit beatus David post peccatum illud, et in asperas illas calamitates incidit : sed rursus erga Deum fiduciam recepit, et illinc opem consecutus est. Saul vero hac penitus orbatus, et spiritus gratiam amisit, et pravo spiritui obnoxius fuit. Jure igitur Propheta precatur, ne derelinquatur usquequaque, hoc est, ne providentiæ gratia penitus spolietur.

VERS. 9. « Quomodo corrigit adolescens viam suam? custodiendo sermones tuos. » Instabilis est juventus, et ad malum prona : variis enim perturbationum undis confunditur. Indiget igitur duce, qui illam ad portum dirigat. Hoc autem est proprium divinorum oraculorum. Hæc enim avertendo nos a viis pravis, possunt nos corrigere, et ad divinam viam deducere. Quod enim est equino pullo frenum et domitor, hoc adolescentibus est divinus sermo.

[v] Rom. VI, 21.

Γραφὴ τῆς τοιαύτης νομοθεσίας. Οὐ γὰρ ἁπλῶς φυλάττειν, ἀλλὰ σφόδρα φυλάττειν παρεγγυᾷ· τοῦτεστι, σὺν ἀκριβείᾳ πάσῃ.

ε'. « Ὄφελον κατευθυνθείησαν [40] αἱ ὁδοί μου, τοῦ φυλάξασθαι τὰ δικαιώματά [41] σου. » Διὰ τοῦτο, φησὶν, ἀντιβολῶ, οἷόν τινι κανόνι, τῷ σῷ νόμῳ τὴν ἐμὴν ὁδὸν εὐθῦναι, ὡς ἂν διατηρήσαιμί σου τὰ [42] δικαιώματα. Καὶ δεικνὺς τὸν τούτου καρπὸν, ἐπιφέρει·

ς'. « Τότε οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου. » Παρανομίας γὰρ αἰσχύνη καρπός. Οὕτω καὶ ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἔφη, « Τίνα οὖν καρπὸν εἴχετε τότε [43] ἐφ' οἷς νῦν ἐπαισχύνεσθε ; » Οἱ δὲ πάσας τοῦ Θεοῦ πληροῦντες [44] τὰς ἐντολὰς, τὴν ἀπὸ τοῦ συνειδότος ἔχουσι παῤῥησίαν.

ζ'. « Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν εὐθύτητι καρδίας, ἐν τῷ μεμαθηκέναι με τὰ κρίματα τῆς δικαιοσύνης σου. » Ἐξομολόγησιν τὴν εὐχαριστίαν καλεῖ. Τότε, φησὶ, δυνήσομαι ὕμνον καθαρὸν προσενεγκεῖν, ὅταν σου πάντα καταμάθω τὰ κρίματα, καὶ κατ' αὐτὰ [45] βιώσω.

η'. « Τὰ δικαιώματά σου φυλάξω· μή με ἐγκαταλίπῃς ἕως σφόδρα. » Τινὰς πρὸς βραχὺ πολλάκις ἡ θεία χάρις ἀφίησιν, ὠφέλειαν αὐτοῖς ἐντεῦθεν μηχανωμένη. Οὕτως ὁ μέγας Ἠλίας καταληφθεὶς τῷ τῆς δειλίας περιέπεσε πάθει, καὶ τῆς ἀνθρωπείας φύσεως μεμάθηκε τὴν ἀσθένειαν· ἀλλ' εὐθὺς πάλιν τῆς θείας ἀπήλαυσε χάριτος. Οὕτως ὁ θεῖος Πέτρος ἀρνηθεὶς ὠλίσθησεν· ἀλλ' εὐθὺς αὐτὸν ὁ Δεσπότης ὑπήρεισε. Γυμνὸς δὲ πάμπαν ὁ Ἰούδας τῆς θείας γενόμενος προμηθείας, ἕτοιμον ἐγένετο θήραμα τοῦ δυσμενοῦς· ἐγκατελείφθη καὶ ὁ μακάριος Δαβὶδ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐκείνην, καὶ ταῖς χαλεπαῖς ἐκείναις περιέπεσε συμφοραῖς [46]· ἀλλὰ πάλιν τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἀπέλαβε παῤῥησίαν, καὶ τῆς ἐκεῖθεν κηδεμονίας ἀπήλαυσεν. Ὁ δὲ Σαοὺλ ἔρημος ταύτης γενόμενος παντελῶς, ἐγυμνώθη μὲν τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος, πονηρῷ δὲ πνεύματι συνεζύγη. Εἰκότως τοίνυν ὁ Προφήτης ἱκετεύει μὴ ἐγκαταλειφθῆναι ἕως σφόδρα, τουτέστι, μὴ παντάπασι τῆς προμηθουμένης χάριτος γυμνωθῆναι.

θ'. « Ἐν τίνι κατορθώσει [47] νεώτερος τὴν ὁδὸν αὐτοῦ : Ἐν τῷ φυλάξασθαι τοὺς λόγους σου. » Εὐρίπιστος ἡ νεότης, καὶ πρὸς κακίαν ὀξύῤῥοπος. Διαφόροις γὰρ παθημάτων περικλύζεται κύμασι· δεῖται τοίνυν τοῦ ποδηγοῦντος πρὸς [48] τοὺς λιμένας εὐθύνοντος. Τοῦτο δὲ τῶν θείων λογίων ἴδιον. Ταῦτα γὰρ τῶν ἐναντίων ὁδῶν ἀποτρέποντα, ῥυθμίζειν ἱκανά, καὶ πρὸς τὴν θείαν ὁδὸν ποδηγεῖν. Ὅπερ γάρ ἐστιν νέῳ [49] πώλῳ χαλινὸς, καὶ πωλοδάμνης, τοῦτο τοῖς νέοις ὁ θεῖος γίνεται λόγος.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[40] *Κατευθ.* Hebr. *firmentur.* [41] *Τὰ δικαιώματα.* Hebr. *statuta.* [42] *Τά.* cod. 1 præm. καί. [43] *Τότε.* Des. ibid. [44] ibid. πληροφοροῦντες. [45] ib. κατὰ ταῦτα. [46] *Περιέπεσε συμφ.* Des. in cod. 1. [47] *Κατορθ.* Hebr. *mundabit.* Symm. λαμπρυνεῖ. [48] *Πρός.* cod. 1 præm. καί. [49] *Νέῳ.* cod. 1 ἀγελαίῳ.

Digitized by Google

ι'. « Ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου ἐζήτησά[50] σε, μὴ ἀπ- A ώσῃ[51] με ἀπὸ τῶν ἐντολῶν σου. » Ζητοῦσι μὲν πολλοὶ τὸν Θεὸν, ἀλλ' οὐκ ἐν ὅλῃ καρδίᾳ· μερίζουσι γὰρ ταύτην, οὐ μόνον εἰς φροντίδας πραγμάτων βιωτικῶν, ἀλλὰ καὶ εἰς ἐπιθυμίας ἀτόπους[52], καὶ φθόνους, καὶ δόλους, καὶ τὰς τῶν πλησίων ἐπιβουλάς. Ὁ δὲ τῶν θείων ἐραστὴς πᾶσαν ἀφιεροῖ τῷ Θεῷ τὴν διάνοιαν, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀπαιωρεῖ[53] προνοίας.

ια'. « Ἐν τῇ καρδίᾳ μου ἔκρυψα τὰ λόγιά σου, ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι. » Ὁ χρυσὸν κεκτημένος, ἢ ἄργυρον, ἢ λίθους τιμίους, οὐκ ἔξω ταῦτα προτίθησιν· ἀλλ' ἔνδον ἐν τοῖς ταμιείοις καὶ τοῖς θαλάμοις ἐναποκρύπτει[54], ὥστε διαφυγεῖν τῶν τοιχωρύχων τὰς χεῖρας. Οὕτως ὁ τὸν πλοῦτον ἔχων τῆς ἀρετῆς κρύπτει τοῦτον ἐν τῇ ψυχῇ· ὡς ἂν μὴ διὰ δόξης B κενῆς τοῦτον οἱ τῶν ψυχῶν συλήσαιεν λωποδύται. Διδάσκει δὲ καὶ ἕτερον ὁ λόγος· οὐ γὰρ ἅπασι τὰ θεῖα λόγια προσφέρειν παρεγγυᾷ· « Μὴ δῶτε γάρ, φησὶ, τὰ ἅγια τοῖς κυσὶ, μηδὲ ῥίψητε τοὺς μαργαρίτας ὑμῶν ἔμπροσθεν χοίρων[55]. »

ιβ'. « Εὐλογητὸς εἶ, Κύριε· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. » Ἀντὶ τοῦ, ἥμερος εἶ καὶ φιλάνθρωπος, καὶ ἄξιος παρὰ πάντων ὑμνεῖσθαι. Οὗ δὴ χάριν ἀντιβολῶ σε μαθεῖν παρὰ σοῦ τὰ δικαιῶσαι δυνάμενα.

ιγ'. « Ἐν τοῖς χείλεσί μου ἐξήγγειλα πάντα τὰ κρίματα τοῦ στόματός σου. » Ἃ γὰρ ἂν παρὰ τῆς σῆς ἀγαθότητος μάθοιμι, ταῦτα διδάξω τοὺς ἀγνοοῦντας.

ιδ'. « Ἐν τῇ ὁδῷ τῶν μαρτυρίων σου ἐτέρφθην, C ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ. » Ἐπίπονος μὲν ἡ τῆς ἀρετῆς ὁδὸς, ἀλλὰ τοῖς τελείοις τριπόθητος. Διά τοι τοῦτο καὶ ὁ Δεσπότης ἔφη Χριστός· « Λάβετε τὸν ζυγόν μου ἐφ' ὑμᾶς, ὅτι ὁ ζυγός μου χρηστὸς, καὶ τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι. » Τοῦτο καὶ ὁ προφητικὸς ἔφη λόγος, ὅτι πλούτου παντὸς θυμηρεστέρα μοι[56] τῶν σῶν μαρτυρίων ἡ κτῆσις. Τὸ δὲ, « Ἐπὶ παντὶ πλούτῳ, » οὐχ ἁπλῶς πρόσκειται, ἀλλὰ τὸν παντοδαπὸν πλοῦτον παραδηλοῖ· πολλὰ γὰρ τοῦ πλούτου τὰ εἴδη. Ὁ μὲν γὰρ χρυσὸν ἔχων ὀνομάζεται πλούσιος, ὁ δὲ ἄργυρον, ὁ δὲ γῆν πλείστην, τὴν μὲν πεφυτευμένην, τὴν δὲ καὶ σπειρομένην· ὁ δὲ βοσκήματα. Ἀλλὰ ταῦτα πάντα περιλαβὼν ὁ Προφήτης, καὶ τοῖς θείοις μαρτυρίοις παραβαλὼν, ἔφησεν ἀξιέραστα εἶναι αὐτῷ τὰ θεῖα μαρτύρια, ὡς τοῖς D φιλοπλούτοις ἅπαντα τοῦ πλούτου τὰ εἴδη.

ιε'. « Ἐν ταῖς ἐντολαῖς σου ἀδολεσχήσω, καὶ κατανοήσω τὰς ὁδούς σου. » Τούτου χάριν, φησὶν, ἐνδελεχῶς τῶν σῶν λόγων τὴν μελέτην αὐχήσω[57], καὶ ταῖς[58] σαῖς ὁδοῖς τὴν πορείαν ποιήσομαι.

ις'. « Ἐν τοῖς δικαιώμασί σου μελετήσω[59], οὐκ

VERS. 10. « Toto corde meo quæsivi te : ne repellas me a mandatis tuis. » Multi quidem Deum quærunt, sed non toto corde : patiuntur enim hoc non modo in rerum humanarum curas, verum etiam in absurdas concupiscentias, et in invidias et fraudes, et proximorum insidias. Divinorum vero studiosus totam Deo consecrat mentem, et ab illius providentia **1441** pendet.

VERS. 11. « In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem contra te. » Qui aurum possidet, vel argentum, vel pretiosos lapides, non foris hæc proponit, sed intus in cellis et thalamis occulit, ut manus eorum qui parietes effodiunt declinet. Similiter qui virtutis divitias habet, has in anima abscondit, ne per inanem gloriam animarum fures eas subripiant. Aliud etiam divinus sermo docet : admonet enim ne omnibus divina oracula offeramus. « Nolite enim dare, inquit, sancta canibus, nec projicite margaritas vestras ante porcos [x]. »

VERS. 12. « Benedictus es, Domine, doce me justificationes tuas. » Id est, mansuetus es, et benignus, et dignus qui ab omnibus lauderis. Idcirco precor te, ut ea a te discam, quæ me justum reddere possint.

VERS. 13. « Labiis meis pronuntiavi omnia judicia oris tui. » Quæ enim a tua bonitate didicero, hæc ignorantes docebo.

VERS. 14. « Via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut omnibus divitiis. » Laboriosa est quidem virtutis via, sed perfectis admodum jucunda. Propterea dicit Dominus Christus : « Suscipite jugum meum in vos : jugum enim meum suave est, et onus meum leve [y]. » Sic etiam sermo ait propheticus : Tuorum testimoniorum possessio quibuslibet divitiis jucundior mihi est. Illud : « Sicut omnibus divitiis, » non temere adjectum est : sed universi generis opes declarat : multæ enim sunt divitiarum species. Alius aurum habens, nominatur dives; alius qui argentum, et alius qui terræ possidet plurimum, vel arboribus consitæ, vel **1442** seminibus; et alius qui pecora. Sed hæc omnia Propheta comprehendens, divinisque testimoniis comparans, dixit jucunda esse sibi divina testimonia, quemadmodum opum studiosis omnes divitiarum species.

VERS. 15. « Mandata tua meditabor, et considerabo vias tuas. » Propterea, ait, tuorum sermonum meditationem continue præ me feram, et per tuas vias iter faciam.

VERS. 16. « Justificationes tuas meditabor, non

[x] Matth. VII, 6. [y] Matth. XI, 29, 30.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[50] ib. *Ἐξεζήτησα*, quæ est rec. lectio h. l. [51] *Ἀπώσῃ*. Hebr. *Errare sinas*. [52] *Ἀτόπους*. cod. 1 ἐκτόπους. [53] *Ἀπαιωρεῖ*. ibid. ἀπολαύει. [54] cod. 1 ἀποκρύπτει. [55] *Χοίρων*. ib. præm. τῶν. [56] *Μοι*. cod. 1 add. ἐστίν. [57] *Αὐχ*. cod. 1 ἀσκήσω. [58] *Ταῖς*. ib. præm. ἐν. [59] *Μελετ*. Hebr *Oblectabo me*. Sic quoque infra vers. 24, 47, 70, 77, 92, 143 et 174.

Digitized by Google

obliviscar sermonum tuorum. » Tenacem tuorum oraculorum memoriam mihi custodiam.

VERS. 17. « Retribue servo tuo. » Non cujuslibet est hac voce uti. Nemo enim pravam conscientiam circumferens ad retributionem judicem excitat : qui autem rectis utitur cogitationibus, cum fiducia hac utitur voce. « Vivifica me, et custodiam sermones tuos. » Tuam enim nactus opem, peccati mortem effugiam, et vitam quæ inest sermonibus tuis percipiam.

VERS. 18. « Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua. » Non enim omnes, qui divina oracula lectitant, horum mirabilia considerant, sed qui superno splendore perfruuntur. Quam etiam ob causam beatus ait Paulus : « Cum autem conversi fuerint ad Deum, auferetur velamen, Dominus autem spiritus est [z]. » Ipse igitur divino lumine illustratus, jure exclamat : « Nos vero omnes, revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem **1443** transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini spiritu [a]. » Nos autem decet Dominum orare, ut velum oculorum mentis nostræ auferens, divinorum oraculorum vim ostendat.

VERS. 19. « Incola ego sum in terra, ne abscondas a me mandata tua. » Terram nos omnes non inhabitamus, sed in ea diversamur. Cum enim exiguum vitæ tempus peregerimus, in aliam transimus vitam. Sane hoc non omnes volunt scire, sed de præsentibus bonis, tanquam permanentibus et stabilibus efferuntur. Qui vero divinarum rerum cognitione instructus est, brevitatem vitæ novit. Idcirco incolam se ipsum nuncupat, et supplicat, ut divina mandata non ignoret.

VERS. 20. « Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas omni tempore. » Multi divina judicia desiderant cœlorumque regnum appetunt, sed non semper : modo vero divinis oblectantur, et modo corporis affectus sequuntur. Sed propheta continue hoc desiderium habere exoptat.

VERS. 21. « Increpasti superbos. » Qui divinas leges despiciunt, in superbiæ morbum incidunt, sed a justo judice pœnam reportant. Hoc sane Absalon perpessus est, hoc Saul, hoc Pharao, et Sennacherim, et Nabuchodonosor, et alii innumeri. Hoc cum Propheta sciret, tanquam propheta subjunxit : « Maledicti qui declinant a mandatis tuis. » Hanc exsecrationem lex etiam transgredientibus

ἐπιλήσομαι τῶν λόγων σου. » Ἄληστον τῶν σῶν λογίων ἐμαυτῷ[60] φυλάξω τὴν μνήμην.

ιζ'. « Ἀνταπόδος τῷ δούλῳ σου. » Οὐ παντός ἐστι ταύτῃ χρήσασθαι τῇ φωνῇ· οὐδεὶς γὰρ πονηρὸν συνειδὸς περιφέρων εἰς ἀνταπόδοσιν τὸν κριτὴν διεγείρει· ὁ δὲ καθαροῖς χρώμενος λογισμοῖς, σὺν παῤῥησίᾳ ταύτῃ κέχρηται τῇ φωνῇ. « Ζῆσόν με[61], καὶ φυλάξω τοὺς λόγους σου. » Τῆς σῆς γὰρ ἀπολαύων ἐπικουρίας, διαφεύξομαι τῆς ἁμαρτίας τὸν θάνατον, καὶ τὴν ἐκ τῶν λόγων σου τρυγήσω ζωήν.

ιη'. « Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. » Οὐχ ἅπαντες οἱ τοῖς θείοις ἐντυγχάνοντες λογίοις τὰ τούτων κατανοοῦσι θαυμάσια, ἀλλ' οἱ τῆς ἄνωθεν ἀπολαύοντες αἴγλης. Ὅθ' δὴ καὶ[62] ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· « Ὅτ' ἂν δὲ ἐπιστρέψῃ πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα· ὁ δὲ Κύριος τὸ πνεῦμά ἐστιν » Αὐτὸς μέν τοι τῷ φωτὶ τῷ θείῳ καταυγαζόμενος εἰκότως ἐβόα· « Ἡμεῖς δὲ ἅπαντες ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμενοι τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμεθα ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καθάπερ ἀπὸ Κυρίου πνεύματος. » Ἡμᾶς δὲ προσήκει τὸν Δεσπότην ἀντιβολεῖν, ἵνα τὸ κάλυμμα τῶν τῆς διανοίας ἡμῶν περιελὼν ὀφθαλμῶν, ἀποδείξῃ[63] τῶν θείων λογίων τὴν δύναμιν.

ιθ'. « Πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ· μὴ ἀποκρύψῃς ἀπ' ἐμοῦ τὰς ἐντολάς σου. » Τὴν γῆν οὐ κατοικοῦμεν, ἀλλὰ παροικοῦμεν· βραχὺν γὰρ[64] διαβιώσαντες χρόνον, εἰς ἕτερον μεταβαίνομεν βίον. Τοῦτο δὲ οὐ πάντες ἐθέλουσιν εἰδέναι, ἀλλ' οἱ ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς, ὡς ἐπὶ μονίμοις καὶ διαρκέσι βρενθύοντες. Ὁ δὲ τὰ θεῖα πεπαιδευμένος[65] οἶδε τοῦ βίου τὸ πρόσκαιρον. Διὸ δὴ καὶ πάροικον ἑαυτὸν ὀνομάζει, καὶ ἱκετεύει τὰς θείας ἐντολὰς μηδαμῶς ἀγνοῆσαι.

κ'. « Ἐπεπόθησεν[66] ἡ ψυχή μου τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά σου ἐν παντὶ καιρῷ. » Ἐπιθυμοῦσι τῶν θείων κριμάτων πολλοὶ, καὶ τῆς οὐρανῶν ἐφίενται βασιλείας, ἀλλ' οὐκ ἀεί. Νῦν μὲν[66] θείοις ἀρέσκονται, νῦν δὲ τοῖς τοῦ σώματος ἀκολουθοῦσι παθήμασιν· ὁ δὲ προφήτης ἐμείρεται τοῦτον ἔχειν τὸν πόθον διηνεκῶς.

κα'. « Ἐπετίμησας ὑπερηφάνοις. » Οἱ τῶν θείων νόμων καταφρονοῦντες τῇ τῆς ὑπερηφανίας περιπίπτουσι νόσῳ· ἀλλὰ τὴν παρὰ τοῦ δικαίου κριτοῦ δέχονται τιμωρίαν. Τοῦτο δὴ[67] πέπονθε Ἀβεσσαλὼμ, τοῦτο Σαοὺλ, τοῦτο Φαραὼ, καὶ Σενναχηρεὶμ, καὶ Ναβουχοδονόσορ[68], καὶ ἕτεροι μυρίοι. Τοῦτο εἰδὼς ὁ Προφήτης, ἅτε δὴ προφήτης[69], ἐπήγαγεν· « Ἐπικατάρατοι οἱ ἐκκλίνοντες ἀπὸ τῶν ἐντολῶν

[z] II Cor. III, 16, 17. [a] ibid. 18.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[60] Ἐμαυτῷ. cod. 1 præm. ἐν. [61] Ζῆσόν με. cod. 1 ζήσομαι, quæ est rec. lectio h. l. [62] Ὅθ' δὴ καί, cod. 1 οὗ δὴ χάριν καί. Hanc lectionem secutus est Caraffa. [63] cod. 1 ὑποδείξῃ. [64] Γὰρ. id. δέ. [65] ibid. παιδευόμενος. [66] Ἐπεπ. κ. λ. Hebr. *Quasi fracta est anima mea desiderio.* [66] Μέν. cod. 1 add. γὰρ τοῖς. [67] Δή. Des. in cod. 1. [68] Καὶ Ναβουχ. Des. ibid. [69] Ἅτε δὴ προφ. Des. ibid.

Digitized by Google

σου. » Ταύτην καὶ ὁ νόμος τὴν ἀρὰν τοῖς παραβάταις προσφέρει· « Ἐπικατάρατος γάρ, φησὶ, πᾶς, ὃς οὐκ ἐμμένει τοῖς ἐγκειμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά.

κβ'. « Περίελε ἀπ' ἐμοῦ ὄνειδος καὶ ἐξουδένωσιν, ὅτι τὰ μαρτύριά σου ἐξεζήτησα. » Ὠνείδισε τὸν Προφήτην ὁ Νάβαλ, δοῦλον δραπέτην ἀποκαλέσας· ὠνείδισαν αὐτὸν οἱ Γετθαῖοι. Ἀλγυνόμενος τοίνυν ἐπὶ τούτοις, ἀποτρίψασθαι τὰ ὀνείδη παρακαλεῖ, ἅτε δὴ τὰ θεῖα ἐκζητήσας μαρτύρια· οὐχ ἁρμόττει τοίνυν τοῖς παρὰ τοῦ Σεμεεὶ ὀνείδεσι[76] τὰ παρόντα ῥητά. Ἐκεῖνα γὰρ μετὰ τὴν ἁμαρτίαν ἐγένετο· τὰ δὲ τοῦ Νάβαλ, καὶ τῶν ἄλλων, πρὸ τῆς ἁμαρτίας.

κγ'. « Καὶ γὰρ ἐκάθισαν ἄρχοντες, καὶ κατελάλουν κατ' ἐμοῦ. » Καὶ Σαοὺλ, καὶ Ἀβενὴρ, καὶ Ἀχιτόφελ, καὶ Ἀβεσσαλὼμ, ἐλοιδόρουν τὸν Δαβίδ[71]. « Ὁ δὲ δοῦλός σου ἠδολέσχει ἐν τοῖς δικαιώμασί σου. » Ἐγὼ δὲ τὴν σὴν δεσποτείαν ὁμολογῶν, μελέτην εἶχον τὰ σὰ δικαιώματα.

κδ'. « Καὶ γὰρ τὰ μαρτύριά σου μελέτη μού ἐστι, καὶ[78] αἱ συμβουλαί[78] μου τὰ δικαιώματά σου. » Πᾶσαν γὰρ ἀνθρωπίνην εἰσήγησιν ἀπωσάμενος, ταῖς σαῖς ὑποθήκαις ἀκολουθῶ.

κε'. « Ἐκολλήθη τῷ ἐδάφει ἡ ψυχή μου[74]. » Τὴν[78] ὑπερβολὴν τῆς ταπεινώσεως διὰ τούτων ἐδήλωσεν. Οὕτω καὶ γὰρ ἐν τῷ τεσσαρακοστῷ καὶ τρίτῳ ἔφη ψαλμῷ· « Ὅτι ἐταπεινώθη εἰς χοῦν ἡ ψυχὴ ἡμῶν· ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστὴρ ἡμῶν. » — « Ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου. » Οὐκ ἀορίστως αἰτεῖ ζωὴν, ἀλλὰ τὴν κατὰ νόμον ζωήν.

κς'. « Τὰς ὁδούς μου ἐξήγγειλα, καὶ ἐπήκουσάς μου· δίδαξόν με τὰ δικαιώματά σου. » Πάσας σοι, Δέσποτα, τὰς ἐμὰς δεδήλωκα πράξεις· καὶ οὐδέν σε λαθεῖν τῶν ἐμῶν ἀνεσχόμην[76]. Διά τοι τοῦτο ταῖς ἐμαῖς ἱκεσίαις ἐπίνευσον[77]· ἀντιβολῶ δὲ μαθεῖν ἀκριβῶς τὰ σὰ[78] δικαιώματα.

κζ'. « Ὁδὸν δικαιωμάτων σου συνέτισόν με, καὶ ὁδολεσχήσω ἐν τοῖς θαυμασίοις σου. » Θείας ἡμῖν συνέσεως δεῖ, ὥστε κατὰ τὸν θεῖον νόμον τὴν ἀρετὴν μετελθεῖν, καὶ τὸν φιλανθρωπίᾳ χρώμενον μὴ πρὸς κενοδοξίαν ἰδεῖν, καὶ τὸν ἀσκητικὸν μὴ θηρᾶσαι τὸν ἀνθρώπειον ἔπαινον, τὸν σώφρονα μὴ διὰ τὴν τῆς ἀκολασίας αἰσχύνην, ἀλλὰ διὰ τὸν πόθον τῆς ἀρετῆς, μετιέναι τὴν σωφροσύνην. Εἰκότως τοίνυν ὁ Προφήτης ἀντιβολεῖ συνέσεως θείας μεταλαχεῖν, ὡς διαγνῶναι τὴν τῆς δικαιοσύνης ὁδόν.

κη'. « Ἐνύσταξεν[79] ἡ ψυχή μου ἀπὸ ἀκηδίας· βεβαίωσόν με[80] ἐν τοῖς λόγοις σου. » Ἡ συνεχὴς[81] προσβολὴ τῆς ἁμαρτίας διαλύει πολλάκις τὸν τόνον τῶν λογισμῶν, καὶ ἀπαυδῆσαι[82] παρασκευάζει τὸν

A affert : « Maledictus enim, ait, omnis, **1444** qui non permanet in iis, quæ jacent in libro legis hujus, ut faciat ipsa.

Vers. 22. « Aufer a me opprobrium et contemptum, quia testimonia tua exquisivi. » Contumeliis affecit Prophetam Nabal, servum fugitivum vocans : affecerunt et Getthæi. Mœrens igitur de his, orat ut opprobria deleantur, utpote qui divina testimonia quæsierit. Non respondent igitur hæc verba conviciis a Semei jactatis. Illa enim peccatum secuta sunt : Nabalis vero aliorumque convicia peccatum præcesserunt.

Vers. 23. « Etenim sederunt principes, et adversus me locuti sunt. » Et Saul, et Abner, et Achitophel, et Absalon conviciis Davidem impetebant. « Servus autem tuus meditatus est justificationes tuas. » Ego autem tuam dominationem confitens, tuas justificationes meditabar.

Vers. 24. « Nam et testimonia tua meditatio mea sunt, et consilia mea justificationes tuæ. « Humana enim doctrina rejecta, tua mandata sequor.

Vers. 25. « Adhæsit pavimento anima mea. » Singularem quamdam humilitatem per hæc declaravit. Sic enim et in quadragesimo tertio ait psalmo : « Quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, conglutinatus est in terra venter noster. » — « Vivifica me secundum verbum tuum. » Non absolute vitam petit, sed vitam secundum legem.

Vers. 26. « Vias meas enuntiavi, et exaudivisti me, doce me justificationes tuas. » Omnes meas actiones tibi, Domine, exposui, et nihil mearum rerum **1445** te latere permisi. Idcirco meis precibus annue : precor autem te, ut accurate tuas justificationes perdiscam.

Vers. 27. « Viam justificationum tuarum doceas me, et meditabor mirabilia tua. » Divina prudentia nobis opus est, ut secundum divinam legem virtutem consectemur ; et qui aliis misericordiam impertit, ad inanem non respiciat gloriam, et qui religiosam vitam colit, humanam laudem minime captet, et vir continens non ob intemperantiæ dedecus, sed ob virtutis desiderium continentiam amplectatur. Jure igitur Propheta supplicat, ut divinæ prudentiæ particeps sit, ut justitiæ viam cognoscat.

Vers. 28. « Dormitavit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis. » Assiduus peccati impetus mentis ac rationis nervos sæpe infringit, facitque ut athleta deficiat, et sic dictam ἀκέδιαν

[b] Deut. xxvii, 49.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[76] ibid. ὀνειδισθεῖσι. [71] *Ἐλοιδ. τὸν Δαβ.* Des. in cod. [78] *Καὶ—σοῦ* Hebr. viri consilii mei. Symm. ὡς ἄνδρες ὁμογνώμονές μοι. Edit. V ἄνδρες τῆς βουλῆς μου. [78] cod. 1 συμβουλίαι, quæ est rec. lectio h. l. [74] *Μου.* in cod. 4 ex sequentibus add. ζῆσόν με κατὰ τὸν λόγον σου. [78] *Τὴν — γαστὴρ ἡμῶν.* Hæc partem constituunt eorum quæ Cord. l. c. p. 394 ; Origeni tribuit. [76] cod. ἠνεσχόμην. [77] ib. ἱκετείαις ἐπένευσας. [78] Σά. Des. ibid. [79] *Ἐνύσταξεν.* Hebr. *Stillat.* Symm. κατέσταξεν. Edit. V et VI ἔσταξεν. [80] *Βεβ. με.* Heb. *Erige me.* [81] *Ἡ συνεχὴς*, κ. τ. λ. Hæc etiam Origeni tribuuntur a Cord. l. c. p. 395. [82] cod. 1 ἀναυδῆσαι.

Digitized by Google

producit : remissa vero anima in somnum incidit, somnus autem mortem attrahit. Idcirco ut confirmetur et corroboretur Propheta obsecrat. Hoc etiam in alio psalmo precatur dicens : « Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte [c] ; » ubi peccatum mortem appellat.

[c] Vers. 29, 30. « Viam iniquitatis amove a me, et lege tua miserere mei. Viam veritatis elegi, et judicierum tuorum non sum oblitus. » Necessaria est etiam hæc precatio. Oportet enim nos ab universorum Deo implorare auxilium, ut ab injustitiæ via deflectamus, et veritatis **1446** iter sectemur, et perpetuam memoriam Dei testimoniorum circumferamus.

Vers. 31. « Adhæsi testimoniis tuis, Domine, noli me confundere. » Non simpliciter dixit : *Secutus sum*, sed *adhæsi*, hoc est ne tantillum quidem ab hisce meam mentem segregavi. Cæterum expetit, ut hujusmodi affectus fructum percipiat : nimirum ut nullam ignominiam incurrat.

Vers. 32. « Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. » Utroque opus est, et nostra animi promptitudine, et Dei auxilio. Neque enim divina gratia bonam alacritatem non habentibus datur : neque humana natura absque cœlesti auxilio virtutem consequi potest. Hoc et Propheta docet : Mandatorum tuorum viam sine impedimento cucurri, cursus facilitatem a te accipiens. *Latitudinem* enim *facilitatem* vocavit. Et alibi ait : « In tribulatione amplum mihi fecisti locum [d]. » Et rursus : « Dilatasti gressus meos sub me, et non sunt infirmata vestigia mea [e]. »

Vers. 33. « Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, et exquiram eam semper. » *Legem pone* Symmachus *ostende* dixit : Aquila et Theodotio, *illustra*. Semper, inquit, illustratione tua tuisque præceptionibus indigeo, ut justificationum tuarum viam cognoscam, et hanc sine impedimento decurram.

Vers. 34. « Da mihi intellectum, et scrutabor legem tuam, et custodiam illam toto corde meo. » Et Dominus, ut Scripturas perscrutemur, jussit : sed perscrutantibus cœlesti lumine opus est, ut et inveniant illud quod quæritur, **1447** et conservent quod ceperunt.

Vers. 35. « Deduc me in semitam mandatorum tuorum quia ipsam volui. » Non simpliciter efflagitat, ut universorum Deum habeat ducem, sed ostenso propensi animi desiderio.

Vers. 36.* « Inclina cor meum in testimonia tua, et non in avaritiam. » Aquarum natura in proclive ferri solet, et si quem exitum invenerit,

[d] Psal. xii, 3. [e] Psal. xvii, 36.

A ἀθλητὴν, καὶ τὴν καλουμένην *ἀκηδίαν* ἐργάζεται· χαυνουμένη δὲ ἡ ψυχὴ τὸν ὕπνον εἰσδέχεται· ὁ δὲ ὕπνος ἐπάγει τὸν θάνατον. Διόπερ βεβαιωθῆναι καὶ στηριχθῆναι ὁ Προφήτης ἀντιβολεῖ. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν ἑτέρῳ ἔφη ψαλμῷ· « Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον· » θάνατον τὴν ἁμαρτίαν καλῶν [83].

κθ', λ'. « Ὁδὸν ἀδικίας ἀπόστησον ἀπ' ἐμοῦ, καὶ τῷ νόμῳ σου ἐλέησόν με. Ὁδὸν ἀληθείας ᾑρετισάμην, τὰ [84] κρίματά σου οὐκ ἐπελαθόμην. » Ἀναγκαία καὶ αὕτη ἡ δέησις. Προσήκει γὰρ ἡμᾶς αἰτεῖν παρὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων βοήθειαν, ὥστε τῆς ἀδικίας ἐκτρέπεσθαι τὴν ὁδὸν, καὶ τὴν τῆς ἀληθείας προαιρεῖσθαι πορείαν, καὶ ἄληστον ἐπιφέρειν τῶν τοῦ Θεοῦ μαρτυρίων τὴν μνήμην.

B λα'. « Ἐκολλήθην τοῖς μαρτυρίοις σου, Κύριε, μή με καταισχύνῃς. » Οὐχ ἁπλῶς εἶπεν, *ἠκολούθησα*, ἀλλ' *ἐκολλήθην*, τουτέστιν, οὐδὲ πρὸς βραχὺ τούτων ἐχώρισα τὸν ἐμαυτοῦ λογισμόν. Ζητεῖ δὲ τρυγῆσαι τῆς τοσαύτης [85] διαθέσεως καρπὸν, τὸ μηδεμίας πεῖραν αἰσχύνης λαβεῖν.

λβ'. « Ὁδὸν ἐντολῶν σου ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας καρδίαν μου. » Ἀμφοτέρων χρεία, καὶ τῆς ἡμετέρας προθυμίας, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προμηθείας. Οὔτε γὰρ ἡ θεία χάρις δίδοται τοῖς τὴν ἀγαθὴν οὐκ ἔχουσι προθυμίαν· οὔτε ἀνθρωπεία φύσις ἀρετὴν δύναται κατορθῶσαι δίχα τῆς ἄνωθεν βοηθείας. Τοῦτο καὶ ὁ Προφήτης διδάσκει, ὅτι Τῶν ἐντολῶν σου τὴν ὁδὸν ἔτρεχον ἀκωλύτως, παρὰ σοῦ λαμβάνων τοῦ δρόμου τὴν εὐκολίαν. *Πλατύτητα* γὰρ τὴν *εὐκολίαν* ἐκάλεσε. Καὶ ἀλλαχοῦ φησιν· « Ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. » Καὶ πάλιν· « Ἐπλάτυνας τὰ διαβήματά μου ὑποκάτω μου, καὶ οὐκ ἠσθένησαν τὰ ἴχνη μου. »

λγ'. « Νομοθέτησόν με [86], Κύριε, τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων σου, καὶ ἐκζητήσω αὐτὴν διαπαντός. » Τὸ *νομοθέτησον* ὁ Σύμμαχος *ὑπόδειξον* εἶπεν· Ἀκύλας καὶ Θεοδοτίων, *φώτισον*· διαπαντὸς, φησὶ, τῆς σῆς δέομαι φωταγωγίας καὶ νομοθεσίας, ὥστε καὶ γνῶναι τῶν δικαιωμάτων σου τὴν ὁδὸν, καὶ ταύτην ἀκωλύτως ὁδεύειν.

λδ'. « Συνέτισόν με, καὶ ἐξερευνήσω [87] τὸν νόμον σου· καὶ φυλάξω αὐτὸν ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου. » Καὶ ὁ Κύριος προσέταξεν ἐξερευνᾶν [88] τὰς Γραφάς· ἀλλὰ τοῖς ἐρευνῶσι χρεία τῆς ἄνωθεν αἴγλης, ἵνα καὶ εὕρωσι τὸ ζητούμενον, καὶ φυλάξωσι τὸ θηρώμενον.

D λε'. « Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου, ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα. » Οὐχ ἁπλῶς αἰτεῖ γενέσθαι ποδηγὸν αὐτοῦ τὸν τῶν ὅλων Θεόν· ἀλλὰ δεικνὺς τῆς πορείας τὸν πόθον.

λς'. « Κλῖνον τὴν καρδίαν μου εἰς τὰ μαρτύριά σου, καὶ μὴ εἰς πλεονεξίαν. » Ἐπὶ τὸ πρανὲς φέρεσθαι πέφυκε τῶν ὑδάτων ἡ φύσις· κἂν τινος ἐπιλά-

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[83] *Τὴν ἁμαρτ. καλῶν.* Des. in cod. 1. [84] *Τὰ — ἐπελαθ.* Hebr. *Et judicia tua posui* sc. coram me. [85] *Τοσαύτης.* cod. 1 τοιαύτης. [86] *Νομοθ. με.* Hebr. *Doceas me.* [87] *Ἐξερ.* Hebr. *serrabo.* [88] cod. 1 ἐρευνᾶν.

Digitized by Google

θηται διεξόδου, ἐκεῖσε πᾶσα χωρεῖ. Οὕτω τοῦ διαβόλου τὴν ἐπὶ τὴν ἁμαρτίαν ὁδὸν διανοίξαντος[89] τῶν ἀνθρώπων ἔρρεψεν ἐπὶ τὸ χεῖρον[90] ἡ φύσις. Σφόδρα τοίνυν ὁ Προφήτης ἁρμοδίως ἀντιβολεῖ ἐπὶ τὰ θεῖα μαρτύρια τὴν καρδίαν κλιθῆναι, καὶ τῆς ἐπὶ τὸ θάτερον[91] τὴν πεῖραν διαφυγεῖν. A

λζ'. « Ἀπόστρεψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, τοῦ μὴ ἰδεῖν ματαιότητα. » Καὶ *ματαιόν* ἐστι τὸ ἀκερδὲς, καὶ ἀνόνητον· τοιαῦτα δὲ τὰ δοκοῦντα τοῦ βίου τερπνά. Οὕτως αὐτὰ καὶ ὁ σοφὸς Σολομὼν ὀνομάζει, « Ματαιότης ματαιοτήτων, τὰ πάντα ματαιότης. » Καὶ διηγησάμενος ὅπως ᾠκοδόμησεν οἰκίας, καὶ ἐφύτευσε παραδείσους, καὶ κατεσκεύασε[92] κολυμβήθρας ὑδάτων[93], ἐπήγαγεν· « Καὶ ἰδοὺ πάντα ματαιότης, καὶ προαίρεσις πνεύματος. » Ἱκετεύει τοίνυν ὁ Προφήτης εἰς ἑτέραν θεωρίαν ῥέψαι τῆς διανοίας τὰ B βλέμματα, καὶ τῇ τῶν παρόντων ματαιότητι μὴ θελχθῆναι. « Ἐν τῇ ὁδῷ σου ζῆσόν με. » Κατὰ τοὺς σοὺς δός μοι πολιτεύεσθαι νόμους.

λη'. « Στῆσον τῷ δούλῳ σου τὸ λόγιόν σου, εἰς τὸν φόβον σου. » Βέβαιον ἐν τοῖς σοῖς λόγοις[94] ἀπόφηνόν με, ἀπεριτρέπτως φυλάττων τῷ φόβῳ σου· ἀντὶ τοῦ, Ἐπικείσθω μοι ὁ φόβος σου, δεδιττόμενος, καὶ μὴ ἐῶν ἐκτραπῆναι τῶν λογίων σου.

λθ'. « Περίελε τὸν ὀνειδισμόν μου ὃν ὑπώπτευσα, ὅτι τὰ κρίματά σου χρηστά. » Ὁ δὲ Ἀκύλας, ἀντὶ τοῦ *ὑπώπτευσα*, *ὑπεστάλην* εἰρηκεν. Οὕτω δὴ[95] καὶ ὁ Θεοδοτίων. Ὁ δὲ Σύμμαχος, *ὃν εὐλαβοῦμαι· ὀνειδισμὸν* δὲ ἐνταῦθα καλεῖ, τὸν ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας C γενόμενον. Τοῦτον γὰρ καὶ ὑπεστέλλετο, καὶ ἐδεδίει, καὶ ὕποπτον ἔζη ζωήν. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐπήγαγε συνήθως, Ὅτι κρίματά σου ἐξεζήτησα, ἢ ἐφύλαξα· ἀλλ' « Ὅτι τὰ κρίματά σου χρηστά. » Οὐ μόνον γὰρ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἀπειλεῖς τιμωρίαν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μεταμελομένοις ὑπίσχνῃ σωτηρίαν. *Κρίματα* γὰρ καλεῖ τὰς τοῦ Θεοῦ δικαίας ψήφους.

μ'. « Ἰδοὺ ἐπεθύμησα τὰς ἐντολάς σου, ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ζῆσόν με. » Γλιχομένῳ παράσχου τὴν ἐν δικαιοσύνῃ ζωήν.

μα'. « Καὶ ἐλθοί ἐπ' ἐμὲ τὸ ἔλεός σου, Κύριε. » Πάντες γὰρ ἐνδεεῖς τῆς θείας φιλανθρωπίας, καὶ ὁ αὐτὴν κατειληφὼς τὴν ἀκροτάτην τῆς ἀρετῆς κορυφὴν, ταύτης δεῖται διηνεκῶς.

« Τὸ σωτήριόν σου κατὰ τὸν λόγον σου. [μβ'] Καὶ ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί μοι λόγον. » Ἣν ὑπέσχου, Δέσποτα, σωτηρίαν ἐν τοῖς ἱεροῖς σου λόγοις παράσχου, ἵνα τοῖς ἐπιτωθάζουσί μοι σὺν παῤῥησίᾳ διαλεχθῶ. Ὁ γὰρ ἐν συμφοραῖς ὢν φέρει τὰ ὀνείδη σιγῶν· ὁ δὲ τὴν θυμήρη βιοτεύων ὁδὸν[96], ἐλέγχει τοὺς κακῶς ὀνειδίζοντας. « Ὅτι ἤλπισα illuc tota confluit : sic diabolo peccato viam reserante, hominum natura in pejus vergit. Hinc admodum congruenter Propheta precatur ut in divina testimonia cor inclinetur, nec in alteram partem impetu quodam feratur.

Vers. 37. « Averte oculos meos, ne videant vanitatem. » *Vanitas*, quod inutile et stultum est, vocatur. Hujusmodi vero sunt ea quæ in vita jucunda videntur. Sic hæc et sapiens Salomon nominat : « Vanitas vanitatum, et omnia vanitas [f]. » Et cum enarrasset quomodo ædes ædificaverit, et conseverit hortos, et fecerit piscinas aquarum, subdidit : « Et ecce omnia vanitas, et afflictio spiritus [g]. » Supplicat igitur Propheta ut mentis oculi in aliam contemplationem vergant, et ne præsentium rerum vanitate demulceantur. « In via tua vivifica me. » Secundum tuas leges ut vivere possim mihi concede.

Vers. 38. « Statue servo tuo eloquium tuum ad timorem tui. » Constantem ac firmum in tuis sermonibus me redde, jugiter per timorem tuum sic me custodiens, ut nulla vi resupinari queam : quasi dicat : Timor tuus mihi **1448** incumbat, territans, et nequaquam sinens ut a tuis oraculis deflectam.

Vers. 39. « Aufer opprobrium meum, quod suspicatus sum, quia judicia tua jucunda. » Aquila autem pro *suspicatus sum*, dixit *formidavi*. Sic etiam Theodotio. Symmachus vero, *quod vereor* interpretatus est. *Opprobrium* autem hoc loco vocat, quod ex peccato oritur. Hoc enim et formidabat, et timebat, et suspectam ducebat vitam. Propterea non subdidit, ut solet : Quoniam judicia tua quæsivi, aut custodivi, sed, « Quoniam judicia tua jucunda. » Non solum enim peccatoribus supplicium minaris, verum etiam pœnitentibus salutem polliceris. *Judicia* enim justas Dei sententias vocat.

Vers. 40. « Ecce concupivi mandata tua, in æquitate tua vivifica me. » Mihi optanti viam justam concede.

Vers. 41. « Et veniat super me misericordia tua, Domine. » Omnes enim divinæ benignitatis indigentes sumus : et ille qui ultimum virtutis fastigium apprehendit, hac continue indiget.

« Salutare tuum secundum eloquium tuum. [Vers. 42.] Et respondebo exprobrantibus mihi verbum. » Quam salutem, o Domine, in sacris tuis sermonibus pollicitus es, largire, ut ad illos qui insultant mihi cum fiducia loquar. Qui enim in calamitatibus versatur, tacendo convicia suffert; qui vero jucundam vitam ducit, refutat eos a quibus

[f] Eccle. I, 2. [g] Eccle. II, 11.

VARIÆ LECTIONES ET NOTÆ.

[89] cod. 1 ἀνοίξαντος. [90] *Ἐπὶ τὸ χεῖρον*. In cod. 1 ponitur post φύσις. [91] *Θάτερον*. ib. seq. θύρας. [92] ibid. μετεσκεύασε. [93] *Ὑδάτων*. Des. ibid. [94] *Λόγοις*. Des. ib. [95] Δή. ib. δέ. [96] *Ὁδόν*. cod. 1 βίον.

Digitized by Google

per injuriam contumeliis afficitur. « Quia spem reposui in sermonibus tuis. » A tuis enim promissis pendeo, et in hac spe incedo.

VERS. 43. « Et ne auferas de ore meo verbum veritatis usquequaque, quia in judiciis tuis spem posui. » Ut veritatem diligamus Propheta nos docet, **1449** et ut hanc cum omni alacritate ab universorum Deo efflagitemus.

VERS. 44. « Et custodiam legem tuam semper in sæculum, et in sæculum sæculi. » Sic enim promptiori quoque animo in legum tuarum custodiam incumbam. Per hoc igitur : « In sæculum, et in sæculum sæculi, » futuram vitam demonstravit, in qua pura et sincera divinarum legum observantia omnibus dabitur.

VERS. 45, 46. « Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi. Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, et non confundebar. » Cum multa, inquit, facilitate incedens, et secundum mandata tua vivens, neque regiam potentiam timui, sed cum multa fiducia cum ipsis colloquebar. Vita enim secundum legem acta fiduciam affert. Et hujus testis est magnus David. Nam ante peccatum cum multa fiducia cum Saule sermocinabatur ; post peccatum vero parricidam fugiens filium, prospiciens in terram, caputque operiens, ambulabat. Et Elias ille magnus justitia fretus, Achabi impietatem redarguebat. Sic divinus Daniel Nabuchodonosori dicebat : « Et nunc, o rex, consilium meum placeat tibi, eleemosynis redime peccata tua, et iniquitates tuas misericordiis pauperum [h]. » Sic divinus Paulus Agrippam, et Festum, et Felicem alloquebatur. Sic triumphatores martyres impios reges despiciebant.

